SELECTARUM

ROTÆ FLORENTINÆ

DECISIONUM

THESAURUS

EX BIBLIOTHECA

IOHANNIS PAULI OMBROSI

IURISCONSULTI, ET IN FLORENTINA CURIA

ADVOCATI

Tom. III.

CUM INDICE MATERIARUM

LOCUPLETISSIMO.





FLORENTIÆ · MDCCLXX.

EX TYPOGRAPHIA BONDUCCIANA

Sub Platea Sancti Apollinaris.

CENSORIBUS APPROBANTIBUS.

VIRO ILLUSTRISSIMO, ET SAPIENTISSIMO

AUDIT. FRANCISCO ROSSI

PRO SUA REGIA CELSITUDINE

CURIÆ COMMERCII, ET ARTIUM IUDICI.

IOHANNES PAULUS OMBROSI

DEVOTUS NOMINI, VIRTUTIQUE EIUS.



PARUM esset ad tuendam Populi fœlicitatem Leges constitui, VIR ILLUSTRISSIME, ET SAPIENTISSIME, si Legibus ipsis tuendis deessent eximia Iurisconsultorum ingenia, & Summorum Magistratuum auctoritas veneranda: Iacerent enim haud dubie, & squallerent in tenebris, ac pulvere pretiosa illa inventa, ac munera DIVINI NUMINIS, nisi hinc Legum Periti, vim earum, & potestatem quotidie in melius producerent, illinc vero, qui Iuri dicundo, ac regendo præsunt, effectum Illis omnem, & splendorem con-

concederent, uti bene, ac sapienter ait POMPONIUS Iurisconsultus *in Leg. 2. §. post originem ff. de origin. Iur. versic.* „ quia per „ Eos, qui Iuridicundo præsunt effectus Rei accipitur. Quantum „ est enim Ius in Civitate esse nisi sint, qui Iura regere possint? „ Quia constare non potest Ius nisi sit aliquis Iuris Peritus, per „ quem possit quotidie in melius produci „
Quum enim desierit aurea illa ætas

. . . . quæ vindice nullo
Sponte sua sine Lege fidem, rectumque colebat

quando

„ *Pœna, metusque aberant, nec verba minantia fixo*
„ *Ære ligabantur, nec supplex Turba timebat*
„ *Iudicis ora sui, sed erant sine Iudice tuti* „

hinc eo partim veri ignoratione, partim Hominum malitia deventum est, ut de unaquaque re disputationem instituere opus fuerit, & ut ait MARCUS TULLIUS Lib. 1. de Legibus „ *tanta* „ *iam sit corruptela malæ Consuetudinis, ut ab ea tamquam igniculi* „ *extinguantur a Natura dati, exoriunturque, & confirmentur vitæ* „ *contraria* „ Recte igitur animadvertit POMPONIUS constare Ius non posse sine Iurisperitis. Quamobrem heroicis ipsis, ut vocant, temporibus, cum nulli, qui instituerentur Iudices erant, unicuique Patrifamilias quemadmodum imperandi apud suos, ita & Caussas dirimendi Ius fuisse ex antiquis Scriptoribus constat, & præsertim ex *Homero*, *Aristotele*, & *Eustathio*. Constitutis postmodum Civitatibus, quarum originem M. Tullius ita describit *Libro Primo de Officiis*, ut a variis Propinquorum coniunctionibus, qui una Domo capi non poterant, repetendas censeat, supremum Caussas dirimendi Ius ad Rectores Civitatum, seu Regnorum Præsides delatum fuit, atque tunc instituti Magistratus, quorum ea vis est, ut præsint, præscribantque recta, & utilia, & coniuncta cum Legibus: Ut enim Magistratibus Leges, ita Populo præsunt Magistratus, vereque dici potest Magistratum Legem esse loquentem, Legem autem mutum Magistratum, uti præclare animadvertit CICERO *in Lib.* 3.
de

de Legibus . Itaque quemadmodum nulla umquam fuit Gens, quæ non suos Deos habuerit, ita, & nulla umquam fuit Civitas, nullum Regnum, nullum Imperium, quod non & Magistratus, & Iurisperitos habuerit. Facile id quidem, si opus esset omnium Gentium enumeratione probari posset; sed ne longius quam par est procedat oratio, Romanorum, Græcorumque exempla adduxisse sufficiat. Græci quidem præter commune totius Gentis Consilium, in unaquaque Urbe supremum veluti Senatum constituerunt, qui Athenis Areopagum dicebatur, cuius tanta erat vis, tanta authoritas, ut eius suffragium in rebus difficillimis quæsitum ab ipsis Romanis nonnumquam fuisse videamus; quin etiam sex mille, si ulla Aristophani fides in ea, quæ *Vespæ* inscribitur Comœdia habenda sit, Iudices in ea Urbe versabantur, quibus è publico Ærario merces persolvebatur, quæ centum quinquaginta Talentorum summam efficiebat. Romanos vero quod spectat, ipsi Reges primum Ius dixerunt; mox Regibus expulsis ad Senatum devoluta ea potestas fuit, quoad Gracchus Senatui capitaliter infensus Iudicia è Senatorio Ordine ad Equestrem transtulit, quæ iterum L. Syllæ beneficio reddita ei fuerit donec mutata Reipublicæ forma ad Imperatores Ius dicendi munus delatum fuit. Augustus enim ipse, uti Suetonius ait in eius vita „ Ius dixit assidue, & in noctem nonnumquam, si parum Corpore valeret Lectica pro Tribunali collocata, vel etiam Domi cubans „ Sed cum neque Senatus, neque Imperatores omnium Civium Caussas iudicare potuissent in ipsa Urbe Prætor institutus erat, qui Ius diceret: *Iuris* enim disceptator, ut XII. Tabulæ habent, *qui Privata iudicet, iudicarique iubeat Prætor esto*; *Is Iuris Civilis custos esto*; In Provinciis vero Proconsules, & Præsides hyberno potissimum tempore Caussas dirimebant.

Cum igitur certo constet in unaquaque Republica apud omnes Gentes, qui Ius dicerent constitutos esse Iudices, & Magistratus, quasi nempe Ius Ipsum, quod profecto non opinione, sed Natura positum est (Nos enim ad Iustitiam nati sumus, neque Lex hominum ingeniis excogitata fuit, cum sit æterna quædam imperandi, prohibendique sapientia) stare sine Iurisperitis non posset, hinc facile

le patet solas Leges nisi aliquis tandem adsit, qui eas interpretetur ad communem omnium Civium, ac totius Reipublicæ tranquillitatem sufficere nulla ratione posse. Inde factum censeo ut a Romanæ Iurisprudentiæ Conditoribus Responsa Prudentum Legibus adderentur, ut nempe earum sententia facilius assequi, atque privatis actionibus aptari posset: Si enim de interpretatione Legis quæratur inprimis inspiciendum est, quo iure Civitas retro in eiusmodi casibus usa sit: Siquidem in ambiguitatibus, quæ ex Legibus proficiscuntur, consuetudinem, aut Rerum similiter Iudicatarum authoritatem vim Legis obtinere debere ne unus quidem ignorat.

Hæc sæpe mecum ipse animo volvens quam bene Reipublicæ, Civiumque commodis provisum fuisse, aiebam, si omnes Decisiones, in Curia nostra scriptis consignatæ futuris ætatibus commendatæ fuissent; Ipsarum enim Authoritas effecisset ut de Legum sententia, vel nulla, quæ institueretur esset Caussa, vel Lis omnis celerrime dirimeretur. Sed cum fato nescio quo, præclara hæc Iuris monumenta, maiori ex parte, vel interierint, vel in tenebris delitescant, operam sane perdere censendus Ille non est, qui, quæ potest insigniora, & utiliora in pubblicum commodum transfert.

Itaque quid in causa fuerit cur id consilii cœperim ut Novum hunc Selectarum Rotæ Florentinæ Decisionum Thesaurum instruerem probe vides Vir Illustrissime. Ut vero Tertium eiusdem Volumen Tuo Nomini inscriberem non modo vetus consuetudo, multorumquæ exempla, verum & ratio ipsa suasit. Præclara nempe Illa tua in Iurisprudentiam merita, præstantissima Dignitas, atque insigne Munus, quod merito Bonorum omnium gaudio susceptum maxima eorumdem admiratione exples me impulerunt ut Te convenirem, obsecraremque etiam, atque etiam, quo Te Auspice, atque Patrono illud emitti in lucem sineres. Harum enim rerum inprimis æquissimum existimatorem, & Iudicem Te habeo: Te inquam, qui quantum in iis processeris illustribus factis declarasti: Te quem acerrimum Caussarum Patronum hæc Florentina Curia olim demirata est, cui nihil, neque a Natura, neque a Doctrina deesse fatentur omnes, qui Ingenio

peracri

peracri, ſtudio flagranti, Iuriſprudentia eximia, & memoria ſingulari donatus merito primarius Iudex electus in ſublimi iſto, & claro Loco poſitus multa edis Iuſtitiæ, & Æquitatis egregia facinora, noviſque quotidie Iuris ſcientiam auges oraculis, retinens, quod eſt difficillimum, ex potentia modum: Scite enim, atque concinne de Te dici poteſt, quod *Athalaricus Rex in* Cassiodoro de Advocato ad Magiſtratum promoto ſententiæ meæ occurrens dicit „ Advocationis Te campus exercuit: Te Iudicii
„ noſtri culmen elegit „ & iterum, atque diſertius idem ſubiungit „ Nunc Cauſſas glorioſe iudicas, quas laudabiliter antea pe-
„ rorabas: Aſſideat Tibi propria & exercita Doctrina: Modo eſt
„ fœlix, & certa conditio negotiorum, quando Ille Sententiam
„ dicit, qui non poteſt ignorare, quod eligit. „ Itaque tuum, ſcilicet eximii, & celeberrimi Iuriſconſulti Nomen huic Operi inſcribendum volui: ſi enim, qua me ſoles benevolentia, atque humanitate illud, quod tuum profecto eſt excipies, confido fore, ut qui illud Tibi, cuius ſingularem, atque immenſam propemodum eruditionem mirantur, probatum fuiſſe cognorint, ob magnam opinionem, quæ de virtute Tua eſt, eſſe ipſum alicuius pretii arbitrentur. Ne renuas igitur hoc, qualecumque id demum ſit, devinctiſſimi animi mei monumentum: & quoniam nihil in me eſſe arbitror, quod ad Te, Tuoſque attinere non putem, & Tibi, & Tuis omnibus pro ſingularibus, plurimiſque in me meritis hoc ipſum excipias volo. Clariſſimum, ac ſapientiſſimum Fratrem Tuum Nicolaum Rossi, cuius conſuetudine, maximaque ſelectiſſimorum Librorum copia, ac multitudine, cum Romæ eſſem, fruebar, valere iube. Bono Reipublicæ incolumem Te ſerva, atque me, ut facis, ama.

Dabam Florentiæ ex Bibliotheca mea Idibus Decembris anni 1770.

„ PRINCIPES CENSUERUNT, EA, QUÆ IN CERTIS
„ NEGOTIIS STATUTA SUNT, SIMILIUM QUOQUE CAU-
„ SARUM FATA COMPONERE „

Imperatores Theodosius, & Valentinianus
in Leg. 3. Cod. de Legibus.

INDEX ARGUMENTORUM
SINGULARUM DECISIONUM

QUÆ IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

Decis. I.

FLORENTINA Nullitatis Obligationis diei 20. Februarii 1637. cor. Audit. Bartolomæo Caballo. pag. 1.

ARGUMENTUM.

NULLA iudicatur Filiifamilias obligatio, nullaque pariter Ratificatio Debiti a Prodigo facta postquam ei fuit per Decretum Supremi Magistratus interdicta, Bonorum administratio; Quæ quidem Interdictio cum probetur esse perpetua, non autem annalis, uti ea, de qua loquitur Statutum Florentinum *Rub.* 118. *Lib.* 2. idcirco non requiritur pro eius validitate publicationis forma ab ipso Statuto præscripta, sed sufficit tantummodo Cedularum in locis publicis affixio; Forma namque Interdictionis Bonorum per æquipolleos adimpleri potest. Ad tollendam autem hanc Bonorum Interdictionem necessaria est Decreti a Magistratu interpositi revocatio, nisi publice manifesta sit Prodigi ad sanos mores reversio, quæ tamen desumi non potest ex eius ad munera Civitatis adsumptione.

Decis. II.

FLORENTINA Donationis diei 31. Maii 1647. cor. Audit. Friderigo Mengaccio. pag. 11.

ARGUMENTUM.

SI Bona cum vinculo fideicommissi donata alienantur, possunt ea Substituti a Tertiis Possessoribus vindicare, licet Donatio intra spatium 45. dierum registrata non fuisset iuxta dispositionem Legis anno 1551. in Etruria latæ; Quæ Lex quomodo intelligenda sit, luculenter explicatur?

Decis. III.

FLORENTINA Pœnæ conventionalis diei 26. Octobris 1652. cor. Audit. Flavio Guglielmi. pag. 20.

ARGUMENTUM.

POena conventionalis in Contractu societatis adposita non debetur Socio, nisi quatenus interfit, & nequidem pro suo interesse, nisi illud legitime iustificetur, & nisi pœna in favorem omnium Sociorum æqualiter sit adiecta.

Decis. IV.

FLORENTINA Damnorum diei 15. Februarii 1655. cor. Audit. Blasio Michalorio. pag. 25.

ARGUMENTUM.

CApitaneus Navis obligatus Merces in unum Locum transferre, si mutato itinere, Dominoque Mercium inconsulto, eas in alium transportaverit, tenetur ad omnia damna, ob non servatam pacti formam, a Domino passa. Quæ damna quomodo probanda sint, & taxanda luculenter ostenditur. Nonnulla etiam pulcre adducuntur ad demonstrandam bonam Mercium qualitatem de tempore exonerationis.

Decis. V.

PISANA Damnorum diei 24. Maii 1656. cor. Audit. Friderico Marioni. pag. 32.

ARGUMENTUM.

COnsules Maris, qui, Creditori inscio, Capitaneus Navis relaxari mandarunt, tenentur in solidum ad omnia damna, expensas, & interesse, si ille sequestratam Navem eduxerit, fugamque arripuerit. Non tenetur tamen neque Cancellarius, neque Hæres Consulis iam defuncti; Actio etenim pœnalis in hæredem passive non transmittitur. Quando Actio efficiatur pœnalis? Regula, quod Utile per Inutile non vitiatur, quomodo intelligenda? Locum non habet in Iudiciis, quæ fiunt individua. Quomodo autem Individua fiant late differitur.

Decis. VI.

FLORENTINA Damnorum diei 8. Aprilis 1656. cor. Audit. Hieronymo Canossa. pag. 47.

ARGUMENTUM.

AEtio licet Rei persequutoria, si tamen ortum a delicto duxerit, nunquam transit in Hæredes delinquentis, nisi vel lite cum Defuncto contestata, vel eorum patrimonio locupletiore facto. Quæ conclusio non modo erudite defenditur a contrariis DD. Sententiis, verum etiam cum Iuris Canonici regulis mirifice conciliatur.

Decis. VII.

FLORENTINA Liquidationis damnorum diei 15. Octobris 1660. cor. Audit. Curtio Polo. pag. 54.

ARGUMENTUM.

SEntentia liquidationis Damnorum contra principalem Debitorem lata, ita officit Fideiussorem de Iudicatum solvendo, ut opus non sit alio liquidationis Iudicio.

Decis. VIII.

LIBURNENSIS Prælationis Hypothecæ diei 16. Februarii 1666. cor. Aud. Iohanne Argenti. pag. 63.

ARGUMENTUM.

HYpothecatis Creditori Mercibus dato signo notatis, si pro eius Crediti satisfactione subhastatæ fint aliæ Merces, licet eiusdem generis eiusdemque Debitoris, & signum diversum habentes, Subhastatio revoca-

vocanda est: Creditori tamen competit Actio vindicandi Merces sibi specialiter obligatas a quocumque illarum Detentore,

Decis. IX.

LIBURNEN. Cambii Maritimi diei 28. Ianuarii 1676. cor. Audit. Petro de Angelis. pag. 66.

ARGUMENTUM.

SI Magistro Navis facta sit usurarum remissio cum pacto, quod sortem persolvat intra tempus, ac terminum mensium...... circiter, nullo expresso mensium numero, solutio debet intelligi restricta ad menses tantum, & per consequens intra annum, quo elapso Creditor ad primæva iura pro usuris consequendis redire potest, absque eo, quod Debitori competat, vel moræ purgatio, vel in integrum restitutio.

Decis. X.

EADEM Quoad Sortis restitutionem, eiusdem diei 28. Ianuarii 1676. cor. eod. Aud. Petro de Angelis. pag. 82.

ARGUMENTUM.

MAgister Navis, qui ad Sortis, atque Usurarum restitutionem se obligavit sub conditione, si Navis super qua pecuniæ ad Cambium mutuatæ fuerunt, incolumis rediret, non liberatur nisi in casu, quo Navis passa sit adversum fortunæ eventum; Verba etenim *a buon salvamento* non debent accipi in sensu, quod Navis redeat in eodem Statu, quo a Portu discessit. Ex diversitate subscriptionis diversa colligitur subscribentis intentio. Exceptio Indebiti neque Executivo in Iudicio, neque post Transactionem admittitur.

Decis. XI.

FLORENTINA Societatis diei 23. Decembris 1678. cor. Audit. Cosmo Farsetti. pag. 90.

ARGUMENTUM.

SOcietas non dicitur continuata, sed renovata, quoties post obitum unius Socii Tutores filiorum eiusdem Societatem continuant cum Socio superstite. Restitutio in integrum conceditur adversus omissionem registrationis Accomanditæ a Tutoribus factam, & adversus damnum iisdem Pupillis obventum, ita ut Pupilli non teneantur erga Creditores sociales nisi pro ratha Capitalis in dicta Societate positi, & utilium ex ea perceptorum, ac si dicta Accomandita registrata fuisset, a qua restitutionis petitione non sunt arcendi Tutores, etiamsi adversus proprium actum, & propriam omissionem hanc restitutionem postulent.

Decis. XII.

LIBURNEN. Rescripti diei 7. Maii 1683. cor. Audit. Cammillo Finetti. pag. 101.

ARGUMENTUM,

REvisio Sententiæ obtenta, cum reticentia Instantiæ iam peractæ pro executione illius in partibus favorabilibus, dicitur subreptitia, & est ipso iure nulla, & inefficax.

Decis. XIII.

FLORENTINA Nastrorum diei 31. Maii 1683. cor. Audit. Sebastiano Marini. pag. 103.

ARGUMENTUM.

NEgligens in adimplendis iis, ad quæ ex Sententia tenetur, dicitur in mora, & debet præstare damna, & interesse in pœnam moræ, & in odium contumaciæ, iuxta tamen liquidationem faciendam; & sicuti dolus semper præsumitur in eo, qui recusat parere Sententiæ Iudicis, ideo regula vulgata, quod quælibet causa etiam bestialis excusat a mora non militat nisi quando dolus seclusus probetur, & agentis recta intentio luculenter demonstretur.

Decis. XIV.

LIBURNEN. Nullitatis Tenutæ diei 10. Ianuarii 1686. cor. Audit. Cosmo Farsetti. pag. 110.

ARGUMENTUM.

QUando agitur de Melioramentis in Fundo dotali factis utilia necessariis distinguenda sunt. Hæc fiunt ne Fundus pereat, illa, ut melior efficiatur: In necessariis verum esse potest Maritum, seu eius Hæredem Melioramentorum fructus lucrati, nec cum impensis esse compensandos. In utilibus vero fructus post solutum matrimonium decursos Mariti Hæres lucrari non potest, & si eos percepit cum expensis Melioramentorum sunt compensandi, ideoque Tenuta pro hisce fructibus nulla iudicatur.

Decis. XV.

LIBURNEN. Pratensa Incompetentiæ diei 19. Decembris 1687. cor. Aud. Cosmo Farsetti. pag. 118.

ARGUMENTUM,

CAusæ Hæbreorum Liburnensium non sunt remittendæ ad eorum Massarios, sed a Magistratu Supremo diiudicandæ: Magistratus enim iste universalem habet in tota Hetruria in Causis Civilibus Iurisdictionem a Principe ei concessam, cui etiam Hæbrei, utpote Legibus Magni Etruriæ Duci subiecti parere debent, non obstante privilegio eisdem concesso remittendi Causas ad proprios eorum Iudices quorum Iurisdictio, quoad Principem concedentem, eiusque Locumtenentem, & Consiliarios Magistratus Supremi non privativa, sed cumulativa censeri debet.

Decis. XVI.

LIBURNEN. Nullitatis Obligationis Filii Familias diei 2. Ianuarii 1687. cor. Aud. Cosmo Farsetti. pag. 123.

ARGUMENTUM.

MUtuum contractum a Filio Familias inscio Patre nullum est ex Legibus Florentinis. Nec obstat, quod Filius Familias nomen accomodaverit Negocio mercantili Patris, quia ex hoc inferri nequit, quod Filius sit Mercator, multoque minus, quod se obligaverit ex causa Mercaturæ, quæ duo sunt necessaria ad validandam Filii Familias obligationem.

Decis.

Decis. XVII.

FLORENTINA Legati diei 6. Iulii 1688. cor. Audit. Cosmo Farsetti. pag. 130.

ARGUMENTUM.

LEgatum relictum Puellæ „ *venendo il caso di maritarsi, o di monacarsi* „ non solum quoad solutionem, sed etiam quoad substantiam est conditionale; At pro illo assequendo non est necesse ut conditio, post mortem Legantis adimpleatur, sed sufficit, ut Testatore vivente quandocumque purificetur.

Decis. XVIII.

EADEM FLORENTINA Legati quoad Professionem Legatariæ, diei 6. Iulii 1688. cor. eodem Audit. Cosmo Farsetti. pag. 134.

ARGUMENTUM.

LEgatum relictum *per monacarsi* obtineri potest etiam a Novitia, quæ ingressa fuit Monasterium viva Testatrice, quoties Professionem emisit post illius obitum.

Decis. XIX.

LIBURNEN. Exhibitionis Librorum diei 9 Decembris 1688. cor. Aud. Enea Cavalcanti. pag. 136.

ARGUMENTUM.

PRæscindendo a Sociis, Administratoribus, & similibus in vim Styli Florentini, Mercator non tenetur edere Petenti Libros, nisi indicato nomine libri, & folio, & in qua parte quis exhibitionem sibi fieri velit. Hoc vero procedit dummodo tria illa requisita adsint *Existentia* nempe librorum de tempore motæ Litis, & *Interesse* petentis, & omnis calumniæ suspicio amoveatur. Æquitas autem postulat ut inter Actorem, & Reum reciproca Librorum exhibitio fiat, dummodo *Mandatum* vel expressum, vel saltem tacitum describendi partitam controversi interesse probetur.

Decis. XX.

FLORENTINA Contributionis diei pr. Aprilis 1689. cor. Audit. Sebastiano de Marinis. pag. 145.

ARGUMENTUM.

COmmunitates Locorum intuitu viarum, ad expensas occasione munitionis Ripæ, & reparationis Aggerum, contribuere non tenentur, sed soli Domini Prædiorum adiacentium, quorum utilitatem opus principaliter concernit, sumptuum onus subire debent.

Decis. XXI.

ARRETINA Donationis diei 4. Martii 1690. cor. Audit. Antonio Michalorio. pag. 149.

ARGUMENTUM.

VOcato in Donatione proximiore de Familia Donatoris, & probata utraque qualitate proximitatis nempe, & Agnationis Proximior de Familia admittitur ad successionem, excluso remotiore. Probationes utriusque qualitatis desumuntur ex Arbore genealogica Familiæ legitimis documentis comprobata, & quoad

tente debitoris etiamsi sit Clericus, vel alterius Iurisdictionis.

Decis. XXVII.

LIBURNEN. Concursus Creditorum diei 30. Iulii 1694. cor. Aud. Ænea Cavalcanti. pag. 187.

ARGUMENTUM.

CReditores hypothecarii in concursu Chirographariorum, si sint Advenæ non sunt cum iis miscendi, ut de in Etruria degentibus statuit Ius Nostrum Municipale, sed dispositioni Iuris Communis tum standum est, quod statuit Creditores hypothecarios chirographariis præferri. Nec sufficit consuetudo contraria in Advenarum Patria vigens, nisi probetur in contradictorio Iudicio obtenta; & legitimè præscripta, uti Iuris communis destructiva.

Decis. XXVIII.

LIBURNEN. Concursus Creditorum die 15. Iulii 1695. cor. Audit. Sebastiano Marini. pag. 199.

ARGUMENTUM.

IN Concursu Creditorum, Forenses petere possunt, ut ipsis reddatur ius, & iustitia secundum Ius Commune, & Leges Imperiales: Attamen ut hoc Ius reddi possit opus est, primum, ut protestentur in actis, quod nullo modo intendunt concurrere cum aliis creditoribus, quod habeant hypothecam, & quod sint anteriores, & altero ex dictis requisitis deficiente, tenentur cum cœteris concurrere per solidum, & libram.

Decis. XXIX.

LIBURNEN. Censuum diei 23. Augusti 1695. cor. Audit. Alexandro Bellutio. pag. 208.

ARGUMENTUM.

CEnsus sub fideiussione Mulieris totus corruit una cum Iudicis Decreto, quoties ob defectum necessariæ cognitionis causæ impositus fuit pro maiori, quam opus esset, quantitate: nec ad Decretum Actumque substinendum sufficit quod ex pluribus obligationis caussis una sit vera, quotiescumque causa vera, licet principalis, impar est ad illum substinendum.

Decis. XXX.

EADEM LIBURNEN. Censuum super Solemnitatibus statutariis, diei 13. Augusti 1695. cor. Audit. Alexandro Bellutio. pag. 214.

ARGUMENTUM.

SI Mulier extera adhibitis omnibus Statutis localis solemnitatibus, speciale dederit mandatum ad Censum in suo Territorio creandum, contractus per Procuratores gestus validus est licet solemnitates non adhibuerint a Statuto Territorii super Mulierum Contractibus præscriptas.

Decis. XXXI.

FLORENTINA Cambii diei 25. Octobris 1696. cor. Audit. Iosepho Urceolo. pag. 218.

ARGUMENTUM.

SOlutio Debiti cambiarii facta de consensu, & præsentia Debitoris

per Creditorem novi Cambii pro extinctione anterioris creati, intelligitur facta de propriis ipsius Debitoris pecuniis, & Creditor novi Cambii extinctivam tantum acquirit, non autem translativam Iurium cessionem adversus illum, qui in contractu prioris Cambii uti Fideiussor accessit: Ad hanc enim translativam Iurium cessionem acquirendam necesse est, ut novus Creditor in ipsa Apocha cambiaria cum Debitore conveniat de succedendo in Iuribus prioris Creditoris dimittendi.

Decis. XXXII.

FLORENTINA Fideiussionum extinctionis diei 23 Ianuarii 1696. cor. Audit. Ænea Cavalcanti. pag. 229.

ARGUMENTUM.

LIcet verba Cambii demonstrent Cambium fuisse initum post Iurium cessionem, & narrativa cessionis ostendat viceversa cessionem fuisse initam post Cambium, sustineri nihilominus debet Actus utrque, ac propterea cessio Iurium contra debitoris liberari Fideiussores, dummodo appareat substantialis utriusque Actus correspectivitas, & intentio Partium non aliter contrahendi, quam per subingressionem in locum Creditoris dimissi. Multa etiam docte exponuntur, ex quibus novandi animus excludatur.

Decis. XXXIII.

FIORENTINA Fideiussorum diei 27. Iulii 1697. cor. b. m. Dom. Audit. Sebastiano Marini. pag. 246.

ARGUMENTUM.

CReditor cambiarius, qui nomine, ac mandato Debitoris antiquiorem Cambii Creditorem dimisit, ab eoque Iurium cessionem reportavit, non potest contra Fideiussores ex prima Apocha cambiaria obligatos agere, vel ratione cessionis huiusce, quæ in meram Quietantiam resolvi demonstratur, vel ratione subingressionis in actionibus personalibus ex concursu duplicis requisiti *gloss. in Leg. 2. ff. de cess. bon.* subingressio hæc quando locum non habeat? correspectivitas actuum ex quibus excludatur?

Decis. XXXIV.

FLORENTINA Hypotheca pro annuis Legatis, anni 1697 cor. cl. me. Archiepisc. Thoma Della Gherardesca. pag. 256.

ARGUMENTUM.

PER centenariam possessionem Legata Pia extingui posse demonstratur.

Dec. XXXV.

FLORENTINA Cautionis diei 19 Octobris 1697. cor. b. m. Dom. Audit. Cammillo Finetti. pag. 261.

ARGUMENTUM.

QUI una cum venditore ad cautionem sese expresse obligavit, quatenus Bona vendita fideicommisso subiecta reperirentur, condemnandus est ad illam præstandam statim ac Emptor bonorum vinculum detexit, licet molestias passus adhuc non

non fuerit. Præscriptio immemorabilis propria ab impropria, & abusiva distinguitur, haneque neque contra Emptorem, neque contra Dominum directum, neque contra Ignorantem ius suum, neque contra Vocatos ad Fideicommissum locum habere luculenter ostenditur.

Decis. XXXVI.

FLORENTINÆ Executionis diei 11. Februarii 1698. cor. bo. me. Dom. Aud. Carolo Bizzarrini. pag. 271.

ARGUMENTUM.

CReditori non competit executio contra Fideiussorem pro credito illiquido tam ratione Causæ, quam ratione Quantitatis. Conclusio, quod Pars certa, & liquida per incertum, & illiquidum retardari non debeat, quomodo accipienda sit explicatur?

Decis. XXXVII.

FLORENTINÆ Devolutionis diei 19. Augusti 1698. cor. b. m. D. Audit. Carolo Bizzarrini. pag. 275.

ARGUMENTUM.

HÆredibus Domini directi competit Actio pro petenda devolutione Bonorum in emphyteusim concessorum, si de dominio directo, de bonorum identitate, ac de fine lineæ constet; nec eis opponi potest qualitatis hæreditariæ defectus ex eo, quod ipsorum Auctor illegitimus fuerit, quoties legitimitas probatur ex quasi possessione, aliisque coniecturis, & præsumptionibus, quæ licet ad iustificandam propriam legitimitatem non sufficiant, sufficere tamen ostenditur ad illam Auctoris plene comprobandam.

Decis. XXXVIII.

EADEM FLORENTINÆ Devolutionis super Centenaria, eiusd. diei 19. Augusti 1698. cor. b. m. Aud. Carolo Bizzarrini. pag. 284.

ARGUMENTUM.

EMphyteuta non potest vigore Centenariæ possessionis absque ulla canonis solutione, nec bonorum libertatem contra Dominum directum præscribere, quando interversa non fuit ipsius Domini directi possessio, nec præsumptionem melioris tituli allegare, quando de nova possessionis causa non constat, quæ præambulum emphyteusis titulum excludere, & allodialitatem præseferre valeat.

Decis. XXXIX.

FLORENTINÆ seu Pistorien Venditionis diei 25. Septembris 1698. cor. b. m. Dom. Audit. Carolo Bizzarrini. pag. 294.

ARGUMENTUM.

EMptor si cum Venditore contraxerit de emenda tota aliqua merce, pro eaque dederit Artham, ac pretii partem ad computum exsolverit, non potest deinde partem mercis pretio anticipate soluta respondentem solummodo recipere, sed totam mercem in contractum deductam accipere cogendus est; nec Venditor ad damna, & interesse tenetur, si quantitatem pretio soluto æqui-

æquivalentem Emptori tradere recusaverit.

Decis. XL.

FLORENTINA Pecuniarum diei pr. Aprilis 1699. cor. bo. me. Audit. Alexandro Belluzzi. pag. 300.

ARGUMENTUM.

SOcius qui ante computorum solidationem suum recepit Capitale a nova Ratione post dissolutionem antecedentis instituta, tenetur actione pro Socio ad coæquationem Partium, si computis postea solidaris adpareat, ipsum maiorem, quam debebat, partem recepisse. Ex quibus dignoscatur accollatos non fuisse a nova Ratione effectus, & nomina primæ Rationis dissolutæ? Assignatio facta per Socios novæ Rationis Capitalium ab antecedenti Societate sibi respective restituendorum importat ne dationem in solutum, & novæ Societatis in locum primæ subrogationem? negative resolvitur.

Decis. XLI.

FLORENTINA Promissionis per Epistolam, diei 8. Octobris 1699. cor. b. m. Dom. Audit. Carolo Bizzarrini. pag. 305.

ARGUMENTUM.

PRomissio fructuum dotalium licet facta sit per Epistolam Tertio directam, ac verbis enunciativis, & obligationis causam minime præseferentibus conceptam, obligatoria nihilominus iudicari debet, atque Epistolam favore Promissarii contra Scribentem probare dicendum est, dummodo de eius præsentatione, & acceptatione constet, quæ quidem non modo ex iudiciali rei promissæ petitione, verum etiam ex sola Promissionis scientia resultare deciditur.

Decis. XLII.

FLORENTINA fructuum census diei 2. Decembris 1699. cor. bo. me. Audit. Carolo Bizzarrini pag. 316.

ARGUMENTUM.

CEnsus impositus ab Hærede gravato super Bonis fideicommisso subiectis implicitum habet validitatis statum, ac propterea fructus, ante oppositam Census nullitatem a Fideicommissario soluti, & a Creditore bona fide consumpti in sortem non imputantur, sed tamquam damna, & interesse eidem acquiruntur; & Fideicommissarius pro fructibus solutis repetendis Iutis, & Facti ignorantiam opponere nequit, quando nedum de eius tacita, sed & expressa contractus ratificatione constat. Plures Indebiti species recensentur, earumque effectus exponuntur.

Decis. XLIII.

PETRASANCTEN. Commendæ Campanæ de anno 1700. cor. cl. me. Archiepiscopo Thoma della Gherardesca pag. 328.

ARGUMENTUM.

FUndator Commendæ in certis Bonis cum promissione manutentionis illorum annui redditus tenetur

ad

ad supplendum redditum promissum quotiescumque diminutio contingat, licet sequta sit devolutio Commendæ ad Sacram Religionem.

Decis. XLIV.

LIBURNEN. Assecurationis diei 14. Septembris 1703 cor. bon. me. D. Aud. Andrea Farsetti pag. 330.

ARGUMENTUM.

Assecurationis casus evenisse decidirur quoties Navis, quæ duobus in locis alternative exoneranda erat, altero ipsorum relicto ad remotiorem iter direxerit, sed vi tempestatis ad primum locum redire coacta merces, ob passam procellam deteriores factas ad locum pro exoneratione electum ferre amplius non potuerit.

Decis. XLV.

EADEM LIBURNEN. Assecurationis super sinistro, sive deterioratione frumenti eiusd. diei 14. *Septemb.* 1703. *cor. eod. bon. mem. Audit. Andrea Farsetti* pag. 338.

ARGUMENTUM.

Deterioratio Frumenti, ex quibus causis potius repetenda sit, demonstratur, & quomodo probari possit? Insuper ostenditur Assecuratores, qui omnes casus generaliter in se susceperunt, duobus tantum exceptis *di Stiva*, *e Dogana*, teneri de corruptione Frumenti quomodocumque sequuta, nisi concludenter probent, corruptionem ex duobus exceptuatis casibus, vel altero eorum accidisse.

Decis. XLVI.

EADEM LIBURNEN. Assecurationis super interesse, & expensis eiusdem diei 14. *Septembris* 1703. *cor. eod. b. m. Aud. Andrea Farsetti* pag. 344.

ARGUMENTUM.

Assecuratores tenentur ad interesse, & expensas favore Assecurati a die litis contestatæ, vel Documentorum productionis non obstante Absolutoria ab observatione Iudicii, vel sententia favorabili, quoties in prima Instantia fuerunt producta Documenta, ex quibus potuerint de suo malo Iure edoceri.

Decis. XLVII.

LIBURNEN. Emphyteusis seu Hypothecæ diei 8. *Aprilis* 1705. *cor. bo. me. D. Advoc. Francisco M. Chellini* pag. 347.

ARGUMENTUM.

Immissionem in Bona Emphyteusis Hæreditariæ denegari non posse demonstratur Creditoribus hypothecariis, ad hoc ut ex fructibus satisfactionem obtineant; Hæreditaria etenim Emphyteusis, non obstante alienationis prohibitione, hypothecari potest tam a primo acquirente, quam a cæteris vocatis, & iura Creditoris Hypothecarii vigent etiam contra hypothecantis Hæredes.

Decis. XLVIII.

FLORENTINA Transactionis de Gherardis diei 20. *Iunii* 1705. *cor. bo.*

ARGUMENTUM.

TRansactio super Bonis Fideicommisso subiectis a Patre facta complectitur etiam filios ex propria persona ad Fideicommissum venientes, licet de eis facta mentio non sit, quoties ex coniecturis appareat de illorum tacita comprehensione, præsertim accedente auctoritate, & præsentia Principis.

Decis. XLIX.

ARGUMENTUM.

PAter, vel Hæres gravatus, qui per transactionen Creditoribus cessit commoditatem percipiendi fructus sua vita durante ex Bonis Fideicommissi, obligat etiam Filios, vel Successores iure proprio ad Fideicommissum venientes, dummodo Testator alienationem supradictæ commoditatis expresse non prohibuerit, atque transactio bona fide, & utiliter facta sit.

Decis. L.

ARGUMENTUM.

POena Caducitatis a Testatore imposita in casu, quo Hæres gravatus vel usumfructum Fideicommissi obligaret, vel decoctor evaderet, locum non obtinet, si nec præceptum Testatoris de constituendo Fideicommisso in tot Bonis stabilibus adimpletum ab Hærede fuerit, nec decoctio iudicialiter declarata sit, sed obligatio ususfructus ex causa honestæ, atque utilis Concordiæ facta demonstretur.

Decis. LI.

ARGUMENTUM.

OBligationem uti erroneam, & ex falsa causa minime corruere deciditur, quoties error nedum probatur, sed ex præcedenti scientia luculenter excluditur, & ex verbis Apocæ obligatoriæ vera, ac finalis causa obligationis manifeste colligitur.

Decis. LII.

ARGUMENTUM.

SAlviani remedium Creditori Censuario denegandum deciditur, si Tertius fundi censiti Possessor præscriptionem plusquam triginta septem annorum opponat; quæ quidem

dem præscriptio everti nequit, ac resolvi per ignorantiam alienationis a Creditore allegatam, præsertim si crassa, & supina demonstretur.

Decis. LIII.

MINIATEN. Affictus diei 6. Sept. 1714. cor. bo. me. Audit. Octavio Vasoli Piccinini. pag. 383.

ARGUMENTUM.

Beneficii Rector non potest a quasi possessione exigendi annuam præstationem repelli exceptione non adimpletæ obligationis ab Antecessore per Transactionem contractæ, quoties annuæ præstationis causa correspectiva est locationi Bonorum Beneficialium, non autem oneribus per Antecessorem susceptis, atque Transactio facta fuit absque Sedis Apostolicæ Beneplacito.

Decis. LIV.

FLORENTINA Litterarum Cambii diei 5. Iunii 1716. cor. eod. bo. mem. Auditore Octavio Vasoli Piccinini. pag. 390.

ARGUMENTUM.

Decoctio Scribentis si contigerit post consensum Acceptantis, sed ante consensum illius, cui datus fuit ab Acceptante ordo solvendi, & illius, qui solutioni adiectus fuit, casus decoctionis cedit solummodo damno Remittentis, non autem alterius, qui vice, ac nomine Acceptantis Tractam adimplere debuisset.

Decis. LV.

FLORENTINA Dotis, & fructuum diei 1. Iulii 1717. cor. bon. mem. Audit. Manilio Urbani. pag. 393.

ARGUMENTUM.

Immissionem pro dote, ac fructibus soluto Matrimonio decursis Hæredi competere demonstratur contra tertios Possessores, non probata actionum confusione per simplicem aditionem hæreditatis illius qui ad Dotis restitutionem erat obstrictus. Controvertitur tamen, utrum necessaria sit ultra moram in restituenda Viduæ Dote, etiam rigorosa probatio lucri cessantis, seu damni emergentis, nulla habita ratione loci mercantilis, & filiorum ex matrimonio superexistentiæ; an vero concurrente loci mercantilis qualitate probata dicantur requisita lucri, vel damni ex eo quod pecuniæ dotales debito tempore non fuerint restitutæ, etiamsi Vidua sit dives, & mercaturæ non addicta? Quæ quidem controversia resolvitur pro competentia fructuum soluto matrimonio decursorum, accedente præsertim Statuto mulieri Viduæ taxante certam summam fructuum ob dotem debito tempore non restitutam. Ratificatio Contractus a minore celebrati absque necessariis solemnitatibus quando dicatur inducta, & quando non?

Decis. LVI.

EADEM FLORENTINA Dotis, & Fructuum super præscriptione, & retentione, eiusd. diei 1. Iulii 1717. cor.

ARGUMENTUM.

AD præscribendam Hypothecam pro dote, ac fructibus competentem non modo requiruntur quoad sortem 40. anni, & quoad Fructus tot Præscriptiones, quot sunt anni a tempore quo cessatum fuit a solutione; verum etiam necessaria est in Creditore certa scientia tum alienationis Rei hypothecatæ, tum personarum, ad quas ea pervenerit; & hæc scientia Præscribenti non prodest, nisi cum eius ignorantia concurrat. Retentio pro Credito anteriori deneganda est deficientibus necessariis eiusdem Crediti probationibus.

Decis. LVII.

ARGUMENTUM,

CEsfio iurium inter alios acta Tertio absenti non præiudicat, nec utilitatem affert seclusa acceptatione. Novatio inducitur quando ex pretio alicuius rei creatur Cambium. Fideiussor, soluto debito, potest *ex intervallo* reportare iurium cessionem translativam, non autem debitor, a quo si obtineatur cessio resolvitur in liberationem, & quietantiam. Onus solvendi melioramenta necessaria peracta super domo fideicommissaria spectat ad Fideicommissarium, & quæ sint expensæ ab eo non restituendæ?

Decis. LVIII.

ARGUMENTUM.

TAberna quoties non est Mariti propria, sed socialis, non potest Uxor pro assecuratione suæ dotis præferri Creditoribus, etiam posterioribus ipsius Tabernæ, nisi pro Credito dotali specialiter fuerit, & præcedenter hypothecata.

Decis. LIX.

ARGUMENTUM.

VEnditio rerum consistentium in pondere, numero, & mensura, quando dicatur perfecta? Et an ante ponderationem, numerationem, & mensuram locus sit pœnitentiæ? & venditione collata in diem certum, an ob non adimplementum in die convento, locus sit resolutioni Contractus, seu potius detur actio pro damnis, & interesse adversus Venditorem ob non adimplementum in traditione rei? Et quando adversus Emptores eadem actio competat, vel non, ob solutionem pretii, & moram in recipienda re empta?

Decis. LX.

ſecurationis diei 6. Septembris 1720. *cor. Audit. Manilio Urbani*. p. 434.

ARGUMENTUM.

CAmbium maritimum recte creatur ex pecunia numerata, ſeu ex credito liquido, vel ex mercibus iuſte æſtimatis, initum inter Mercatorem, & Navarchum ſub obligatione reſtituendi tantumdem, una cum certo intereſſe poſt reditum Navis ſalvæ, *etiam nullis onuſta mercibus*, ſeu ut aiunt, *voto per pieno*, non requirit ullam onerationem pecuniarum, ſeu mercium ſed intelligitur contractum per modum ſponſionis ſuper periculo Navis in genere. In Aſſecuratione pecuniæ traiectitiæ, ſeu mercium requiritur earum oneratio in Navi; ſecus autem in Aſſecuratione dicti Cambii maritimi, attento præcipue pacto in iſta appoſito, nempe „ *in caſo di ſiniſtro non voglio-*
„ *no eſſer tenuti di moſtrare altro ri-*
„ *ſico, che il ſemplice ſcritto del de-*
„ *naro dato a Cambio marittimo al*
„ *ſuddetto Capitano, in conformità del*
„ *quale ſi fanno aſſicurare* „ ex quo colligitur, Aſſecuratores noluiſſe recedere a natura contractus dicti Cambii, ſed promiſiſſe illius ſecuritatem per viam ſponſionis ſuper alea eiuſdem Navis.

Deciſ. LXI.

LIBURNEN. Crediti, & Fructuum diei 20. *Auguſti* 1729. *cor. b. m. Advoc. Antonio Graſſioni*. pag. 464.

ARGUMENTUM.

SUbſtantia Crediti eruitur ex Libris mercantilibus, qui quacumque carentes exceptione plenam faciunt probationem. Intereſſe, ex mutuo Liburni habito perceptum, dici non poteſt exceſſivum, ſi a Lege Principis, vel Mercatorum conſenſu conſtituatur, & intereſſe huiuſmodi non ſolutum ipſo facto in mutuum convertitur.

Deciſ. LXII.

CORTONEN. Reivindicationis, ſeu Regreſſus, diei 14. *Septembris* 1733. *coram b. m Audit. Manilio Urbani*. pag. 469.

ARGUMENTUM.

DIvidens, vel Permutans ob evictionem paſſam in bonis ſibi per diviſionem, vel permutationem addictis, non habet regreſſum ad alia bona, quæ condividenti, ſeu compermutanti obvenerunt, quoties bona hæc ſubhaſtata fuere, ac Tertio licitatori deliberata in vim ſententiæ graduatoriæ; Quæ quidem ſententia dici non poteſt notorie iniuſta, ex eo quod Iudex denegaverit regreſſum ad bona evicta, quoteſcumque non Regreſſus, ſed ſolum Actio ad intereſſe ſemper fuit in Iudicio petita, licet in petitione adpoſitæ fuerint ſolitæ clauſulæ ſalutares; quarum vigore quando effectus magis proficuus reſultet, ac Iudex ſupplere debeat, dilucide explicatur.

Deciſ. LXIII.

FLORENTINA Cambii, diei 18. *Februarii* 1734 *cor. bo. me. Advoc. Petro Antonio Gioia*. pag. 475.

ARGUMENTUM.

FIdeiuſſor, qui cum iuramentum, & tamquam principalis Debitor acceſſit

acceffir contractui cambiario, recte poteft compelli ad fortis, & fructuum folutionem, quamvis Cambium fit obliquum, & a Filiofamilias fine Patris confenfu celebratum.

Decif. LXIV.

FLORENTINA Executionis, diei 27. *Aprilis* 1736. *cor. bo. me. Cancell. Bartholomæo Arcbi*. pag. 480.

ARGUMENTUM.

NON obftantibus Mecedoniani Senatus Confulti, ac Statuti Florentini fanctionibus validus effe deciditur Contractus cambii a Filiofamilias abfque Patris confenfu celebratus cum Muliere præfertim ignara qualitatis Mutuatarii, ac propterea contra Fideiufforem pro Filiofamilias in folidum obligatum executio conceditur. Declarantur tamen invalidæ obligationes Filiorumfamilias, licet anni 25. maiorum, qui Mercaturæ non addicti abfque Patris confenfu contrahunt.

Decif. LXV.

FLORENTINA Hypothecariæ, diei 19. *Septembris* 1736. *cor. b. m. Cancel. Bartholomæo Arcbi*. pag. 486.

ARGUMENTUM.

SUper mercibus Tabernæ a viro conftante matrimonio venditæ hypothecariam actionem pro Dote ac fructibus reperendis mulieri competere demonftratur, licet merces Tabernæ per longum, & continuatum Emptoris mercimonium immutationem recceperint, atque ingens valoris incrementum; quoties etenim merces venditæ fuerunt uti *Corpus univerfale*, materiales illorum identitas, ac confequenter hypotheca nunquam evanefcit per fubrogationem novarum mercium, five ab Emptore fubrogario peracta fit, five ab Hærede Debitoris, cum hoc tamen difcrimine, quod merces ab Hærede fubrogatæ tunc demum hypothecæ bonorum defuncti fubiiciantur, fi ex pretio mercium venditarum comparatæ fuerint, fecus fi ex propria Hæredis pecunia.

Decif. LXVI.

FLORENTINA Difdictæ Locationis, diei 10. *Octobris* 1737. *cor. b. m. Cancell. Bartholomæo Arcbi*. p. 496.

ARGUMENTUM.

DUrante locationis tempore poteft Inquilinus expelli ob fupervenientem neceffitatem, non modo filii Locatoris matrimonium contrahent s, verum etiam filiæ paternis in ædibus nubentis.

Decif. LXVII.

FLORENTINA Prælationis 6. *Martii* 1740. *cor. b. m. Audit. Rainerio Francifco de Maris*. pag. 499.

ARGUMENTUM.

SUper Mercibus poft refolutam Tabernæ negociationem unico actu venditis, & ab Emptoris dominio in aliam Tabernam tranfgreffis Venditor præferri nequit Creditoribus pofterioris Tabernæ, licet in ipfo venditionis actu dominium fibi expreffe refervaverit. Huiufmodi fiquidem refervatio præambulam hypothecam Refervatario tribuit donec merces in Emptoris dominio manent, non vero poftquam in alterius proprietatem pervenerunt; repugnar

pugnat quippe Mercium naturæ, perpetua oneris translatio, nisi venditæ sint tamquam Corpus universale; quæ tamen venditio argui nequit ex eo, quod facta fuerit in magna quantitate, & unico actu, sed immo luculenter excluditur, ex eo, quod contigerit post Mercimonium dissolutum; tunc enim merces ad naturam rerum singularium revertuntur, & quamvis in alia Taberna denuo adsumant qualitatem Corporis Universalis, hypotheca tamen iam extincta favore Reservatarii non reviviscit.

Decis. LXVIII.

LIBURNEN. Pratensæ Prælationis, diei 17. *Augusti* 1741. *cor. b. m. Adv. Petro Antonio Gioia*. pag. 518.

ARGUMENTUM.

CUM universalia Tabernarum Corpora non improprie, sed vere dici debeant Bona immobilia, & Statutum Mercantiæ, utpote publicam utilitatem respiciens, non odiosum, ac stricte intelligendum, sed favorabile potius dicendum sit, atque late interpretandum, hinc est, quod sub dispositione eiusdem Statuti *Rub.* 10. *lib.* 3. *de cessant.* irritantis alienationes Bonorum immobilium intra quatuor menses ante decoctionem, recte comprehendatur etiam alienatio Corporis Tabernæ, ac propterea Creditor, qui intra quadrimestre tempus Tabernam in solutum reportavit, non sit cæteris Creditoribus præferendus. Nec præferendus est, si Tabernam in pignus acceperit, tum quia super Corporibus universalibus pignoris constitutio in alienationem resolvitur, præsertim accedentibus coniecturis verbisque dominii translativis, tum quia præfatum Mercantiæ Statutum Creditori pignoris prælationem concedens intelligi debet de vero pignore rei mobilis quemadmodum ex eius contextu, ac Reformatione anni 1713. luculenter deducitur.

Decis. LXIX.

EADEM LIBURNEN. Pratensæ Prælationis quoad Apothecam diei 2. *Aprilis* 1738. *eiusd.* diei 17. *Augusti* 1741. *cor. eod. b. m. Advoc. Petro Antonio Gioia*. pag. 531.

ARGUMENTUM.

LIcet in vim Statuti Mercantiæ *Rub.* 10. *lib.* 3. *de Cessant. & Fugit.* cæteris Creditoribus præferri debeat Creditor pignoris, quoties illud saltem intra duos dies ante Debitoris decoctionem reportavit, nihilominus cessare deciditur hoc privilegium, si appareat quod pignus in fraudem cæterorum Creditorum fuerit acquisitum. Quæ quidem fraus arguitur ex scientia decoctionis; scientia vero hæc ex solis coniecturis, & præsumptionibus probari posse demonstratur.

Decis. LXX.

FLORENTINA Reintegrationis, diei 30. *Martii* 1751. *cor. Illmo Dom. Aud. Marco Philippo Bonfini*. p. 538.

ARGUMENTUM.

BOna fideicommissaria ab Hærede gravato distracta sine Iudicis Decreto minime possunt a Substitutis vindicari, si alienatio facta fuerit ob necessariam non modo constituendæ, sed & restituendæ dotis causam, accedente præsertim expressa

pressa Fideicommittentis voluntate, quod fœminæ descendentes dotentur ex bonis fideicommisso subiectis.

Decis. LXXI.

EADEM FLORENTINA Reintegrationis, eiusd. diei 30. Martii 1751. cor. Illmo D. Audit. Marco Philippo Bonfini. pag. 546.

ARGUMENTUM.

Licet ex novis æstimationibus resultet Prædium ab Hærede gravato iamdiu venditum maioris esse valoris, ac mensuræ, attamen non tenetur Emptor vel Prædii partem Substitutis restituere, vel pretium supplere, quoties ex clara Contrahentium voluntate, aliisque facti circumstantiis manifeste deducatur venditionem fuisse factam ad Corpus, non ad Mensuram, atque insuper demonstretur nullam lesionis, vel iniustitiæ labem in contractu incidisse.

Decis. LXXII.

LIBURNEN. Assecurationis diei 26. Iunii 1759. cor. Illmo D. Aud. Iosepho Bizzarrini. pag. 556.

ARGUMENTUM.

Quoties assecuratio stipulata fuit pro certo tempore, & cum pacto in formula impressa adiecto, quod Navis Magister possit iter divertere quocumque voluerit, Assecuratores de sinistro tenentur, dummodo Navis illud passa sit intra statutum obligationis tempus, & in itinere convento, non obstante quod mercium oneratio facta non fuerit in loco a Contrahentibus designato. Quænam Navis diversitas requiratur ad hoc, ut Assecuratores de sinistro non teneantur? Periculi subiectum quando substantiari possit, licet Capitaneus Mercibus venditis non substituerit illas, quæ fuerunt a Domino Navis indicatæ? Merces omnes in Apodixa onerationis designatæ quando præsumantur adesse super Navi de tempore sinistri, licet in Consulatu de aliquo mercium genere non fuerit mentio facta? Periculum verificatur etiam super mercibus, quæ subrogatæ fuerunt loco mercium post onerationem venditarum, vel super pecuniis ex venditione comparatis.

Decis. LXXIII.

LIBURNEN. Cambii Maritimi, diei 28. Septembris 1759. cor. Illmo D. Aud. Benedicto Moneta. pag. 570.

ARGUMENTUM.

Creditori, cui Navi specialiter hypothecata fuit præferendi minime sunt posteriores Fœneratores, neque ex causa nautici fœnoris, iuxta Romanas Leges accepti, quippe quod excepto usurarum cursu nullum Creditori tribuit privilegium, neque in vim *Leg. interdum ff. qui potior. in pignor. hab.* quotiescumque Navis probatur instructa aliis omnino Instrumentis, aliaque pecunia; neque tandem ex titulo Cambii Maritimi, si Fœneratores exscribi non curaverint in syngrapha causam, in quam pecuniam Nauclero crediderunt, si plus argenti præbuerint quam Navis indigeret, & si pecunia in usum Navis non probetur versa. Quæ quidem probatio omnino requiritur, quoties Fœnerator non adversus Exercitorem Navis, sed adversus Creditores Tertios experiri velit. Et quamvis a *Leg. Lucius Titius ff. de exercit. act.* non desideretur probatio

bario versi, sed nuda dumtaxar indigentiæ demonstratio, attamen ostenditur, demonstrationem hanc nequidem sufficere, si Navis de Portu non solverit, eamque Legem accomodari nequaquam posse Cambio Maritimo quippe quod mutuatus est privilegium suum a *Leg. Interdum ff. qui pot. &c.* quæ probationem versi necessario postulat, quemadmodum ex accurata utriusque Legis comparatione luculenter eruitur; neque ob eam versi probationem quidquam decedere demonstratur de Commercii Nautici commoditate.

Decis. LXXIV.

EADEM LIBURNEN. Cambii Maritimi quoad Successionem Cænit in locum Wilsonii, & Canzinii, eiusdem diei 28. Septembris 1759. cor. eod. Illmo Dom. Aud. Benedicto Moneta. pag. 600.

ARGUMENTUM.

TErtius dimittens pecunia sua Creditorem, qui ad Navem armandam instrumenta Nauclero suffecerat, non succedit in eius actiones reales, nisi Iudicis auctoritate pignus, & hypothecam consequutus sit, vel de succedendo convenerit; nec in actiones personales, nisi constet de voluntate subingrediendi in locum Creditoris dimissi, non obstante quod pecunia ad ipsum Creditorem pervenerit. Quod si ex ea pecunia cambium maritimum initum sit cum Nauclero, non potest Creditor Tertius nec realibus uti, nec personalibus Iuribus, quippe quæ per novationem resoluta fuerunt, nec frui privilegio cambii maritimi, si probatione versi destituatur, & Navis e Portu non solverit.

Decis. LXXV.

EADEM LIBURNEN. Cambii Maritimi quoad Iura Pollazinii, & Angelæ Mariæ Rubelli, eiusd. diei 28. Septembris 1759. cor. eod. Illmo D. Aud. Benedicto Moneta. pag. 606.

ARGUMENTUM.

DEbitor, qui in solutionem dedit nummos furtivos, sese ab obligatione liberasse dicendus est, sive nummi illi a Creditore consumpti, vel commixti fuerint, sive apud eum in ægre quidem permanserint, sed alteri habita de iis fide restituti fint. Uxor pro sui Dote repetenda præferri nequit hypothecariis Viri sui Creditoribus, quoties ex nuptiali syngrapha probari minime possit pecuniam nomine dotis fuisse realiter exsolutam.

Decis. LXXVI.

MUTILIANEN. Retractus diei 4. Aprilis 1761. cor. Illmo D. Audit. Benedicto Moneta. pag. 610.

ARGUMENTUM.

STatutum ius retrahendi vicino concedens pro pretio novis æstimationibus declarando, interpretandum esse non coacte, sed facultative Retrahenti, patet ex pluribus, quæ afferuntur Decisionibus, quæ firmam, ac constantem iudicandi consuetudinem luculenter constituunt.

Decis. LXXVII.

FLORENTINA Fructuum, & Compensationis, diei 7. Augusti 1765. cor. b. m. Cancell. Antonio M. Montordi. pag. 614.

AR-

INDE

INDEX DECISIONUM

QUÆ IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR PER DIOECESES.



SE-



SELECTARUM ROTÆ FLORENTINÆ *DECISIONUM* THESAURUS

TOM. III.

DECISIO I.

FLORENTINA NULLITATIS OBLIGATIONIS

dies 20. *Februarii* 1637. *cor.* AUDIT. BARTOLOMÆO CABALLO.

ARGUMENTUM.

NUlla iudicatur Filiifamilias obligatio, nullaque pariter Ratificatio Debiti a Prodigo facta, postquam ei fuit per Decretum Supremi Magistratus interdicta, Bonorum administratio; Quæquidem Interdictio cum probetur esse perpetua, non autem Annalis, uti ea, de qua loquitur Statutum Florentinum *Rubr.* 118. *lib.* 2. idcirco non requiritur pro eius validitate Publicationis forma ab ipso Statuto præscripta, sed sufficit tantummodo Cedularum in locis publicis affixio; Forma namque Interdictionis Bonorum per æquipollens adimpleri potest. Ad tollendam autem hanc Bonorum Interdictionem necessaria est Decreti a Magistratu interpositi revocatio, nisi publice manifesta sit Prodigi ad sanos mores reversio, quæ tamen desumi non potest ex eius ad munera Civitatis adsumptione.

SUMMARIUM.

1 *Filiusfamilias obligari nemo potest sine consensu Patris, resistente Statuto Florentino Rubr.* 110. *lib.* 2, & num. 7.

2 *Nec non dispositione Senatusconsulti Macedoniani.*

3 *Interdictio Bonorum cum plena Causæ cognitione irritam reddit omnem Interdicti obligationem.*

4 *Interdictio præconizari debet per publicum Præconem, & Bannum in Libris Cameræ registrari, iuxta formam Statuti Florentini*, & n. 22.

5 *Iudex inferior non potest iudicare super iis, in quibus superior manum adposuit.*

6 *Cessat hic defectus ex Principis Rescripto.*

8 *Filiusfamilias maior viginti quinque annis obligari potest ex Statuto Mercantiæ Rubr.* 11. *lib.* 2.

9 *Hæc tamen Dispositio non habet locum nisi inter Mercatores, & in ære alieno Filiifamilias ex causa Mercaturæ.*

10 *Ratificatio Debiti non nocet Ratificanti quando per Decretum Supremi Magistratus ei fuerat interdicta Bonorum administratio.*

11 *Pro efficacia namque obligationis accedere debet consensus, & licentia eiusdem Magistratus, vel Decreti revocatio*, num. 12.

13 *Interdictio Administrationis hic Florentiæ est annalis vigore Statuti Rubr.* 118. *lib.* 2.

14 *Quod tamen loquitur de Banno Prætorio, non autem de Banno eius, qui est loco Principis, quod est perpetuum.*

15 *Et loquitur de Interdictione resultante Prodigo per proclamata Interdictionis facienda Tertiis personis, ne cum eo contrahant.*

16 *Quæ Interdictio cum fiat sine plena Causæ cognitione, & fit ad instar Interlocutoriæ, nil mirum si est Annalis*, num. 17, & 18.

19 *Interdictio autem, quæ fit per Sententiam definitivam cum plena Causæ cognitione, non est Annalis, sed Perpetua.*

20 *Et habet maiorem efficaciam quam Interdictio per Proclamata.*

21 *Et factam fuisse cum plena Causa cognitione probatur ex assertione eiusdem Magistratus interdicentis.*

23 *Per omissionem formæ Interdictionis Bonorum a Statuto præscriptæ annullatur quidem Interdictio, quæ fit per Proclamata, non autem illa, quæ fit per Sententiam definitivam*, num. 24, & 26.

25 *Cuius substantia non pendet ab ipso Banno, neque ab illius solemnitate, cum sint Actus separati, etiamsi Bannum cum prædicta solemnitate requiratur pro eius publicatione.*

27 *Statutum trahi non debet de una specie Interdictionis ad aliam.*

28 *Sententia Interdictionis non potest infirmari propter affixionem Cedularum factam in Locis consuetis tam ante, quam post Sententiam Interdictionis.*

29 *Sta-*

29 *Statutum requirens Praeconizationem censetur illam exigere solummodo ad certiorandum*, num. 30.

31 *Quotiescumque Forma inducta est ad certum effectum, sufficit illam adimpleri per aequipollens.*

32 *Idem dicendum quoad formam publicationis ad certiorandum requisita.*

33 *Affixio Cedularum in locis publicis non solum aequipollet notificationi facta per proclamata, sed per eam melius impleta dicitur publicatio, & de ratione.*

34 *De Iure Communi necessaria est Praeconizatio Interdictionis Bonorum, ut afficiat Contrahentes.*

35 *Sed non est adeo necessaria, quin possit adimpleri per aequipollens.*

36 *Sufficit enim ponere scripturam in Locis Publicis, quae declaret hanc interdictionem fuisse factam.*

37 *Publicare nil aliud est, quam publice, & palam aliquid facere in locis, ubi Populus intervenit.*

38 *Statutum a Iure Communi recipere debet interpetrationem, & secundum illud limitari.*

39 *Facilius admittemdum est adimplementum supradicta Formae per aequipollens, cum hodie nullus adsit liber Camerarii, in quo describi possint Bannimenta iuxta formam a Statuto praescriptam.*

40 *Si absque Banno substinetur Interdictio publicata per affixionem Cedularum, ob eamdem rationem removetur defectus solemnitatis Registrationis.*

41 *Recedendum non est a Stylo Supremi Magistratus.*

42 *Per reversionem ad sanos mores ipso Iure tollitur Interdictio.*

43 *Contrarium. quod nempe necessaria sit Iudicis declaratio, & Interdictionis revocatio.*

44 *Limita, si notorie constet Prodigum recuperasse morum sanitatem.*

45 *Assumptio ad Magistratus, & alios Civitatis honores non sufficit ad removendam praecedentem Bonorum Interdictionem.*

46 *In Flandria contrarium observatur.*

47 *Prodigus adsumi potest ad Magistratus non ex eo quod effectus sit diligens in suis agendis, sed propter necessitatem Patriae, vel aliam ob causam.*

48 *Ex approbatione Personae ad publica munera deduci minime potest eiusdem in privatis rebus idoneitas, & adducitur ratio.*

49 *Ut approbatio suffragetur debet esse in eadem specie Gestionis.*

50 *Probatio reversionis ad sanos mores debet esse certa, ut praecedens annichiletur Interdictio.*

51 *Assumptio ad Magistratus est solum coniectura, & argumentum probabile nullam inducens certitudinem.*

52 *Deficiente certitudinaria probatione Lex praesumit perseverantiam Prodigalitatis semel declaratae.*

53 *Interdictio Administrationis non valet infringere gesta a Prodigo ante Interdictionem.*

54 *Contraria tamen opinio est magis communis, saltem ut beneficio Restitutionis in integrum rescindi possint gesta ante Interdictionem.*

55 *Interdictio infringit ratificationem Debiti sequutam post Interdictionem.*

56 *Obligatio nulla non indiget, ut irritetur, auxilio subsequentis Interdictionis.*



Ensibus elapsis in Causa Illustris D. Hugonis de Rinaldis, & D. Ioannis Baptistæ Palmerii, cum per Illustrifs. D. Gino Capponio confirmavimus Sententiam alias latam ab Excellentifs. D. Iudice Quarteriorum ad favorem d. Capponi sub die 15. Novembris; Nam obligatio, qua nitebantur dicti Actores de Rinaldis ex Causa Mutui sub die 23. Martii 1614. laborabat vitio nullitatis, ut declaravit d. D. Iudex in præfata sua Sententia, tum propter Minoritatem D. Capponi, tum etiam quia tunc temporis idem erat Filiusfamilias, qui non potest obligari sine Consensu Patris, resisten-
1 te Statuto Florentino, *Rubr.* 110. *de oblig. Fil. Fam. lib.* 2. *& Leg. edita die* 18. *Aprilis* 1471. *Cancer. variar. resol. cap. ultim. num.* 216. *par.* 1. nec non dispositione Senatus Consulti Macedoniani,
2 *tot. tit. ff. ad Sen. Conf. Macedon.* unde nullam pariter iudicavimus ratificationem, & recognitionem eiusdem debiti celebratam ab eodem Capponio anno 1629. secundum depositiones Peritorum examinatorum super dubietate d. Millesimi, quoniam eo tempore expirata quidem erat minoritas dicti Obligati, & Patria potestas ob mortem D. Equitis Aloysii eius Patris, sed adhuc durabat interdictio bonorum eidem facta propter suam prodigalitatem ab Illustrifs. Magistratu Dominorum Consiliariorum huius Civitatis sub die 15. Septemb. 1620. ad instan-
3 tiam d. sui Patris, quæ irritam reddit omnem interdicti obligationem, ad notata per *DD. in Leg. is cui bonis ff. de verb. oblig.*

Fuit etiam pro parte d. Palmerii in discussione Causæ tunc oppositum de nullitate dictæ Interdictionis ex eo, quod non fuerit præ-
4 conizata per publicum Præconem, nec minus registratum bannum in libris Cameræ, secundum formam a Statuto traditam, *rubr. cit. lib.* 2. Ulteriusque exceptum, quod dicta interdictio esset Annalis ex dispositione dicti Statuti loco citato; Verum quia supervenerunt decreta eiusdem Magistratus, alterum sub die 26. Maii 1637. in quo declaratum fuit eamdem interdictionem esse legitime notificatam ex affixione Cedularum ad loca publica, & alterum sub die 9. Iunii eiusdem anni, per quod pronunciatum fuit dictam interdictionem perseverasse vim suam, & durationem a die 15. Septembris 1620. suæ originis usque ad diem plenariæ restitutionis d. proclamatis & revocationis eius-

dem

dem interdictionis secutæ sub die 27. Maii 1631. præcisa nobis fuit via cognoscendi de viribus dd. exceptionum, cum Iudex inferior non 5
possit iudicare super his in quibus superior Minum apposuit, *Leg. minor autem Magistratus ff. de minor cap. cum inferior de maior. & obedient. Clement. ne Roman. in princip. de elect. Decian. respons. pr. n. 152. lib. 3. Odd. de restit. in integrum par. 1. qu. 32. n. 145.* Hodie vero Cessante hoc defectu nostræ iurisdictionis ex rescripto Serenis. D. Nostri emanato ad preces D. Palmerii, per quod nobis impo- 6
situm fuit onus informandi cum voto nostro super prædictis, ut advertit ad rem *Gerispin. cons. 11. n. 14. vers. quia* iterum examinato negotio, & cum maturitate perpensis singulis, & omnibus præfatis decretis, atque exceptionibus propositis a d. Palmerio, unanimiter votavimus, quod ipse non sit gravatus, neque a d. Magistratu ex dd. Decretis, neque ex dicta Sententia nostra, immo standum esse in decisis; Moti quia nullitas obligationis d. D. Capponi est evidens rationibus supra allegatis pro fundamento dictæ nostræ sententiæ, & precipue quia dictus Capponius tempore suæ obligationis erat Filiusfamilias, quod sufficit pro nullitate d. obligationis, ut sæpius ex dicto 7
Statuto *Rubr.* 110. & ex dicta *Lege anni* 1471. iudicavit hæc *Rota die 18. Martii 1574. Lib. Motiv. 40. fol. 42. & die 29. Iulii 1602. Lib. Motiv. 84. fol. 183.*, & late *in Florentina Obligationis Filiifamilias die 6. Februarii 1618.* & de propria obligatione D. Gini in *Florentina Nullitatis Obligationis die 19. Decembris 1618. Lib. Motiv. 98.*

Nec obstat, quod Filius familias maior viginti quinque annis 8
obligari possit ex Statuto Mercantiæ *Rubr. 11. dell' Obbligazione de' Figliuoli di Famiglia lib. 2.* quia dictus D. Ginus non erat maior dicta die 23. Martii 1614, qua celebravit dictam obligationem cum esset natus die 6. Maii 1589. iuxta Fidem Baptismatis, unde eidem deficiebant fere duo menses ad complendam perfectam ætatem, & consequenter nulla erat sua obligatio etiam attenta dispositione dicti Statuti Mercantiæ, ut fuit tentum ab hac *Rota in dicta Florentina Obligationis Filius familias dict. die 6. Februarii 1617.* & patet ex lectura ipsiusmet Statuti, sed data etiam maioritate dicti D. Gini non applicatur dictum Statutum, quod habet locum solummodo inter Mercatores, & in ære alieno Filii familias ex causa Mercaturæ: Sic in individuo declarant 9
dictum Statutum Florentinum, *Alex. cons. 113. num. 2. lib. 1.* & ibi Addent., & alii quos refert, & sequitur *Rauden. decis. Pisan. 8. num. 7. & 8. & Rot. Florentina* his non relatis *in dicta Florentina Obligationis die 6. Februarii 1618.*

Recognitio, seu ratificatio debiti facta ab eodem D. Gino dicto anno 1629. non nocet ratificanti, quia tunc temporis, ut alias diximus eidem fuerat interdicta administratio bonorum ex dicto Decreto Illustrissimorum Dominorum Locumtenentis, & Consiliariorum huius

10 Civitatis, ob quam non poterat obligari, *dicta Leg. is cui bonis, ubi DD. ff. de verbor. obligat. Gomez. variar. resolut. cap. 14. de restit. minor. num. 30. & 32. Caldas ad L. 1. Curatorem in verbo cum non obsimilis num. 70. & 73. Cod. de in integr. restitut. Gutierez. de turam. confirm. cap. 32. num. pr. Vasq. de success. progress. lib. pr. §. pr. num. 61. Manson. de caus. execut. limit. 11. num. 80.* & in terminis de Prodigo interdicto per Decretum dicti Clarissimi Magistratus, tradit *Ger. Spin. cons. 11. a num. 28. versic. & in primis*, & præcipue *num 38. & 41. versic. his ita suppositis, & num. 60. & 61.* adeout pro efficacia obliga-
11 tionis accedere debebat præscriptus consensus, & licentia eiusdem Magistratus, secundum formam dicti Decreti, *Iodoc. de tutel. & curat. cap.*
12 *8. num. 42. & seqq.* vel eiusdem Decreti revocatio, *Mart. de success. legal. par. 4. quæst. pr. artic. pr. num. 43. & 44.*

Nec alicuius momenti visum fuit obiectum, quod interdictio ad-
13 ministrationis Florentiæ sit annalis virtute dicti Statuti 118. *sub dicta Rubric.* de Contractu prohibitio fieri cum male gerentibus facti sua *Lib. 2.* „ ibi „ & dictum bannum duret per unum annum tantum „ quia dictum Statutum loquitur de banno prætorio, secus est de banno eius, qui est loco Principis, ut hic dictus Illustrissimus D. Locumte-
14 nens cum Colleghis, quod est perpetuum, *Bartol, Angel., Castrens., Alex., Ias., & aliis in Leg. stipulationum ff. de verb. oblig. Ursill. ad Afflict. decis. 290. num. 2.* & in eo habetur sermo de Interdictione resultante prodigo per proclamata interdictionis faciendæ Tertiis Per-
15 sonis, ne cum eo contrahant, de qua interdictionis forma agunt *Bart. in L. is cui bonis n. 3. Castrens. num. 10. Alex. n. 11. Iason. num. 13. Aretin. num. 3. Imol. num. eod. Rip. num. 31. & seqq. ff. de verb. obligat. Aret. in §. item prodigus num. pr. Instit. quib. non est permiss. facer. testam. Rebuff. de sentent. provis. artic. 3. gloss. 4. num. 4. Farbin. controv. iur. cap. 66. versic. septima lib. 2.* & quæ sit nulla præcedente Sententia, neque Citatione, & consequenter sine plena
16 Causæ cognitione, *Imol. in dict. L. is cui num. 3. Aret. in d. §. prodigus n. 3. & Rebuff. num. 4.* unde dicta interdictio est adinstar inter-
17 locutoriæ, *Bald., & Roman. in Leg. pr. Cod. de postul. Becc. cons. 4. num. 11 & seqq. lib. pr.* & propterea nil mirum si est Annalis, &
18 DD. infra proxime citandi; Contrarium vero dicendum est, quando interdictio fit per Sententiam definitivam ipsimet prodigo cum plena Causæ cognitione, & præviis Citationibus eorum quorum interest, ut in casu nostro, de qua non loquitur dictum Statutum, & hæc non est
19 annalis, sed perpetua, *Oddofred., Alberic., Bartol., Bald., Salycet., Castrens., & Roman. in dict. Leg. 1. Cod. de postulat., Fulgos., Alberic. Bald., & Castrens. in Leg. puto §. pr. ff. eod. Becc. dict. cons. 4. n. 11. & seqq. lib. 1.* & habet maiorem efficaciam, quam interdictio per pro-
20 clamata, *Felin. in cap. ex litteris num. 12. de constit. Becc. dict. cons. 4. num.*

num. 13. quodque huiusmodi interdictio facta fuerit cum plena Causæ
cognitione probatur ex assertione eiusdem Supremi Magistratus in
ipsamet Sententia interdictionis, in qua testatur vidisse prævias Cita-
tiones cum relatione in locis publicis huius Civitatis, & Capitula D. 21
Equitis Aloysii Capponi una cum depositionibus testium, sic in puncto
Decreti interdictionis d. Magistratus tenet *Gerispin. d. cons.* 11. *n.*

Nec obstare dixerunt Domini, quod dicta interdictio non fuerit
præconizata, neque facta alicuius proclamatis descriptio in Libro Ca- 22
merarii, iuxta formam præscriptam a d. Statuto, quia statuentes ibi
propter dictam omissionem annullant quidem bannum, & consequen- 23
ter interdictionem, quæ fit per d. proclamata, & in eo substantiatur
secundum tradita per DD. supra allegatos in *d. Leg. is cui bonis ff.*
de verb. oblig. non autem interdictionem factam per Sententiam diffi- 24
nitivam, cuius substantia non pendet ab ipso banno, neque ab illius
solemnitate, cum sint Actus separati, etiamsi bannum cum prædicta 25
solemnitate requiratur pro eius publicatione, *Federic. De Senat. Cons.*
211. *n.* 4. *&* 5. Ideo non bene infertur ex omissione formali dicti
banni, & illius registrationis ad nullitatem interdictionis, quæ non fit 26
per proclama, tantumque per illud publicatur, quia huiusmodi omis-
sio nil detrahit substantiæ dictæ interdictionis, *Bald. in Leg. si dona-*
tionem in princ. Cod. de nupt. Federic. de Senis dict. cons. 211. *n.* 4.
& 5. nec de una specie Interdictionis ad aliam trahi debet d. Sta- 27
tutum, *Castrens. in d. Leg. is cui bonis n.* 3. *& ibi Alex. eod.* 2. *ff.*
de verb. oblig. tamquam odiosa Turret. cons. 37. *n.* 29. *lib.* 3. vel so-
lummodo quærendum est, an contrahentes cum d. D. Gino habuerint
scientiam præfatæ interdictionis, *Federic. de Sen. d. cons. n.* 4. *&* 5.
quæ non potest inficiari propter affixionem Cedularum factam in lo-
cis consuetis, tam ante, quam post Sententiam interdictionis, *Paris.* 28
de resign. benefic. qu. 6. *n.* 17. *lib.* 11. *tom.* 2. Verum dato etiam,
quod dictum Statutum compræhenderet interdictionem factam per Sen-
tentiam definitivam, tamen ex defectu banni non resultat nullitas d.
interdictionis, quia statutum requirens præconizationem censetur illam 29
exigere solummodo ad certiorandum, *Alex. cons.* 24. *n.* 6. *lib.* 4. *&*
cons. 138. *n.* 3. *lib.* 7. & in specie quod huiusmodi publicatio inter-
dictionis bonorum requiratur ad effectum tantum certiorandi contra- 30
hentes, ne ignari dictæ interdictionis decipiantur, firmant *Castrens. in*
d. Leg. is cui bonis n. 10. & post illum *Aret. n.* 2. *& Rip. n.* 37.
Rebuff. d. tit. de Sentent. provis. art. 3. *gloss.* 4. *n.* 4. at quotiescum-
que forma est inducta ad certum effectum sufficit illam adimpleri per 31
æquipollens, *Turret. cons.* 36. *n.* 27. *& seqq. & n.* 32. *lib.* 3. *Man-*
tic. de tacit. convent. lib. 2. *tit.* 4. *n.* 45. *& tit.* 11. *n.* 42. *lib.* 7.
& tit. 6. *n.* 43. *lib.* 21. *Rot. Gen. dec.* 210. *n.* 3. *&* 4. *Rot. Rom.*
dec. 267. *n.* 6. *par.* 1. *divers. & dec.* 177. *par.* 1. *& dec.* 177. *n.*

12. *par.*

12. *par.* 2 *& dec.* 313. *n.* 1. *par.* 3. *rec. Ludovis. dec.* 518. *n.*...; & formam publicationis requisitæ ad certiorandum adimpleri per æquipollens dicunt, *Alex. d. cons.* 138. *n.* 1. *& d cons* 24. *n.* 4. *lib.*
32 4. *Mandos ad Roman cons.* 433. *sub littera... Marescott. var. resol. cap.* 68. *n.* 13. *lib.* 1. *& cap.*, 38. *n.* 14. *lib.* 2. *Gomez. super reg. de publicat. resignati qu.* 11. *Cassador. super reg. Cancell. dec.* 26. *Paris. de resign. benef. d. qu.* 6. *n* 22. 85. *&* 86 *& qu.* 12. *n.* 3. *lib.* 11. *tom.* 2. *Fenzon. ad Statut. Urb. cap.* 194. *num.* 49. *&* 71. Quod autem affixio Cedularum in Locis publicis non solum æquipolleat notificationi factæ per proclamata, & preconizationem, sed pinguius
33 adimpleta dicatur publicatio patet, quia Vox Præconis paucis, & affixio Cedularum ad instar ædictorum omnibus innotescit, sic in specie *Angel. in Leg. pr.* §. *hac stipulatio num.* 11. *ff* 1. *cui plusquam per Leg. falcid. & Cassador. super regul. cancel. decis.* 28. *ad fin.* hacque ratione dicit ibi *Angel.* hodie loco Edictorum esse in usu affixionem dictarum Cedularum; & hinc etiam *Cassador.* in præfata Decisione concludit punctualiter ad rem nostram, quod per affixionem Cedularum satisfactum sit requisitæ preconizationi.

Nec dicatur etiam de Iure Communi necessariam esse preconiza-
34 tionem interdictionis bonorum, ut afficiat Contrahentes, *Rip. in dict. Leg. is cui num.* 37. *ff. de verb. oblig. Castrens. cons.* 248. *num.* 4. *lib.* 2. *Gomez. variar resolut. cap.* 14. *de restitut. minor. num.* 31. *Gutierez de Iuram. confir. cap.* 32. *num.* 1 *Navar. de for. elect sect.* 2. *quæst.* 1. *n.* 5. *Ursil. ad Afflict. dec.* 290. *num.* 7. quia eodem modo resolvitur obiectum, videlicet quod de Iure Communi non est adeo præcise necessaria publicatio interdictionis bonorum per bannimenta, & proclamata quin possit adimpleri per æquipollens, ut supra diximus
35 ad oppositionem Statuti, & in individuo quod de iure Communi, etiamsi requiratur præconizatio sufficiat poni Scripturam in locis pu-
36 blicis, quæ declaret hanc interdictionem fuisse factam tenet, *Aretin. in d. Leg is cui bonis n.* 2. ubi sic intelligit doctrinam Castrensis in eadem *Leg.* qui sub *n.* 10. dictum reliquit, necessariam esse publicationem interdictionis, & loquitur etiamsi procedatur per viam statuti, & cum *Castrense*, & *Aretino* absque alia distinctione transit *Fachin. contr. Iur.* 68. *in princ lib.* 2. ubi simpliciter dicit exigi publicationem; publicare autem nil aliud est, quam publice, & palam
37 aliquid facere in locis, ubi populus intervenit, *Paris. dict. quæst.* 6. *num.* 15: quod factum fuit in casu nostro, & in terminis, quibus per simplicem notificationem est satisfactum dictæ præconizationi interdictionis a Iure Communi requisitæ de Mandato Iudicis facti sic fatetur *Castrens.* pro alia parte consulens in dicto *cons.* 248. *num.* 4. *vers. sed si fuisset lib* 2. ergo hoc argumentum tantum abest nocere, quod potius servit pro confirmatione eorum, quæ supra diximus de Sta-

Statuto, quia hoc supposito Statutum disponit super quibus disponit Ius Commune, & propterea ab eodem Iure Communi recipere debet 38
interpretationem, & secundum illud limitari, *Iason. in §. in personam num. 30. instit. de act. Cost. remed. subsid. 34. num. 10. Surd. dec. 49. num. 8. & decis. 282. num. 24.*

His addi potest facilius admittendum esse adimplementum dictæ formæ per æquipollens cum hodie nullus adsit liber Camerarii in quo describi possint hæc bannimenta iuxta formam a statuto ordinatam, ad *Felin. in Cap. dilecta num. 13. versic. limita septimo de rescript. Cassador. dicta decis.* 28. & si sine banno substinetur ex prædictis interdictio publicata per affixionem Cedularum eisdem rationibus removetur defectus solemnitatis registrationis, *Alex. d. cons. 24. num. 6. lib. 4. & Federic. de Sen. d. conf. 11. n. 4. tit. 5.* & hinc forsan inolevit Stylus d. Supremi Magistratus publicandi huiusmodi interdictiones per d. affixionem Cedularum in locis publicis, & consuetis loco bannimentorum, de quo stylo Nobis fuerunt exhibita per Dominum Cancellarium eiusdem Magistratus nonnulla exempla, & ab 41
eo non esse recedendum, dicit in terminis *Angel in d. Leg. 1. §. hac stipulatio num. 11. ff. cui plusquam per Leg. falcid.*, sed insuper ab hoc stylo non fuit desumptum fundamentum nostrum decisionis principaliter cum Palmerius dederit, unum exemplum de observatione banni.

Nec refragari duximus aliud suppositum quibus D. Ginus post d. Decretum redierit ad sanos mores, & propterea ipso iure finita sit omnis interdictio ex *Pract. Pap. quest. 260. Petr. Gregor Syntagm. Iur. univers. par. 2. lib 3. cap. 6. num. 4. & ad fin. Thusc. litt. P. conclus. 868. num. 17.* nam ex resipiscentia non cessat ipso iure Sententia interdictionis, sed necessaria est Iudicis interdicentis declaratio, & eiusdem interdictionis revocatio, *Saliect. in L. si putas n. 2. versic. & ego resp. Cod. de petit. hæredit. Castrens. in d. Leg. is cum bonis num. 9. ad fin. ff. de verb. oblig. Mart. dict. tractat. de success. legal. par. 4. quæst. 2. artic. pr. num.* 43. & 44. & contraria opinio procedit solum, quando notorie constat Prodigum recuperasse morum sanitatem, ut declarant *Bartol. in Leg. is cum bonis num. 5. Alex. n. 19. ad fin. Iason. num. 16. Aret. in dict. §. item prodigus instit. quib. non est permiss. facer. testam. Aldovrand. in §. Furiosi ad fin. instit. de Curat. Dec. conf. 273. num. pr. nec admitti debet lib. pr. Ruin. conf. 85. num. 5. lib. 4. Villalob. commun. opin. in litera P. num. 343. vers. quam intellige, Caldas ad Leg. si curatorem in verb. cum non absimilis num. 81 versic. hec tamen Cod. de integr. restitut. Amendol. ad Franch. decis. 461. num. 15. Rebuff. de Sentent. provis. gloss. 4. art. 3. n. 13. Montan. de tutel. cap. 37. regul. 2. n. 15. vers. & hoc procedit Cenc. de censib. par. 1. cap. 2. qu. 1. art. 3. n. 1. Duard.*

39 40 42 43 44

ard. eod. tract. §. 1. *de recens subinq. qu.* 18. *concl.* 1. *n.* 21. *&* 22. hic autem ad docendum de Notorioritate huius resipiscentiæ nil aliud affertur preterquamquod idem D. Ginus fuerit assumptus ad Magistratus, & ad alios Civitatis honores, quod non sufficit ad removendam
45 præcedentem bonorum interdictionem, ut in puncto tenent, *Bart.* in *Leg.* 1. *ad fin. & ibi Castrens. & Angel. n.* 3. *C. qui & advers. quos in integr. res tit. Ieson. in d. Leg. is cui bonis n.* 16. *& Ripa n.* 42. *ff. de verb. oblig. Dec. d. cons.* 273. *n.* 1. *vers. & in tantum Montan. d. tract. de tutel. cap.* 37. *d. reg.* 2. *n.* 16. neque contrarium de Iure firmat, *Damander. de tutel.* allegatus pro alia parte, *cap.* 8. *n.* 27. *inter tract. tom.* 8. sed solum testatur de Consuetudine Flandriæ, secundum quam assumpti ad honores censentur recuperare bonorum administrationem, quasi ad bonos mores reversi, & hæc non est consi-
46 derabilis extra Flandriam ad *Leg.* 3. *in fin. ff. de testament. Surd. cons.* 323. *num.* 13. *Gratian. discept.* 973. *n.* 39. *Mantic. decis.* 284. *n.* 6. & quamvis idem *Damander.* pro dicta Consuetudine tuenda adducat eam rationem, quod dum aliquis ad honores, & Magistratus assumitur precedente informatione presumendum sit informantem, & relatorem Principis cognovisse assumpti idoneitatem, & eius reversionem ad sanos mores, tantum hæc ratio non est concludens, quia talis assumptus potuit assumi ad huiusmodi Magistratus non ex eo, quod effectus esset diligens in suis agendis, sed propter necessitatem
47 Patriæ, vel alium respectum, ut ponderat *Paul. de Castr. in dict. Leg. pr. num.* 3. *Cod. qui, & advers. quos.* & experientia nos docet, quod
48 multi sunt prodigi, & fatui assumpti ad publicos honores, secundum *Rip. in dict. Leg. is cui bonis num.* 42. neque necessario infertur ex approbatione Personæ ad publica munera idoneitas eiusdem in privatis rebus, cum plures sint peritissimi in rebus publicis agendis, qui nihilominus in privatis, & propriis nihil valent, ex sententia *Salyceti in d. Leg. pr. num.* 5. quare approbatio, ut suffragetur ad propositum debet
49 esse in eadem specie gestionis *Salycet.* „ ibi „ ex his licet nemo assumatur ad Doctoratum per Collegium nisi præcedente examine, & approbatione, nihilominus non sufficit ad tollendam bonorum interdictionem, quod interdictus efficiatur Doctor „ *Rip. in d. Leg. is cui Bonis n.* 42. Infallibilis, & certitudinaria probatio rever-
50 sionis ad sanos mores esse debet ad annihilandam præcedentem interdictionem, *Bart. in Leg.* 1. *ff. de Curat. furios. & ibi Bald. n.* 5. *&* 7. *Aret. in d. §. prodigus n.* 5. *&* 7. *Mascard. de probat. concl.* 1241. *n.* 16. *lib.* 3. At assumptio ad Magistratus est solum coniectura, & ar-
51 gumentum probabile nullam inducens certitudinem, *Bald. in d. Leg.* 1. *n.* 6. *Salycet. ad fin. & alii C. qui & advers. quos, & Rip. in d. Leg. is cui bonis*, deficiente igitur huiusmodi probatione semper lex præsumit
52 perseverantiam prodigalitatis semel declaratæ usque ad actualem inter-
dictio-

dictionis revocationem, *Aretin. in d. §. Prodigus ad fin. Gomez. d. cap. 14. de restit. minor. n. 31. ad fin. Mascard. d. concl.* 1241. *n.* 17.

Prædictisque nihil resistir alia oppositio, quod d. interdictio emanara anno 1620., & sic post annos sex a die obligarionis d. Capponi non valeat infringere gesta a prodigo ante interdictionem adminis- 53
trationis, ad tradita per *Doctores in d. Leg. is cui Bonis, & in Leg. furiosi ff. de Curat. & in §. Item prodigus Instit. quib. non est permiss. fac. testament. Rodoc. in d. tract. de tutel. d. cap. 8. num. 9. & 10. Petr. Gregor. Syntagm. iur. univers. part. 2. lib. 13. cap. 6. numer. 4. Tusch. Litter. P. conclusion. 866. numer. 11. & conclus. 867. num. 5.* nam preterquamquod contraria opinio est magis Communis saltem ut beneficio restitutionis in Integrum rescindi 54
possint gesta ante interdictionem, quam profitentur *gloss. in Leg. Patri pro filio ff. de minor Bartol. in Leg. Marcellus ff. de fideiuss. Castrens. Angel. Cuman. Alex. & Iacobin. de S. Georgio in leg. si Curatorem. C. de in integr. restit. Bald. relatus per Ias in d. leg. is cui bonis num. 12. & ibi Rip. num. 36. Roman. sing. 226. Caldas in d. leg. si Curatorem in verb. cum non absimilis num. 3. vers. sed in contrarium, cum Glos.* ubi etiam pro eadem opinione alios plures refert *Rebuff. ubi supra num. 7. Lopez. alios allegans in Leg. 5. tit. 11. par. 5. in gloss. defendend. ad fin. Guttierez de iur. confirmat. part. 1. d. cap. 32. num. 4. ad fin. Facbin. controvers. 67. vers. 9. lib. 2.* & in puncto interditionis factæ a dicto Supremo Magistratu *Gerispin. d. cons. 11. præsertim num. 61.* nobis sat est, quod interdictio infringat ratifi- 55
cationem d. debiti sequutam post interdictionem, quia cum præcedens obligatio sub die 23. Maii 1614. esset nulla ex allegatis non indiget auxilio, ut irritetur, subsequentis interdictionis, & obiectum 56
applicaretur supposita validitate d. obligationis Originalis D. Gini sub die 23. Maii. Ex quibus &c.

Ambrosius de Lutis Rota Audit.
Martius Venturini Rota Audit.
Bartholomaeus Caballus Audit., & Relat.

DECISIO II.

FLORENTINA DONATIONIS

diei 31. *Maii* 1647. *cor.* AUDIT. FRIDERICO MENGACCIO.

ARGUMENTUM.

SI Bona cum vinculo fideicommissi donata alienantur, possunt ea Substituti a Tertiis Possessoribus vindicare, licet Donatio intra spatium quadraginta quinque dierum registrata non fuisset iuxta dispositionem

posi ionem Legis anno 1551. in Etruria latæ; Quæ Lex quomodo intelligenda sit, luculenter explicatur?

SUMMARIUM.

1 *Quando Lex aliquid requirit intra certum tempus sub pœna nullitatis Actus, inducta dicitur forma, quæ ad unguem est adimplenda.*
2 *Et præcipue in Statuto, quod si aliquid exprimit ultra dispositum a Iure Communi, censetur de forma substantiali.*
3 *Intentio Legis ex proœmio ducitur.*
4 *Forma Legis inducta ad effectum evitandi fraudes, potest adimpleri per æquipollens.*
5 *Si intra tempus a Lege constitutum Donatio ad publicam notitiam deducta sit alio modo, quam per registrationem, satisfactum est menti Legis per æquipollens.*
6 *Vis in tempore non sit, & tempus pro forma non est inductum.*
7 *Dictio* usquequo, *vel* donec *restringit dispositionem, & perseverantiam requirit.*
8 *Dictio* ut supra, *repetit omnes præcedentes qualitates. Limita. n. 9.*
10 *Si una qualitas repetita sit, altera vero non, hæc videtur consulto omissa.*
11 *Quod multo magis procedere debet, ut evitetur inutilis superfluitas.*
12 *Nullum potest considerari discrimen inter Legem prohibentem, & annullantem.*
13 *Ad evitandam superfluitatem dicendum est dictionem* ut supra, *ad omnes qualitates supra expressas non esse referendam.*
14 *Materia Repetitionis dependet a verisimili, & conjecturata mente Disponentis.*
15 *Cessat Repetitio quando mens Disponentis verificatur etiam repetitione non facta.*
16 *Magis attenditur finalis causa formæ, quam verba præcisa.*
17 *Observantia interpetrativa declarat verba dubia Legis, etiamsi contrarius intellectus esset de iure verior.*
18 *Lex, & Statutum a Practica interpetrationem veram recipiunt, a qua non est recedendum.*
19 *Consuetudo interpetrativa non requirit Sententias, nec contradictorium Iudicium, nec præscriptionem, sed sufficit aliquo tempore ita observatum fuisse.*
20 *Non sunt immutanda ea, quæ diu certam interpetrationem habuerunt.*
21 *Interpetratio menti Legis satisfacere debet.*
22 *Actus contrarii destruunt, & excludunt Consuetudinem.*
23 *Diversi vero non.*
24 *Observantia probari debet per Actus, qui casum percutiant.*
25 *Tot sunt Donationes, quot substitutiones.*

26 *Quan-*

26 *Quando vigore Statuti registranda sunt Testamenta intra trimestre spatium, alias sint nulla, si registratio fuit ab Herede praetermissa, non nocet Substitutis.*

27 *Auctoritas, Alexand. cons. 119. num. 18. & seqq. lib. 6. declaratur num 28.*

29 *Substitutus est excusandus, si iusto impedimento detentus registrationem non procuravit.*

30 *Si Debitor Creditori suo dedit in pignus bona sibi donata, pignus non resolvitur, si Donatio annulletur praetextu insinuationis non factae intra tempus a Statuto praescriptum, nisi ipsi Creditori possit imputari, quod insinuationem omiserit.*

31 *Testator consulere potest validitati suae dispositionis procurando, ut suum Testamentum ipso vivente registretur.*

32 *Donationes a Donatariis etiam insinuari solent.*



Ub die 24. Aprilis 1565. Dominus Antonius Bonaccursius donavit omnia eius Bona presentia, & futura, reservatis sibi usufructu, & scutis duobus millibus ad effectum testandi, Ioanni Francisco eius Fratri Germano sua vita durante, & post eius mortem Filiis, & Descendentibus masculis tam natis, quam nasciturís in infinitum ordine successivo, & durante eorum vita respective, & non ultra, & in defectu lineae masculinae dicti Ioannis Francisci dedit, & donavit Philippo alteri Fratri, cum supradictis Fideicommissariis substitutionibus pro omni &c. acceptante, & stipulante notario.

Sub die 11. Iunii dicta Donatio fuit registrata in Libris Gabellae.

Post annum ex hac vita migravit dictus primus Donatarius, relictis post se Bonaccursio, Rainerio, & Zenobio Filiis, & de anno 1574. pariter ex hac vita migravit Philippus alter Frater Donatoris ab intestato, & sine Filiis, & Filii d. Ioannis Francisci dictam Donationem acceptaverunt de anno 1578. & de anno 1580. dictus Antonius Donator pariter vitam cum morte commutavit.

Supradicti Filii pricer Donatarii fere omnia bona stabilia donata alienatunt, ex quo modo Filii Ioannis Francisci Bonaccursi Iunioris, & Pronepotes primi Donatarii convenerunt coram Supremo Magistratu Dominos Iacominum, Generottos, ac alios praetensos Tertios Possessores bonorum Fideicommisso suppositorum, tamquam ad ipsos in dicto Fideicommisso comprehensos spectantes.

Domini autem Rei conventi multas exceptiones proposuerunt, & signanter illam donationem esse nullam, ex quo non fuit registrata, iuxta Dispositionem Legis promulgatae de anno 1551.

In qua sanciram reperitur, omnes Donationes in tempore non registratas nullas, ac invalidas in praeiudicium Tertii reputari.

 Magi-

Magistratus autem Illustris. Causam ad referendum commisit omnibus Rotæ Auditoribus, ut in una, vel pluribus relationibus, quid nobis iustum esse videretur diceremus.

Primo igitur fuit propositus Articulus, an dicta Lex, quæ Donationem intra quadraginta quinque dies registrari *mandat*, alias sit nulla in præiudicium tertii, habeat locum in casu nostro, cum consideratis verbis Legis appareat registratum Instrumentum post elapsos quadraginta quinque dies?

Nos vero omnibus diligenter consideratis, quæ a præstantissimis Advocatis hinc inde deducebantur censuimus Donationem validam esse & ad ita referendum moti fuimus, consideratis primo verbis Legis ad propositum facientibus, quæ sunt hæc „ volendo ovviare alle „ fraudi di chi volesse tenere occulte le Donazioni, che si fanno, „ che tutte le Donazioni di qualunque sorte fatte dal dì 5. Gennaio „ 1550. in quà, e che si faranno per li Cittadini Fiorentini, si debbano infra gl' infrascritti termini registrare in un libro, perciò ordinato &c. nel qual libro *il Notaio, che sarà proposto* sopra il registrare le Donazioni, sia tenuto quelle fatte nella Città, e Dominio notare succintamente, col nome di chi dona, a chi è donato, la cosa donata, col nome del Notaio, con tutti gli patti, che „ si conterranno in detta Donazione.

„ Le quali donazioni si debbino riportare in gabella quelle, che „ si faranno in Firenze infra quarantacinque giorni dal dì, che si „ celebreranno &c. e che fino a tanto che infra detti tempi non saranno registrate, non pregiudichino ad alcuna terza Persona, etiam „ intra li quarantacinque giorni, anzi quanto al pregiudizio de' terzi „ le si abbino al tutto per non fatte, e si reputino al tutto finte, e „ simulate, infino a tanto che non vi saranno registrate, come sopra, „ stando però ferme le Donazioni tra gli Donatori, e Donatari &c. „

Cuius legis vigore dicebant DD. rei conventi dictam Donationem in eorum præiudicium declarandam esse, quia non fuit registrata intra quadraginta quinque dies, quando enim lex aliquid requirit intra certum tempus sub pena nullitatis actus inducta dicitur forma,

1 quæ ad unguem, & in forma specifica adimplenda est, nec potest adimpleri per æquipollens, *Surd. dec.* 268. *n.* 18. *Riminal. Iunior. consil.* 72. *n.* 1. & *n* 54. & *seqq. Seraphin. dec.* 1474. *num.* 3. *Cavaler. dec.* 612. *n.* 18. *Gratian. disc.* 783. & *cap.* 887. *n.* 18. Et præcipue hoc procedit in Statuto, quod quidem si aliquid exprimit ultra dispositum a Iure communi, prout factum fuit in supra dict. Lege censetur de

2 forma substantiali, *Dec. consil.* 532. *n.* 2. *vir. dec.* 334. & 335. *Eugen. consil.* 7. *n.* 58. cum aliis multis relatis a *Testaio a leg.* 21. *num.* 18. & 19., cum aliis adductis per Informantes pro parte DD. reorum Conventorum.

Cœ-

Cœterum pro parte Dominorum de Bonaccursis, multæ erant responsiones, quæ contra supradictum fundamentum adducebantur. Dicebant enim non esse semper admittendum, quod quando aliquid requiritur pro forma, non possit adimpleri per æquipollens. Intentio enim Legis, quæ ex proemio ducitur, *Leg. pr. in fin. ff. de orig. iur. & Leg. fin. Cod. de hered. Instit. Rot. dec. 167. n. 2. par. 2. & decis.* 3
149. n. 3. par. 6. rec. fuit promulgata ad fraudes evitandas, quo casu sufficit, formam per æquipollens adimpleri, *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 7. tit. 15. n. 42. Seraph. dec. 309. & dec. 1413. n. 3. ead. Rot. dec. 149. n. 5. par. 6. rec.* quæ loquitur in fortioribus terminis, *Casador. dec. 2. de Iudic. & ad reg. Cancell. dec. 26. per tot. & dec 33. n. 4. & 5. par. 2. rec. Duran. dec. 48. n. 11. & seqq.* 4

Cum igitur in casu nostro non fuerit Lex contempta, sed solum ad paucos dies dilata, & per quadraginta, & ultra annos antequam Bona in controversiam deducta ad Tertios Possessores pervenerint, dicta Constitutio non potest, nec debet præfatam inducere nullitatem, cum æque bene potuerint Bonorum Possessores rebus suis consulere, ac si intra quadraginta quinque dies fuisset registrata.

At pro parte Dominorum reorum replicabatur, quod dum vis fieret in tempore istud pro forma requiri concedatur, erat satisfaciendum menti Legis per æquipollens intra tempus præfixum, prout fuisset, si alio modo ad publicam notitiam intra dictum tempus donatio deducta esset, & ita sunt intelligendæ auctoritates supra relatæ, 5
& ita in terminis se declarat, *Casad. de regul. Cancell. dec. 26. in fin. per Text. in Leg. Bonorum ff. rem ratam haberi.*

Quocirca *Rota* unanimiter amplexa fuit aliam responsionem, quæ 6
adducebatur vim non fieri in tempore, & tempus pro forma non fuisse inductum.

Colligitur enim hoc ex verbis eiusdem legis, dum dicit „ e per „ fino a tanto che infra detti tempi non saranno registrate, non pregiudichino ad alcuna terza persona etiam infra li quaranta cinque giorni, *anzi quanto al pregiudizio de' terzi si abbino al tutto per non fatte, e si reputino al tutto finte, e simulate*, fino a tanto „ che non vi saranno registrate, come sopra &c. „ Ista verba videntur declarare, quod non sit opus, ut registratio fiat intra quadraginta quinque dies, licet enim facultas registrandi esset præfixa, ac coarctata intra quadraginta quinque dies, attamen dum addit quoad præiudicium Tertii pro nullis reputari, usque quo registrata non extabunt, illa dictio usquequo, vel donec limitat, & restringit suprafactam dispositionem, & efficit, ut requiratur perseverantia in non registrando, ut de natura huius dictionis dicit, *Dec. consil. 484. n. 11.* 7
cum aliis citatis per *Augustinum Barbos. dict. 93. n. 3. 4. 5. & 11.*, & ita videtur annuere, quod facta registratione Tertiis præiudicent, si ipsi

ipsi Tertii post registrationem, cum Donatore, seu Donatariis contraxerunt.

8 Et quamvis Dictio *ut supra* repetat omnes præcedentes qualitates, *Rot. dec. 40. n. 10. & dec. 269. n. 8. part. 5. recent. & decis. 206. num. 4. e 5. par. 6. recent.*

9 Attamen dicta generalis conclusio limitatur quotiescumque ex pluribus qualitatibus, seu conditionibus in prima dispositione relatis, in sequenti oratione, unica tantum enunciatur adiecta dictione, ut supra; nam tunc quia sufficit ut exerceat vim suam circa qualitatem expressam, cui immediate adhæret idcirco non operatur repetitionem cæterarum, *Ber. cons. 115. sub num. 8. & num. 9 lib. 2. Dec. consil. 1. sub n. 213. vol. 2. Surd. consil. 200. n. 26. Gerispin. consil. 13. num. 15. Rot. decis. 581. num. 11. e 12. & seq. part. 5. rec. tom. 2.*

10 Cum igitur in casu nostro fuerit solummodo repetita qualitas registrationis, nulla habita mentione temporis, non censetur repetita qualitas temporis per dictam dictionem, ut supra, & si voluisset repetere, utique expressisset, vel utramque conditionem siluisset, ut dicit, *Surd. d. consil. 200. in fin.*

11 Quod multo magis procedere debet ut evitetur superfluitas inutilis, quæ ex utriusque qualitatis repetitione sequeretur; nam si dicta verba „ anzi quanto al pregiudizio dei terzi si abbino al tutto per „ non fatte, e si reputino al tutto finite, e simulate finantochè „ non vi saranno registrate come sopra &c. „ non essent intelligenda ultra quadraginta quinque dies, idem prorsus disponeret, quod per ante disposuit dum dixit „ e finantochè infra detti tempi non „ vi saranno registrate non pregiudichino ad alcuna terza persona „ nulla enim potest considerari differentia inter Legem prohibentem,

12 & annullantem, *Alex. Trentatin. variar. resol. lib. 1. tit. de legat & consil. resol. 1. n. 16. cum ibi cit.*; ut igitur evitetur superfluitas dicendum est, dictionem ut supra ad omnes qualitates supra expressas non esse referendam, ut dixit *Ber. cons. 90. n. 11. & 12. vers. tum*

13 *quia aliter dicendo lib. 2.* & citat *Bartol.* & alios.

14 Præterea cum materia repetitionis dependeat a verisimili, & conjectutata mente Disponentis, *Mantic. de conject. ult. vol. lib. 10. tit. 6. n 13. & 22.* cum aliis multis relatis a *Ger. Spin. d. cons. 13. n. 10. & 11.* certe in casu nostro cessare debet, cum Lex suum sortiatur effectum, etiam nulla facta temporis repetitione, causa enim finalis fuit Legis, ut supra fuit dictum, ne Donationes starent occultæ in præiudicium tertiorum, qui cum Donatoribus, seu Donatariis contrahebant, cum igitur Legi etiam post quadraginta quinque dies fuerit satisfactum, dicendum est dictum temporis qualitatem non fuisse repetitam, *Ger. Spin. loc. cit. n. 10. 15. 22. 34. & seqq.* ubi di-

15 cit repetitionem cessare, quando Mens Disponentis verificatur etiam

repe-

repetitione non facta, & magis attenditur finalis causa formae, quam verba praecisa, *Rot. dec. 7. in fin. par. 5. Peregrin. de Fideicommiss. artic. 16. num. 46.* 16

Et quatenus etiam in aliqua essemus dubietate, censuimus omnino removeri ex observantia subsecuuta, quae dictam Legem interpretavit, cum reperiantur promiscue registratae Donationes, tam ante quam post quadraginta quinque dies, observantia enim interpetrativa declarat verba dubia, etiamsi contrarius intellectus esset de iure verior, *Rot. dec. 574. n. 3. par. 1. diversf. & dec. 608. n. 6. par. 2. rec. Menoch. consil. 390. n. 20. Beltram. ad dec. 184. Ludovis. sub n. 8. Io. de Amic. consil. 42. n. 17. & seqq. Decian. consil. 124. sub n. 31. lib. 2.* ubi quod stante consuetudine interpretativa de verbis dubiis statuti non est amplius ambigendum, non secus, ac si verba statuti clara essent, & specifica. 17

Lex enim, & statutum a practica interpretationem veram recipiunt, a qua non est recedendum, *Dec. consil. 11. sub num. 9. Ruin. consil. 104. n. 3. lib. 5. Bott. qui multos cit. consil. 106. n. 54. Gabriell. cons. 196. n. 6. vol. 2.* 18

Consuetudo enim interpretativa non redigitur in scriptis, non requirit Sententias, nec contradictorium Iudicium, nec praescriptionem, sed sufficit aliquo tempore, ita observatum fuisse, *Rimin. Iun. cons. 257. n. 107. vol. 3. Cald. de iur. Emphit. lib. 1. qu. 9. sub n. 15. & Decian. respons. 44. sub n. 15. 16. & 17. lib. 2. Monac. dec. Florent. 28. n. 23. & dec. 47. n. 4. Soccin. Iun. cons. 25. n. 11. & cons. 70. n. 8. lib. 2. Bart. dec. 58. n. 6. & 7. Buratt. dec. 679. n. 8* 19

Et multo magis in casu nostro procedere debet, cum dicta Lex a principio illius constitutionis ita fuerit interpetrata, & ex inspectione multorum Librorum, quamplurimas Donationes tertiam partem transcendentes post praetensum statutum tempus registratas fuisse appareat.

Quocirca cum non sint immutanda ea, quae diu certam interpetrationem habuerunt, *Leg minime Leg. si de interpetratione, & Leg. non Imperator ff. de Legib. Bald. cons. 167. in fin. lib. 5. Monac. decis. Florent. 47. n. 4. Soccin. Iun. cons. 25. n. 11. & cons. 30. n. 8. lib. 2. Buratt. dec. 863. n. 13. Barbos. axiom. 56. n. 6.* Et quod haec interpetratio Legis Menti satisfacit ex supra deductis, *Rot. dec. 256. n. 5. par. 2. divers.* diximus Donationem, ob defectum registrationis in tempore non esse annullandam. 20 21

Nec obstat, quod dicebatur diversimode fuisse observatum, & ideo consuetudinem non induci.

Nam obiectum procederet, quando diceretur donationes esse solum registrandas post tempus quadraginta quinque dierum, ex vi huius consuetudinis, tunc enim actus facti in tempore obstarent,

quia essent contrarii, atque ideo propter incompossibilitatem destrue-
22 rent, & excluderent consuetudinem, *Buratt. dec.* 23. *n.* 7. Nos autem
dicimus, quod promiscue ultra, & in tempore quadraginta quinque
dierum, atque postea donationes possint registrari. Unde actus illi
registrationum in tempore non sunt contrarii, sed sunt diversi, quia
in utroque casu possunt locum habere, atque inter se ad invicem
compatiuntur. Ex tali enim diversitate consuetudo non impeditur,
23 *Dec. cons.* 11. *sub n.* 12. *vers.* 3. *& ult. respondetur*, & citat *Bartol.*
in Leg. de quibus 32. *sub n.* 16. *ff. de Leg.*, & sufficit, quod obser-
vantia sit probata per actus, qui percutiunt casum nostrum registra-
tionis post tempus, prout revera percutere debent, *Surd. cons.* 354.
24 *n.* 26. *& Buratt. dec.* 299. *n.* 6.

Adducebatur etiam pro parte Actorum aliud fundamentum, quod
etiam aliquibus ex dominis placuit; dicebant enim, quod tot erant
Donationes, quot substitutiones, *Gratian. discept.* 247. *n.* 10. *Rot.*
25 *dec.* 488. *n.* 10. *par.* 1. *divers.* Ideo quatenus fuisset nulla, quoad
Ioannem Franciscum primum Donatarium, non poterat esse nulla in
præiudicium substitutorum, pro quibus iam Notarius stipulatus fuerat.

Prout etiam dicimus, quod si vigore Statuti sint testamenta in-
fra trimestre registranda, alias sint nulla, si registratio fuit ab hære-
26 de prætermissa, non nocet substitutis, & poterit substitutus petere,
& obtinere in integrum restitutionem, *Bartol. in Leg. facta* 63. *§. si*
quis bonorum ff. ad Trebell. Bald. in Leg. 2. *sub n.* 2. *vers. quid si ex*
forma statuti Cod. quib. res iudic. non noc. Alex. in Leg. saepe 60. *sub*
n. 18. *ff. de reiudic.* Verum pro parte DD. Reorum fuit dictum, vel
prædicta non esse vera, vel casui nostro applicari non posse. Et quod
non esset vera adducebatur, *Alex. cons.* 119. *n.* 18. *& seqq. lib.* 6.

Cæterum fuit replicatum, auctoritatem Alexandri non esse at-
27 tendendam, cum contrarium tenuerit in Lecturis, hincque opinionem
communem, & magis æquam esse.

Præterea loquitur in casu, quo substitutus poterat ex se Testa-
mentum registrare in tempore, substitutus enim considerare debebat,
28 quæ advenire poterant, ut colligitur ex dictis *d. Alex. d. cons.* 119.
n. 19. 22. 28. *circa medium*, *& n.* 43. *& n.* 19. *&* 43., asserit substi-
tutos esse excusandos si iusto impedimento detenti registrationem non
procurassent per *doctrinam Imol. in Leg facta* 63. *§. si quis bonorum n.*
29 33. *ff. ad Trebellian.* Plus dicit *Alex. sub n.* 21. quod si Creditori
fuerint a Debitore data in pignus bona ei donata, pignus non resol-
vitur, si annullatur donatio prætextu insinuationis non factæ intra
certum tempus ad formam statuti, nisi ipsi Creditori possit imputari,
30 quod insinuationem omiserit per *Doctrin. Bartol. in Leg. si res* 3. *ff.*
quib. mod. pignus, vel hypothec. solv. in fin. Boer qu. 181. *n.* 12. *&*
13. Ex quibus videbatur *auct. Alex.* magis favere, quam obesse sub-
stitu-

ftitutis Donatariis abfentibus, & nondum natis, & verifimiliter, vel omnino impeditis.

Et dicebatur etiam opinio applicari cafui noftro, non obftantibus rationibus a Præftantiffimis Advocatis adductis, & præcipue illa, quod regiftratio Teftamenti non poffit adaptari cafui donationis, quandoquidem Teftamentum eft infinuandum ab hærede, cum poft mortem Teftatoris vim accipiat; Donatio autem poterat regiftrari a Donante, & a Donatario, quia fuit confideratum, quod etiam Teftator potuiffet confulere fuis fubftitutis, & validitati fuæ difpofitionis, procurando ipfo vivente fuum Teftamentum regiftrari, ut dicit *Rebuff. in tract. de donat. in fin. act.* 1. *glofs.* 4. *verf. & ipfe Teftator*. 31

Et licet effet vera replicatio, de raro contingentibus effe, Teftamenta in vita regiftrari, cum quilibet fuas difpofitiones occultas tenere procuret; attamen dicebatur ad fubftinendam conclufionem, fat effe, regiftrationes etiam a Teftatore fieri potuiffe, nam certum eft etiam a communiter accidentibus, Donationes a Donatariis, de quibus principale intereffe agitur, infinuari confueviffe, *Rebuff. loc. fupra cit. verf. fed quis hanc potere debet*. 32

Nec minus obftat, quod fuit oppofitum in calculo ferendæ Sententiæ, quod in Donationis noftræ regiftratione non fuerint obfervata a Lege requifita, cum fuerit omiffum exprimere fubftitutionem factam de perfona, ac linea Philippi, in defectu Lineæ Io. Francifci, nam fuit confideratum, quod nos non agimus de Defcendentibus Philippi, contra quos de nullitate donationis ob omiffam mentionem de eis factam in regiftro obiici poffet, fed fumus in Defcendentibus Io. Francifci, qui explicite in regiftratione leguntur nominati.

Præterea Lex imponit onus Notario, qui afferit apud fe effe copiam Donationis, & in filtia retinuiffe, & fic per æquipollens menti Legis fatisfactum fuit, prout diximus fufficere ex fupra deductis verfic dicebant enim, & auctoritates ibi allatæ bene huic cafui applicantur.

Ex quibus cenfuimus Donationem præfatam nequaquam nullitatis vitio fubiacere ob dictam non factam regiftrationem in tempore quadraginta quinque dies,

Laus Deo, ac Beatæ Virgini &c.

Iulius Cæfar Leonis Prætor
Federicus Mengaccius Audit. & Relat.
Heronymus Canoffa Rot. Audit.
Carolus Bianchellus Rot. Audit.
Valentinus Farinola Serenifs. Magni Ducis Audit.

FLO-

DECISIO III.

FLORENTINA POENAE CONVENTIONALIS

diei 26. Octobris 1652. cor. AUDIT. FLAVIO GUGLIELMI.

ARGUMENTUM.

POena conventionalis in Contractu societatis adposita non debetur Socio, nisi quatenus intersit, & nequidem pro suo interesse, nisi illud legitime iustificetur, & nisi pœna in favorem omnium Sociorum æqualiter sit adiecta.

SUMMARIUM.

1 *Consuetudo invaluit, quod pœna Conventionalis etiam adiecta Facto non debeatur nisi quatenus intersit.*
2 *Et ampliata fuit etiam in casu, quo pars pœnæ esset Fisco applicanda.*
3 *Huius consuetudinis causa videtur posita in cap. suam de pœnis, ubi lucrum ex pœna, quatenus excedit interesse, parum honestum appellatur.*
4 *Cessante Interesse pœna dicitur ad vindictam.*
5 *Magis comunis, & verior Sententia est, quod Pœna conventionalis debeatur, etiamsi nihil intersit.*
6 *Hæc tamen Sententia non procedit inter Mercatores, inter quos bona fide agitur.*
7 *Et multo minus, ubi ex forma Statuti, ut hic Florentiæ, proceditur sola facti veritate inspecta.*
8 *Neque procedit quando pœna conventionalis fuit adiecta loco interesse, quod in dubio præsumitur, & præsertim ex honestate persona* num. 9.
10 *At sine difficultate procedit in casu, in quo expresse fuit adposita pœna relativa ad interesse damni.*
11 *Dictio* per *in Contractu posita denotat causam, ex qua moti fuerunt contrahentes.*
12 *Et proprie causam finalem ostendit, quemadmodum latina Dictio* ut non.
13 *Cessante causa finali cessat ipsa obligatio, & promissio.*
14 *Scriptura, si in aliqua parte reperiatur erronea, idem de aliis eius partibus dici potest.*
15 *Unius Testis defectus alios Testes, ac totam inficit causam.*
16 *Sufficit reddere Testes suspectos, ut iis non credat Iudex.*

17 *Vel*

17 *Vel saltem possit aliis Testibus ad arbitrium credere.*
18 *Adhærendo Testibus Rei non tenetur exprimere Causam.*
19 *Testium numerus non supplet inverisimilitudinem Depositionis.*
20 *Testes omni exceptione maiores, contestes, divites, seniores, de negocio, de quo agitur informati, pro Causa pœnæ exclusiva deponentes maiorem faciunt probationem, licet numero pauciores, & sunt in concursu præferendi.*
21 *Inspectio Loci multum confert ad Interesse diiudicandum.*
22 *In Contractu Societatis æquitas maxime attenditur, & summa desideratur æqualitas.*
23 *Pactum, quod finita Societate una dumtaxat Sociorum pars pœnam patiatur, uti nimis onerosum, non est admittendum.*
24 *Pœna conventionalis, ut possit exigi, debet esse apposita favore utriusque Partis.*
25 *Et nisi sit reciproca, non committitur, etiam apposito iuramento.*
26 *Nemo privari debet naturali facultate exercendi ubique suam Artem, & libertate commercii.*
27 *Pœna in uno casu apposita, in alio diverso non debetur.*
28 *Ratione maioris lucri, vel saltem eiusdem spe potuit Socius pacisci, quod ratione minoris pactus non fuisset.*
29 *Non vale pactum tam publicæ, quam privatæ utilitati contrarium.*
30 *Servitus non potest alienis rebus imponi.*
31 *Exceptio in non exceptis firmat regulam liberationis.*
32 *Principali negocio transacto, vel finito Pœna amplius exigi nequit.*
33 *Recipiens solutionem sine protestatione pœnam remisisse intelligitur.*
34 *In dubio pro exclusione Pœnæ est iudicandum.*


N Contractu Societatis Aromatariæ inter D. Leonardum de Generottis, & D. Marcum de Baldacceis initæ aderat pactum, quod finita Societate Socius recedens ab Apotheca non posset suam exercere Artem intra brachia 300. sub pœna totidem Aureorum, *ne inferretur damnum Apothecæ D. Generotti*, qui idcirco probata Contraventione agebat ad pœnam.

Et intra limites angusti temporis, consideratis tam in facto quam in iure deductis, unanimiter censuimus Reum esse absolvendum.

1 Primo quia invaluit consuetudo a maioribus Tribunalibus præcipue recepta, quod pœna Conventionalis etiam adiecta facto non debeatur nisi quatenus intersit, *Rot. Roman. decis.* 371. *num.* 3. *part.* 1. *divers. Affl.* *decis.* 135. *n.* 3. *& ibid. Ursill. aliique Adden. Francisc. Marc. decis.* 411. *Osasch. decis.* 70. *num.* 8. *Thesaur. decis.* 79. *n.* 3. *& dec.* 98. *n.* 4. *Mart. dec.* 7. *n.* 11. *Scain. dec.* 22. *n.* 35. *Ceval. Commun. contr. qu.* 687. *n.* 6. *Feltr. de Societ. cap.* 29. *num* 95. *Cort. de iudic. n.* 141. *& alii Complures relati Carleval. de Iudic. lib.* 1. *tit.* 3. *n.* 2. & ampliata fuit huiusmodi consuetudo etiam in casu,

2 su, quo pars pœnæ conventionalis esset fisco applicanda, quia nisi Partis interesse probetur, nihil de pœna conventionali fisco applicatur, *Cabal. resol. crimin. cas.* 236. *n.* 3. *& cas.* 248. *n.* 9.

Huius autem consuetudinis rationabilem causam videtur posuisse
3 *Summus Pontifex in cap. suam de Pæn.* ubi lucrum ex pœna quatenus excedit interesse, parum honestum appellat, & *Bardellon. cons.* 33. *n.* 10. ait cessante interesse pœnam dici ad vindictam.
4 Et quamvis circumscripta dicta consuetudine pœna conventionalis debeatur, etiamsi nihil intersit, ut de magis communi, & ve-
5 riori Sententia testantur, *Surd. dec.* 260. *Ricc. dec.* 140. *par.* 3 *& Leotard. de usur. qu.* 38. *n.* 8. per rationes, & auctoritates ab eisdem
6 adductas, tamen eadem non procedit inter Mercatores, inter quos bona fide agitur, & de æquitate, nam inter eos pœna conventionalis non exigitur ultra interesse, *Marant. disp.* 1. *n.* 26. *Cagnol. in Leg. si quis maior. n* 153. *Cod. de transact. Gabriel. de Malef. concl.* 34. *n.* 10. *Hect. Felic. de Societ. cap.* 29. *n.* 7. & multo minus, ubi ex forma Statuti, ut hic Florentiæ, proceditur sola facti veritate inspecta,
7 nempe ex æquitate, nimio rigore reiecto, ut post *Clar.* considerat *Scayn. d. dec.* 22. *n.* 32.
8 Neque procedit, quando pœna conventionalis fuit adiecta loco interesse, quod in dubio præsumitur, *Leg. si duo ff si quis caut.* quod esse menti tenendum, nec alibi reperiri dixit, *Roman. cons.* 110. *vol.*
9 2. *Soccin. cons.* 153. *in fin.* & præsertim ex honestate personæ, *Mantic. de tacit. lib.* 8. *tit.* 25. *n.* 7.

At sine difficultate procedit in casu proposito, in quo expresse fuit apposita pœna relativa ad interesse damni „ ibi „ Per non cau-
10 „ sar danno a detti Sigg. Generotti „ Nam illa dictio *per* denotat causam, ex qua moti fuerunt contrahentes, *cap ut veritatis* 12. *qu.*
11 1. *Roman. cons.* 301. *n.* 13. & proprie causam finalem ostendit quemadmodum latina dictio, *ut non*, *Leg. si creditor. ff. de distract. pignor.*
12 *Leg. debitor ff. de evict. Barbos. de diction. dict.* 439 *n.* 1. Unde cessante interesse damni, tamquam causa finali expressa, & promissio pœnæ cessare debet, quia cessante Causa finali, cessat ipsa obligatio,
13 & promissio, *Rot. dec.* 50. *n.* 3. *& dec.* 55. *n.* 1. *& dec.* 428. *num.* 2. *par.* 1. *rec.*

Quo vero ad interesse non fuit visum adesse, neque legitime iustificatum, quia testes adducti a D. Leonardo in quadam Scriptura de die 19. Septembris 1652. ab eodem producta vacillant, & aliqui cecinere Palinodiam, & die sequenti per aliam Scripturam declaraverunt diversum eorum sensum, & signanter Octavius Dandinius declaravit, quod quando D. Leonardus ei legit d. Scripturam a se, & aliis subscriptam *non specificò li scudi* 300. & Nicolaus de Bettis, & Dominicus de Gemignanis declararunt non intellexisse dictam Scripturam

tam

tam eis lectam a D. Leonardo, & quod eorum fuit intentio subscribere confirmationem Scripturæ Societatis, & sic fidem facere de pœna Conventionali, non de interesse contraventionis; Et Io Baptista Battolinius non intellexisse de ducatis 300. *ma posse esserci qualche danno considerabile*.

Ideoque potest adaptari regula, quod Scriptura si in aliqua parte reperiatur erronea, idem de aliis eius partibus dici, & præsumi 14
possit, *Rot. Roman. dec.* 187. *n.* 7. *par.* 5. *diverſ.* Et alia regula, quod unius testis defectus alios testes, ac totam inficiat Causam, 15
Ruin. conſ. 36. *n.* 5. *lib.* 4. *Maſtrill. dec.* 295. *n.* 43. & ad inclinandum animum Iudicis sufficiat reddere Testes suspectos, ut iis non credatur, *Maſtrill. dec.* 216. *n.* 61. Aut saltem, ut possit Iudex aliis 16
testibus ad arbitrium eredere, *Farinacc. qu.* 65. *n.* 193. *&* 198. *De* 17
Teſtibus, ubi etiam subdit, quod adhærendo Testibus Rei non teoctur exprimere Causam: Et alia Doctrina, quam de Testibus inverosimilia deponentibus tradit idem *Farinacc. n.* 144. *&* 147. ubi ampliat 18
etiamsi testes sint plures, quia eorum numerus non supplet inverosimilitudinem depositionis, *Gabriell. conſ.* 159. *n.* 14. *Caputaquenſ. deciſ.* 19
276, *n.* 6. *qu.* 2.

Testes vero, qui deponunt ad favorem Rei dicendo, parum, aut nihil interesse Apothecæ D. Actoris, quod Mazeus intra, vel extra trecenta brachia suam exerceat artem sunt quatuor, nempe Vincentius Vantucius, Angelus Saltinius, Io. Baptista Pecorinius, & Io. Baptista Terruccius, sunt omni exceptione maiores, atque Contestes, divites, seniores, & quod caput est Aromatariæ Artis periti, & de negotio, de quo agitur exacte informati: Deponont pro Causa favorabili pœnæ exclusiva, & ad favorem Rei, & eorum depositionis causam reddunt valde probabilem, ac verosimilem, quæ omnia, & singula operantur, ut maiorem faciant probationem quando etiam essent numero pauciores, & quod sint in concursu præferendi *cap. in noſtra*, 20
& ibi *Gloſſ. Hoſtienſ. & Felin. de Teſtib. cap. ſi Teſtes* 4 *queſt.* 3. *cap. licet cauſam de probat. Leg. ob carmen* §. 1. *Teſtes ff. de Teſtib. Gabriel. de Teſtib. concluſ.* 4. *n.* 28. 44. 47. *&* 59. *Maſcard. de prob. concluſ.* 1346. *Ful. Pacian. de Probat. lib.* 1. *cap.* 41. & unus pro omnibus alios cumulans *Farinacc. de Teſtib. queſt.* 65. *num.* 114. 117. 120. 130. 135. 139. 152. 157. 172. 175. 186. *&* 188.

Hoc principale motivum, quod non fuerit probatum interesse tamquam requisitum necessarium pro consequenda pœna conventionali, fuit coadiuvatum ex Arithmetica proportione, quæ non admittit interesse petitum, neque aliquod considerabile in exercente Artem intra, vel extra terminum brachiorum 300. & ex oculari inspectione loci parentis, quæ multum confert ad interesse diiudicandum, ut in consimili 21
motos fuisse Iudices refert idem *Scayn. d. deciſ.* 22.

Acce-

Accedit nos versari in Contractu Societatis, in quo bona fides
22 exuberat, æquitas maxime attenditur; & summa desideratur æqualitas, *Leg. si non fuerit ff. pro soc. Duard. de Societat. lib. 2. cap. 6. quæst. 35. num. 5. Ludovis. decis. 308 num. 4. & decis. 592. num. 8. Cavaler. dec. 199. num. 9. Fontan dec. 172. n. 25.* sed hic una dumtaxat Sociorum pars finita Societate legitur subiecta pœnæ: Ergo videtur tale pactum Societatis æqualitati repugnare, ideoque non admittendum
23 dum uti nimium onerosum, *Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 2. num. 21. & dec. 4. n. 4. Vivian. dec. 180. n. 3. Gregor. XV. dec. 308. n. 4.*

Et quod pœna conventionalis, ut possit exigi, debeat esse ap-
24 posita favore utriusque Partis, *Ofasch. decis. 70. num. 7. & 12. Farinacc. in Repertor. Iudic. quæst. 99. num. 6.* & nisi sit reciproca, quod
25 non committatur etiam apposito Iuramento, observat *Cost. de rat. qu. 77. num. 5. per Leg. cum allegans Cod. de usur.*

Præterea considerari etiam potest prædictum pactum ex intentione Contrahentium fuisse adiectum in casu Societatis finitæ per lapsum præfiniti quinquenii; nam alias intollerabile resultasset absurdum, quod finita post triduum Societate Mazeus sine ullo commodo fuisset priva-
26 tus naturali facultate exercendi ubique suam Artem, & libertate Commercii, contra *Leg. Titio centum § Titio centum il 2. ff. de condition. & demonstrat.* & contra ea, quæ ponit *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 6. tit. 4 quib. pact Societ. contrahi possit*. Ideo cum non venerit casus determinatus finiti quinquennii, sequitur pœnæ locum non esse, quo circa conferunt notata per *Bart. in Leg. si multa ff. de condit. & demonstrat. & per D. Altograd. cons. 85.* qui observant pœnam in uno
27 casu appositam in alio diverso non deberi. Et considerabilis diversitas hic adesse videtur inter tempus triennii, quo duravit Societas, & tempus quinquennii, quod fuerat præfinitum, nam ratione maioris lucri, vel saltem eiusdem spe potuit Socius pacisci, quod ratione minoris
28 pactus non fuisset.

Potest etiam tale pactum considerari non solum præiudiciale publicæ utilitati, quæ omnes ad publicum invitat Emporium, sed etiam præiudiciale pluribus privatis, nempe habentibus Apothecas in Mercato Veteri, quibus vigore dicti pacti non posset Mazeus locare operas
29 suas, & per consequens non valere, per ea, quæ notantur *in Leg. 2. ff. ne quod in loc. public.* & quia alienis rebus servitus imponi non
30 potest, *Leg. 2. ff. de servit. Molin. de Primogen. lib. 1. cap. 20. n. 1. Marescott. var. resol. cap. 10. n. 16. lib. 3. Leotard. qu. 55. n. 8.*

Accedit rationis redditio, & plenaria quietatio facta de consensu Partium per viam Transactionis, ac Laudi a DD. Delegatis a S. C. S. cum impositione perpetui silentii, exceptis dumtaxat exactionibus factis a dicto Mazeo, & non registratis; unde resultat conclusio, quod ex-
31 ceptio in reliquis firmet regulam liberationis, *Leg. nam quos ff. de pœn. legat. Surd. cons. 230. n. 17. Gratian. discept. forens. 443.* Et

Et in puncto, quod pœna amplius exigi non possit, principali negotio transacto, vel finito firmat *Leotard. quæst. 91. n. 6. 7. & 42.* 32

Confirmatur ex recepta satisfactione: Et hic applicatur alia conclusio, quod recipiens solutionem sine protestatione pœnam remisisse 33 intelligatur: *ad Text. in Leg. Commissoria in fin. Cod. de pact. Mantic. decis. 108. num. 1.*

Ex prædictis, ni fallimur, resoluta remanent obiecta præstantissimi D. *Altogradi*; Et quando aliquam paterentur difficultatem, saltem potuerunt inducere D. Mazeum ante quinquennium ab Apotheca Dom. Leonardi exclusum, ad rationabiliter credendum, se non teneri ad pœnam, pro qua evitanda quælibet causa est de Iure sufficiens, & benigna facienda interpetratio, & in dubio pro eius exclusione iudicandum, 34 *Leg. igitur ff. de liberal. caus. Leg. clam possidere ff. de acquir. poss. Leg. fin. ff. pro soc. Mantic. de tacit. lib. 14. tit. 37. n. 20. & 23. Magon. dec. Florent. 37. n. 12. dec. 62. n. 32. & dec. 92. n. 18. Rutin. dec. 141. Mastrill. dec. 259. num. 20. & 31. Ludovis. dec. 68. num. 9. & Cavaler. dec. 81. num. 3.* Et ita &c.

Blasius Michalorius Audit.
Flavius Guglielmus Audit. & Relat.
Bartholomæus Bononius Audit.

DECISIO IV.

FLORENTINA DAMNORUM

diei 15. Februarii 1655. cor. AUDIT. BLASIO MICHALORIO.

ARGUMENTUM.

Capitaneus Navis obligatus Merces in unum Locum transferre, si mutato itinere, Dominoque Mercium inconsulto eas in alium transportaverit, tenetur ad omnia damna ob non servatam pacti formam a Domino passa. Quæ damna quomodo probanda sint, & taxanda luculenter ostenditur. Nonnulla etiam pulcre adducuntur ad demonstrandam bonam Mercium qualitatem de tempore exonerationis.

SUMMARIUM.

1 *Iudex condemnare potest ad damna, & interesse reservata taxatione, seu liquidatione in alio Iudicio.*
2 *Liquidatio Damnorum arbitrio Iudicis remitti solet.*
3 *Fieri potest etiam per Testes deponentes de eorum credulitate.*

4 *Data testium singularitate locus est iuramento suppletorio.*
5 *Damnum probatur per Iuramentum illius, qui damnum passus est, & hoc sancitum fuit propter difficultatem probationis, & in odium damnum dantis*, num. 6.
7 *Damnum intelligitur etiam de damno in ordine ad lucrum, cum damnum ille dicatur sentire, qui lucrum amittit*, num. 8.
9 *Damnum dupliciter consideratur, primo pro eo, quod alicui aufertur; secundo pro eo, quod quis impeditur ne adipiscatur.*
10 *Probatio damni per iuramentum procedit in omni genere violentiæ, licet aliqui dicant, id procedere solum in violentia expulsiva, & ablativa*, num. 11.
12 *Damnum contra Nautam non adimplentem promissa probatur per damnum passi iuramentum.*
13 *Merces, quæ iussu Consulum Navis in Magazenis repositæ sunt, non præsumitur fuisse corruptas.*
14 *Rerum corruptarum non inveniuntur emptores, maxime cum utile Venditoris.*
15 *Testes, qui non probant malam qualitatem Mercium de tempore, de quo agitur, nihil prorsus concludunt.*
16 *Ex qualitate unius partis Mercium argui nequit ad qualitatem totius.*
17 *Plures adducuntur præsumptiones, & probationes ad ostendendam bonam Mercium qualitatem de tempore, de quo agitur.*

INter D. Ioannem Marinum, & Capitaneum Arnaldum Simonis lata fuit Sententia a DD. Consulibus Maris sub die 16. Iunii 1654. in qua condemnatum dictum Capitaneum ad reficiendum dicto Marino damna per ipsum passa, ex eo quia dictus Capitaneus non exportaverit eius Navi merces dicti Marini in Candiam, sed Liburnum, liquidanda in alio Iudicio; Iudex enim potest condemnare ad damna, & interesse, reservata taxatione, seu
1 liquidatione in alio Iudicio, *Bart. in Leg. si tertius §. officium versic. circa damna ff. de aqua pluvia arcenda, Guid. Pap. qu. 405. vers. advertendum, late Gratian. discept. forens. cap. 444. sub n. 9. & seqq.*

Dictus Marinus preces Serenifs. porrexit, ut vellet dictam damnorum liquidationem delegare Rotæ Florentinæ, & Serenifs. rescripsit in hæc verba „ Sua Altezza avoca a se la Causa della liquidazione „ di detti danni, e la delega con tutti li suoi annessi, connessi, in- „ cidenti, ed emergenti sino alla totale terminazione alli tre Giudici „ delle Seconde Appellazioni, che sentito chi occorre la decidino „ per buona giustizia, non ostante &c. „

Et Causa coram nobis introducta pro certo habuimus, nos non posse in dubium revocare, dictum Capitaneum Arnaldum fuisse obligatum dictas Marini merces in Candiam trasportare, & ob dictam trans-

transportationem non factam teneri ad damna dicto Marino illata, cum super hoc adsit Sententia supradictorum Dominorum Iudicum, quæ transitum fecit in iudicatum, ac ideo merito nobis fuit solummodo commissa liquidatio dictorum damnorum, ac propterea ad propositum non conferre iudicavimus, quæ longa serie a Patrocinantibus d. D. Capitaneum Arnaldum deducta fuere; ipsum nempe non fuisse obligatum dictas Merces Candiam transportare, sed potuisse ipsas Liburnum conducere, immo id factum fuisse de consensu d. Marini: id namque fuit propositum coram dd. DD. Consulibus Maris ante eorum Sententiam, quod attendere noluerunt, unde postquam DD. Consules iudicarunt dictum Capitaneum fuisse obligatum reficere dicto Marino damna ob d. transportationem non factam, in necessariam consequentiam dicuntur declarasse ipsum fuisse obligatum merces prædictas Candiam transportare, reservando solummodo liquidationem quantitatis dictorum damnorum in alio iudicio, si enim non fuisset obligatus facere dictam transportationem, eam non faciendo, in aliquam non incidisset pœnam damnorum, & interesse, quæ sola liquidatio fuit nobis commissa, cum dicto supposito dictum Capitaneum fuisse obligatum facere supradictam transportationem.

Supposita igitur dicta obligatione, nostrum fuit solummodo iudicare, ad quam quantitatem ascenderent dicta damna, quæ diximus, & iudicavimus fuisse petiarum duodecim millium videlicet 12000.

Nam merces prædictæ consistebant in doliis 300. ut dicitur, Sarracarum, & in barilis 300. Aringharum, & cum Valentiam pervenissent, & d. Marinus intellexisset, similes merces maximo eius utili potuisse Candiæ exitari, versus illum locum concorditer navigare cœperunt, & post trium dierum navigationem dictus Capitaneus, inscio dicto Marino, immo expresse contradicente, mutato itinere versus Liburnum proram volvit, de quo non solum conquestus fuit dictus Marinus, sed de omni eius damno, & interesse protestatus fuit, de quo testes pro parte dicti Marini examinati clare deponunt.

Et Liburnum perventa dicta Navi sub die 25. Iunii, solum sub die 30. eiusdem Mensis habuit commertium, & die 2. Iulii dictus Capitaneus iuravit suspectum de fuga dictum Marinum, & ipsum incarcerari fecit pro eius Naulis, & Cambiis Marittimis.

Et cum per plures Menses stetitisset in Carceribus ab ipsis aufugit, & iudicium intentavit contra dictum Capitaneum pro supradictis damnis, & interesse coram d. D. Consulibus Maris, qui tandem condemnarunt dictum Capitaneum ad prædicta damna iuxta liquidationem in alio Iudicio faciendam, ut supra dictum fuit.

In quo Iudicio dictus Marinus ad probandam quantitatem dictorum damnorum duos examinavit testes, nempe Ioannem Ioannis de Perrettis, qui testatus fuit emisse in Candia Sarraccas ad rationem u-

nius gazzettæ, & tribus solidis pro qualibet, illius tamen monetæ,
Aringhas vero ad rationem duarum gazzettarum, & solidorum quinque illius pariter monetæ, & cum Dolium Sarraecarum contineat Sarraecas 6900. ut apparet ex partitis exhibitis Ruberti Sabiani Mercatoris Liburni Dolium Sarraccarum ad dictam rationem erit valoris petiarum 81. & sic Dolia 300. ascendent ad valorem petiarum 24300. Barili vero Aringharum 300. cum contineant Aringhas 1020. pro quolibet Barili erunt valoris petiarum 6300. licet Dominus Ioannis de Damiaglis Testis partis adversæ de longe maiori pretio deponat; In Candia igitur Dolia 300. Sarraccarum, & barili 300. Aringharum fuissent valoris petiarum 30600.

Verum illi qui minutatim similes vendunt merces plures expensas subiire necessarium est, & insuper conveniens admodum erit in ipsis superlucrari, ac ideo detrahendas primo iudicavimus petias 66000. & sic dictarum Mercium valorem fuisse solummodo petiarum 24000. Verum quia ex infra dicendis poterat dubitari, saltem in aliqua parte dictas Merces non fuisse optimæ qualitatis ex nostro arbitrio dictam summam petiarum 24000. reduximus ad petias 12000.
2 liquidatio enim damnorum arbitrio Iudicis remitti solet, *Menoch. de arbitr. cas. 122. n. 2. & seqq. Gratian. discept. forens. cap. 33. n. 55. & 56.* & fieri potest etiam per testes deponentes de eorum credulita-
3 te, *Alex. in Leg. pretia rerum Leg. falcid. Gratian. ubi supra*, & data
4 Testium singularitate est locus iuramento suppletorio, *Bald. in Leg. si fundus in fin. Cod. de rei vindic. Gratian. loc. cit. n. 56.*

Immo quod plus est, certum existit, damnum probari per iura-
5 mentum illius, qui damnum passus fuit per *Text. in Leg. si quando Cod. unde vi, & in cap. final. quod metus causa*, quod fuit sanci-
6 tum propter difficultatem probationis, & in odium damnum dantis, ut per *gloss. in d. Leg. si quando, Mascard. de probat. concl. 471. n. 2.* de qua difficultate in casu nostro clarissime apparet, cum enim dictus Capitaneus Arnaldus Candiam attingere noluerit, sed dictum Marinum eiusque Merces Liburnum exportaverit, ipsumque statim in carceribus detrudi procuraverit, quomodo potuit iste misellus concludenter probare exitum, quem Candiæ fecisset de dd. Mercibus, & sic eius damna, ad quæ dictus Capitaneus condemnatus existit. Damnum
7 enim intelligitur etiam de damno in ordine ad lucrum, *Rot. cor. Pan-*
8 *zer. dec. 47. n. 11. rec. par. 7.* cum damnum ille dicatur sentire, qui lucrum amittit, *Menoch. cons. 36. n. 53.* Dupliciter enim consideratum damnum, primo pro eo, quod alicui auffertur, secundo pro eo, quod
9 quis impeditur ne adipiscatur, *Cyriac. contr. lib. 3 contr. 452. n. 63.* Secundo damnum probari per iuramentum illius, qui damnum passus
10 fuit reperitur sancitum in odium damnum dantis, idque procedere dicunt in omni genere violentiæ, ut per *Iason. in d. Leg. si quando n. 44. &*

44. & 47. & comuni calculo id esse receptum dixit, *Mascard. loc. supra cit. sub n. 5.* & licet aliqui dicant id procedere solum in violentia expulsiva, & ablativa, *ad doctrin. Bart. in Leg. unica Cod. de Sentent. quæ pro eo, quod interest*, attamen certum est, nos in ipsis terminis versari, cum enim dicta Navis post cæptum iter versus Candiam, volverit proram versus Liburnum, inviro dicto Marino, ipsum expulsit a Candia, & abstulit ei occasionem consequendi lucrum, quod in Candia fecisset, in quibus terminis omnes uno ore asserunt damna probari per iuramentum damni passi, quod est conforme capitulis *Barcbinonæ in cap.* nempe 89 ubi expresse dicitur damnum contra Nautam non adimplentem promissa probari per Sacramentum damnum passi, & cum dicta damna reduxerimus ad petias 12000. ut supra dictum fuit, detractis ex ipsis petiis 4274. pro Naulis, & Cambiis Marittimis per d. D. Capitaneum Arnaldum prætensis remanet debitor in petiis 7726. pro qua summa diximus deferendum esse iuramentum dicto Marino. 11 12

Et solum dictus Capitaneus prætendit se liberare a dicto damno sub prætextu tam dictas Sarraceas, quam dictas Aringhas fuisse fetidas, & per consequens, nec minus in Candia dictum Marinum ipsas vendere potuisse.

Sed prius animadvertendum est, Navem prædictam cum dictis Mercibus discessisse a Portu Valentiæ die 10. Mensis Iunii, & per tres dies continuos navigasse versus Candiam, & postea proram volvisse versus Liburnum, & pervenisse ad dictam Civitatem die 25. dicti Mensis Iunii, sed non habuisse Commercium, nisi die 30. & concordant, quod in itinere a Valentia ad Civitatem Candiæ, necessarium esse ipsum spatium viginti duorum dierum; Unde si dictus Capitaneus Arnaldus prosecutus fuisset iter, Candiam pervenisset die prima, vel secunda Iulii, quo tempore prætendunt iam dictas Merces, fuisse corruptas.

Verum animadvertendum est, dictam Navem Liburnum pervenisse die 25. Iunii, & non habuisse commertium, nisi die 30. & die 2. Iulii dictum Marinum fuisse a dicto Capitaneo iuratum suspectum de fuga, qui propterea eius Mercium curam, & custodiam minime suscipere potuit.

Et Consules Maris die 6 dicti Mensis Iulii ordinarunt exonerari Navem, & Merces prædictas poni in Magazenis, ut factum fuit, quæ si fuissent corruptæ non in Magazenis reposuissent, sed in Mare eas deiecissent, quomodo igitur asserere possunt, quod si Candiam petiissent die 2. Iulii corruptæ fuissent? 13

Præterea Aringhæ visitatæ fuerunt de ordine deputatorum Sanitatis solum die 8. Augusti, & Sarraceæ die 14. dicti Mensis, & de Doliis 300. Sarracearum solum Dolia 50. tunc proiecerunt in Mare, & ca-

& eadem die 14. retulerunt se invenisse de Aringhis Barilos 84. in una manu, & in alia 40. esse bonæ conditionis, & alios proiecisse in Mare; sed hinc non sequitur ullo modo probari, dictas Merces fuisse malæ qualitatis die prima, & 2. Iulii, cum potuerint per spatium unius Mensis, cum dimidio, illis præcipue temporibus æstivis de facili corrumpi. Immo si de mense Augusti maior pars dictarum Mercium erat bonæ conditionis, sequitur nullo modo probari, quod essent corruptæ die prima, & 2. Iulii, & tanto minus ad propositum confert, quod de mense Octobris alia quantitas dictarum Mercium fuerit in Mare proiecta.

Secundo tantum abest, ut probatum fuerit d. merces fuisse corruptas in principio mensis Iulii, ut ipsamet Pars adversa fatebitur contrarium, dum die 15. Iulii dictus Capitaneus, & Cassartus eius actor fecerunt intimationem dicto Marino, se invenisse emptores dictarum Mercium, cum utili dicti Marini, ut in eius primo processu fol. 14 si igitur die 15. Iulii invenerunt emptores dictarum Mercium cum utili dicti Marini, ergo non erant corruptæ; Rerum enim corruptarum non inve-
14 niuntur emptores, maxime cum utili Venditoris, & si non erant corruptæ fuissent venditæ die 2. quo tempore Navis Candiam pervenisset, si certum iter prosecutus fuisset dictus Capitaneus.

Quibus non obstant plurium Testium depositiones examinatorum pro parte dicti Capitanei, qui testari videntur vidisse dictas Merces in principio earum adventus, & corruptas existimasse.

Pluribus enim respondetur modis, & primo id repugnare rei iudicatæ per dictos Dominos Consules, dum condemnarunt dictum Capitaneum ad reficiendum damna ob dictam non factam exportationem; præsupponit enim Sententia, id fuisse Marino damnorum, verum si contrarium diceremus, non solum remanerer destructa substantia ipsius Sententiæ, & rei iudicatæ, sed insuper causa in ipsamet Sententia expressa, prolata remaneret; Unde circa existentiam damnorum, habemus rem dicatam, licet non circa quantitatem, præcipue cum hæc exceptio, merces fuisse corruptas, fuerit opposita, & discussa coram ipsis DD. Consulibus, qui hac exceptione non obstante iudicarunt dictum Capitaneum teneri ad damna.

Secundo depositiones dictorum Testium nihil prorsus afficere iudicavimus, & prætermissis variis exceptionibus, & quod fuerint condemnati, & missi ad triremes, & quod in ipsis inservierint per plures annos dicunt solum se fuisse vocatos, ut ipsi asserunt ad stivandum d. Dolia Sarraccatum, & Barilos Aringharum, idque fuisse de Mense Iulii, & mentionem faciunt de die 15. & 19. & vidisse di-
15 ctas Merces esse malæ qualitatis, verum cum non percutiant tempus, in quo longe prius potuisset d. Navis Candiam attingere, nihil prorsus concludunt.

Se-

Secundo dicunt vidisse tantum sex, vel octo dolia aperta, unde non infertur quod omnia alia fuerint eiusdem qualitatis, & conditionis, cum unus eorum deponat in hæc verba „ non si può vedere una „ Mercanzia di Salumi se siano buoni, o cattivi, se non si aprano „ le botti „ 16

Et non solum dicti Testes non probant malam qualitatem de tempore, de quo agitur, sed plures adsunt præsumptiones, & probationes earum bonæ qualitatis.

Primo tales fuisse tempore, quo positæ fuerunt in dicta Navi die nempe 17. mensis Maii apparet ex politiis, ut dicitur „ di Carico &c. 17

Secundo cum dicta Navis pervenisset Valentiam die 4. Iunii, die 10. dictus Capitaneus iter cæpit versus Candiam, quod non fecisset, si dictæ merces fuissent malæ qualitatis.

Tertio Cassettus qui ipsarum curam habebat postquam Liburnum pervenerunt, varias litteras scripsit Consulibus Maris, nec umquam dixit dictas merces fuisse corruptas.

Quarto de mense Augusti vendiderunt de dictis mercibus ad publicum Incantum ergo in principio Mensis Iulii non erant corruptæ.

Quinto die 14. Augusti dictus Cassettus interpellat emptorem ipsarum, ut veniat ad ipsas recipiendas, ergo corruptæ non erant.

Sexto etiam de mense Octobris fuit vendita certa quantitas earumdem Mercium, quis igitur asserere posset omnes in principio Mensis Iulii fuisse corruptas?

Septimo dictus Cassettus die 15. Iulii notificat dicto Marino, se invenisse Emptorem dictarum Mercium, cum eius utili, ut supra dictum fuit.

Ultimo, dato, quod dictæ Merces in aliqua parte non fuissent optimæ qualitatis, id tamen in consideratione habuimus, dum earum pretium petiarum 24000. reduximus ad petias 12000. ut supra dictum fuit, ex quibus detractis Naulis, & Cambiis Marittimis in quantitate petiarum 4224. ut prætendit dictus Capitaneus, diximus iuramentum esse deferendum, solummodo pro pretiis 7726. &c.

Quam taxationem exiguam admodum fuisse, apparet etiam ex pretio, quo Saracchæ, & Aringhæ de anno 1653. Liburni vendebantur; nempe Saracchæ ad rationem Iuliorum 43. cum dimidio pro quolibet milliario, & sic Dolium Sarraccarum erat valoris petiarum 33. ut ex partitis Libris Ruberti Sabatini Mercatoris Liburni, de quibus in processu Marini fol. 18. Aringhæ vero erant valoris petiarum 13. pro quolibet barili, ut ex partitis Mendes, & Terriasi pariter exhibitis, unde Dolia 300. Sarraccarum, & barili 300. Aringharum in Candia computatis necessariis expensis, assecurationibus, pensionibus, seu Naulis tam longi itineris, & lucro convenienti, Mercatori eas conducenti assignando, longe excessissent valorem petiarum 24000. quam

quam summam nos reduximus ad petias 12000. & detracto Credito dicti Capitanei ad petias 7726. ut supra dictum fuit.

Et quoniam dictus Matinus prætendebat ulterius alia damna, ob Carcerationem de ipso secutam, nec non alias res, quas posuerat in dicta Navi, & cum nobis solum commissa fuerit cognitio liquidationis damnorum ob trasportationem non factam de Mercibus, de quibus supra, diximus ad nostram non spectare cognitionem: licet enim in commissione prædicta fuerit dictum, una cum annexis, connexis, incidentibus, & emergentibus, attamen omnia referuntur ad liquidationem damnorum, ob non factam dictarum Mercium transportationem: Et ita &c. utraque Parte pluries informante &c.

Carolus Blancbellius Prætor.
Blasius Michalorius Rotæ Audit. & Relat.
Bartholomæus Bononius Audit. Rotæ

DECISIO V.

PISANA DAMNORUM

diei 24. *Maii* 1656. *cor.* AUDIT. FRIDERICO MARIONI.

ARGUMENTUM.

Consules Maris, qui, Creditore inscio, Capitaneum Navis relaxari mandarunt, tenentur in solidum ad omnia damna, expensas, & interesse, si ille sequestratam Navem eduxerit, fugamque arripuerit. Non tenetur tamen neque Cancellarius, neque Hæres Consulis iam defuncti; Actio etenim pænalis in hæredem passive non transmittitur. Quando Actio efficiatur pœnalis? Regula, quod Utile per Inutile non vitiatur, quomodo intelligenda? Locum non habet in Iudiciis, quæ fiunt individua. Quomodo autem Individua fiant late differitur.

SUMMARIUM.

1 *Confessio plene probant contra Confitentem, nullaque datur maior probatio*, & num. 2.
3 *Actus tribuitur ordinanti, non exequenti.*
4 *Qui causam damno dat, tenetur Parti ad interesse.*
5 *Iudex perperam iudicans facit litem suam, & obligatur Parti læsæ ad omnia damna*, & num. 13.
6 *Iudex, qui mandavit captum ad instantiam Creditoris relaxari, vel fuit*

fuit in causa, ut non caperetur, vel captus aufugeret, tenetur Creditori ad interesse.

7 *Unusquisque ex Consulibus Maris tenetur in solidum ad damna, expensas, & interesse.*

8 *Heres Universalis nullo Inventarii beneficio suffultus repræsentat in omnibus personam defuncti, imo censetur una, & eadem persona cum Defuncto*, & num. 9.

10 *Actiones regulariter transeunt ad Heredes tam active, quam passive.*

11 *Actio Damnorum videtur esse transmissibilis in Hæredes, si non ex maleficio, vel quasi, saltem ratione Bonorum Defuncti, quæ possidet*, & num. 12.

14 *Certum tamen est hanc Actionem non transire in Hæredem, nisi ex Actu per Defunctum male gesto aliquid ad eius manus pervenisset, vel nisi hæres, lite cum Defuncto iam contestata, successisset*, & num. 15. 16. & 22. 23.

17 *Actio, quæ intentatur non solum pro damnis passis, sed etiam pro lucris amissis, cambiis maritimis &c. est pœnalis tam ex parte Actoris, quam Rei, iuxta Theor. Iason. in §. pœnales Instit. de Action.*

18 *Hinc est, quod ad hæredem non transit, uti transit Actio mere persecutoria, scilicet ad veram tantum damni æstimationem directa, iuxta distinctionem Text. in §. his autem verbis Institut. de Leg. Aquil.* & num. 29 & 30.

19 *Actio pœnalis, quæ oritur ex delicto, vel quasi, contra hæredem non transire est verior opinio, & adducuntur apertissimi Textus*, & n. 20.

21 *Et intelligitur, ut nequidem transeat pro recuperatione Damnorum, quæ Actor ex illo facto passus vere fuisset.*

24 *Regula Iuris Canonici, nempe quod Actio transeat in hæredem, sive lis fuerit contestata, sive non, sive aliquid ad eum pervenerit, sive non, sive fecerit Inventarium, sive non locum habet in Terris, aut Tribunalibus Ecclesiasticis, non autem in Secularibus*, & num. 26.

25 *Ius Canonicum (quando agitur de exoneranda conscientia Defuncti) videtur in utroque Foro servandum.*

27 *Licet Actio non sit pœnalis, sed mere Rei persecutoria, si tamen provenit, ex Delicto, numquam transit contra hæredes.*

28 *Explicatur Text. in §. his autem verbis Institut. de Leg. Aquil.* & num. 29 & 30.

31 *In Dividuis utile per inutile non vitiatur.*

32 *Regulam hanc alii* negative *ponunt, alii* adfirmative.

33 *Et procedit magis in Contractibus, quam in Iudiciis.*

34 *In Individuis vero utile per inutile vitiatur.*

35 *Lucrua amissa, & Cambia maritima quantumvis separabilia a damnis passis, si simul cumulentur in eodem Iudicio, reddunt illud individuum, & faciunt Actionem pœnalem non transitoriam in Hæredes*, & num. 37. & 47.

36 *Ad-*

36 *Adducitur pro exemplo Leg. Aquiliæ dispositio.*
38 *Non datur vitiatio ubi non adest vitiabile.*
39 *Quando in petitione nihil est utile, nihil etiam est, quod possit per separationem inutilis sustineri.*
40 *Illud dicitur utile in hac materia, quod iuridice petitur, & legitime intentatur.*
41 *Non potest Iudex utile ab inutile separare in præiudicium Rei, eiusque Iuris iam acquisiti.*
42 *Sententia est individua.*
43 *Iuramentum pariter est ex sui natura individuum.*
44 *Præsertim si tam in Sententia, quam Iuramento contineantur commixtim, & confuse plura, itaut impossibile sit secernere quid, & quantum pro quolibet iudicatum fuerit.*
45 *Prætensiones a Sententia, & Iuramento individuis originem ducentes sunt & ipsæ individuæ, adeoque in eis utile per inutile vitiatur.*
46 *Quando Actoris petitio non tam damna respicit, quam lucra amissa, & Cambia maritima, hæc non solum non possunt a Damno separari, sed in eis potissimum substantiatur Iudicium, & fit individuum secundum mentem, & intentionem Agentis.*
48 *Vindicatur a pluribus Auctoritatibus in contrarium allegatis, conclusio firmata sub* num. 27.
49 *Opinio, quod Bona furis sint pro restitutione, seu damnis hypothecata, communiter reprobatur.* 50 *Declara*, & num. 51.
52 *Qui in mortis articulo constitutus Pœnitentiæ Sacramentum obivit, tacite hæredi suo mandasse præsumitur, ut Parti læsæ damna a se illata reficiat.*
53 *Hæc sententia refellitur a Phanuccio.*
54 *Intellige eam procedere posse, quando constat, Defunctum suum factum agnovisse peccaminosum.*
55 *Non enim debet hæres constringi quasi sciat id, quod in conscientia Defuncti vertebatur.*


Um ardua agitaretur coram D Consulibus Maris Civitatis Pisarum Lis, & Controversia inter Capitaneum Arnaldum Simonis Ollandensem, & Dominum Ioannem Marinum incolam Civitatis Massiliæ, prætendentem illum mercedem conventam suæ Navis locatæ eidem Marino; Hunc vero damna, lucra cessantia, Cambia maritima, & expensas incassum factas, eo quia Merces quasdam iuxta conventa, in Insulam Candiæ non attulisset: cumque uterque ad Portum, & Civitatem Liburni volens nolens appulissent, obtinuit idem Marinus a Consulibus Maris, ut Timon, ac Vela a prædicta Navi ablata sequestrarentur.

In-

Insuper iidem D. Consules (sic etiam instante dicto Marino) exaraverunt litteras Illustrifs. Gubernatori Liburni tenoris „ che facci „ arrestare detto Capitano, e non sia relassato fino a che non darà „ idonea sicurtà, che la sua Nave non partirà, fino a nuovo Decre- „ to delle Signorie Loro sotto pena di pagare il giudicato „

Die 18. Septembris anno 1653. iidem Domini Consules Maris (juncto octo Mercatorum recursu) deveniendo ad decisionem dictæ Causæ inter prædictos coram eis, ut supra pendentis protulerunt Sententiam suam,

Qua primo condemnaverunt dictum Marinum ad solvendum dicto Capitaneo Arnaldo Mercedem integram inter eos conventam, usque ad diem, qua Portum Liburni conscenderunt, cum Cambiis Marittimis, aliisque Cambiis conventis.

2. Reservarunt eidem Marino, contra dictum Capitaneum Arnaldum Iura talia qualia &c. pro suis prætensis damnis, eo quia merces in Insulam Candiæ iuxta conventa, non pertulisset.

3. Condemnarunt eumdem Capitaneum Arnaldum, ad præstandam cautionem idoneam pro assecuratione Iudicii super dictis damnis, & Interesse, ob dictam causam per eumdem Marinum prætensis.

Die demum 20. dicti Mensis, iidem D. Consules Maris, ad instantiam dicti Capitanei (non citato, nec audito supradicto D. Marino) alias litteras exararunt Illustrifs. Gubernatori Liburni, infrascripti tenoris „ Piacerà a VS. Illustrifs. far restituire al Capitano Arnaldo di Simone Olandese le Vele, e Timone della sua Nave Re „ David, levatili d' ordine nostro ad istanza del Magnifico Giovanni „ Marino. Come ancora sospenderà ogni esecuzione contro esso fatta „ o da farsi per detto conto „

Quo tenore litterarum attento, idem Illustrifs. Gubernator, nedum Vela, & Timonem mandavit restitui, sed eumdem Capitaneum (qui captivus ducebatur ad Carceres ad instantiam dicti Marini pro assecuratione dicti Iudicii) noluit in Carcerem trudi, attentis verbis finalibus litterarum ultimo loco, ut supra receptatum „ Come ancora sospenderà ogni esecuzione contro esso fatta, o da farsi „

Et propterea Capitaneus prædictus, relaxatus, Navique, & Velis recuperatis fugam arripuit Navimque eduxit, nulla data fideiussione, quam ex Sententia dictorum Consulum cum recursu dare debebat.

His sic peractis, cum sua prædicta damna dictus Marinus per Sententias Consulum, ut supra, & Magnificæ Rotæ Florentinæ liquidasset (frustratus omni spe ea consequendi, ob dictam fugam a Capitaneo Arnaldo debitore) preces porrexit Serenifs. Magno Duci Nostro, quibus exposita facti serie prout in eis, conclusive petiit, Iudices sibi destinari, qui sua iura recognoscerent, & Iustitiam sibi administrarent contra dictos D. Consules Maris (quorum unus tantum adhuc

adhuc superstes, alter defunctus per hæredem repræsentabatur) & eorum Cancellarium, (qui præfatas literas Illustrifs. Gubernatori Liburni conscripserat) pro dictis damnis passis, lucris amissis, Cambiis maritimis, expensis, aliisque interesse passis ob dictas litteras, quarum vigore Capitaneus Debitor, relaxatus, velisque, ac Timone receptis, cum sua Navi, ut supra fugam arripuerat.

Super quibus Causa nobis commissa, idem Marinus libellum suum porrexit, & facta narratione, ut supra, petiit per nos coodemnari supradictos Consules Maris, (nempe D. Cosmum Zatum, & pro D. Francesco Pitto defuncto, D. Petrum Antonium Pittum d. D. quondam Francisci hæredem, & Fratrem, & cum eis Dominum Maffeum eorum Cancellarium) ad reficiendum eidem *Marino omnia damna passa, lucra amissa, Cambia maritima, expensas, & interesse*, passa adhuc, & quæ in futurum pati contigerit, ob dictam fugam, culpa ipsorum ex dictis litteris causatam sui Debitoris, nulla præstita fideiussione, contra tenorem Sententiæ, ab ipsismet, cum recursu, ut supra duobus diebus præcedentibus emanatam.

Introducta igitur coram nobis Delegatis, ut supra dicta Causa, & diu, multumque per eximios DD Defensores docte, & viriliter agitata, nos demum ad eius terminationem properantes; in tres eam divisimus Inspectiones (prout tres fuerunt Rei conventi, nempe Consul, Hæres, & Cancellarius) quorum cuique præcipuæ, ac diversæ applicabantur considerationes.

Et incipientes primo a persona dicti eorum Cancellarii: Hunc sine controversia absolvendum a peritis fore, & esse existimavimus. Cum enim esset Cancellarius dicti Officii &c. datus a Principe, ut eorum (ad suum officium spectantia) iussa capesseret, & exequeretur, & ex propria ipsorum Consulum confessione facta in Informatione ad preces Serenifs. oblatas super hoc facto, quæ plene probat contra
1 eos, *Leg. cum pratum Cod. de liber. caus. Hond. cons.* 34. *n* 30. *vol.* 2. itaut nulla detur maior probatio, secundum *Ias. in Leg. cum te in*
2 3. *not. Cod. de transact. & Alex. cons.* 141. *n.* 3. *vol.* 6. liquido constet, quod de expresso eorum Mandato dictas litteras extravit Illustrifs. Gubernatori Liburni, unde intrat dispositio, *Text. in Leg. is damnum* 169. *ff. de reg. Iur.* dicentis „ is damnum dat, qui iubet dari „ Eius vero nulla est culpa, cui parere necesse est „ concordat *Text. in Leg. non videtur* 167. §. *qui iussu ff. eod. tit.* ubi dicitur „ qui „ Iussu Iudicis aliquid facit, non videtur dolo malo facere, quia pa„ rere necesse habet „ & utrobique, *Dec. Cagnol.* & alii &c.

Quia actus attribuitur ordinanti, non exequenti, *Leg. unum* §. 1.
3 *de legat* 2. *Leg.* 2. §. *omnia Cod. de vet. iur. enucl. cum al. add. per Surd. de Alim. tit.* 8. *par.* 56. *n.* 88. *& dec.* 292. *n.* 9.

In secunda inspectione concordi pariter voto censuimus, Dominum

num Cosmum de Zatis unum ex Consulibus, qui dictas Litteras demandarunt, quatum vigore Capitaneus Arnaldus iam captivus, fuit relaxatus, Timonque, ac Vela fuerunt restituta, quapropter ipse aufugerat, & omni spe consequendi suum Creditum liquidatum eumdem Marinum delusum reliquerat, fore, & esse condemnandum ad reficiendum damna passa, & prout latius in Voto nostro transmisso, ad quod &c. Clara namque est regula, & vulgaris apud omnes conclusio, quod qui causam damni dat, tenetur Parti ad interesse, *Leg. nihil interest, ubi not. DD. communiter ff. ad L. Corn. de sic. cap. fin. de iniur.* Et Iudex perperam, vel inique iudicans facit litem suam, & 5
obligatur Parti læsæ ad omnia damna, *d. Leg. si Filius Famil. 15. ubi Glo. Bar. Bal. Butrig. Ang. Odofr. Fulg. Castr. & Roman. ff. de iudic. Bald. cons. 196. ex n. 2. vol. 2. Ang. cons. 88. vers. ad quintum Ant. Fabr. in suis rational. ad d. Leg. si Filius Famil §. Iudex in princ. in prima decidendi de iudic. tom. 1. pag. mihi 31. col. 2. Card. Tusch. lit. I concl.* 404. *n.* 3. & de Iudice, qui mandavit captum ad instantiam Creditoris, relaxari, aut alio modo fuit in causa, ut non caperetur, vel captus aufugeret, quod teneatur ipsimet Creditori ad interesse, firmat *Ang. de Malefic. in glos. super verb. quod fama publica praecedente n. 90.* cum quo transit, *Farin. qu. 27. sub n.* 148 *& seqq.* & 6
est materia, *Leg. 1. & tot. tit. ff. de eo per quem fact. erit. &c.* ubi fuse scribunt DD. communiter.

Ob id diximus, d. D. Cosmum de Zatis teneri insolidum ad damna, expensas, & interesse, *arg. tex. cum ibi not. in L. si plures ff.* 7
de dolo in Leg. 1. §. si plures ff. de eo per quem fact. erit in Leg. si hominem §. datur ff. deposit. & in Leg. fin. §. ult. in fin. ff. naut. caup. & stab. & al. adduct. per Ruin. cons. 20. *n.* 5. *& 6 vol.* 4 *Oldendorp. de actu class. 6. action. 11. sub vers. cui, & adversus, quem num. 3. pag. mihi* 274. *tom.* 2. & conferunt scripta a *Petr. Barbos. in Comment. ad d. Leg. Iulianus 16. n. 147. 148. & seqq. de iudic.*

Et circa prædicta nulla inter nos fuit Controversia.

Sola difficultas in eo tantum residebat, an hæc actio damnorum &c. ex Persona D. quondam Francisci Pitti, qui unus fuerat ex Consulibus iam defunctus, transivisset in personam D. Petri Antonii eiusdem hæredis (quæ tertia fuit apud nos inspectio)

Dubium ingerebant ea, quæ supra diximus circa D. Cosmum de Zaris, eius in officio Socium, & in eadem Navi periclitantem; Hæres enim repræsentat personam defuncti in omnibus, quando est 8
hæres universalis, nullo Inventarii beneficio suffultus, *Gloss. & Bartol. in Leg. 2. in fin. de praet. stip. DD. in Leg. fin. C. de iur. deliber. cum Sim.* imo censetur una, & eadem Persona cum defuncto, ut in id 9
multa congerit, *Tiraq. de retr. lignag. §. 32. gloss. 1. ex n. 50.* quo fit, ut actiones, quæ dabantur defuncto, vel in defunctum viven-

tem, regulariter transeant ad hæredes, vel in hæredes, tam active,
10 quam passive, ut habetur *in Leg. 1. & tot tit. C. ut act. ab hæred. & contr. hæred. &c. cum aliis, adduct. per Coler. dec. 8. & Peretr. qu. forens. 15. n. 6. lib. 1.*

Ista enim actio damnorum &c. tamquam persecutoria &c. vide-
11 batur transmissibilis in hæredes, *ad not. in Leg si ex contractu de action. & oblig.* & per *Barbos. loc. supra relat. sub num. 145. vers. 2. consideratum est &c. Capr. reg. 67. sub num. 11. ad fin. vers. & hac &c. Ant. Fab. in ration. ad d. Leg. Iulianus 16. in princ. & sub num. 103. ante fin. vers. & sic &c. Cigal. in Comment. ad §. pœnales n. 6. vers. 3. quia &c. Instit. de action.* si non ex maleficio, vel quasi, saltem ratio-
12 ne bonorum Defuncti, quæ possidet, *iuxt. not. per Bald. in Leg. sabinus 30. in princ. ff. de dol. mal. & per Modern. Senens. in tract. de dol. lib 2. cap. 7. sub n. 35. vers. additur & 4. cum ibi add.* Præsertim intra vires hæreditatis, ad *not. per Bald. in Leg. furti C. de furt. Caball. resol. 298. n 44. clar. §. fin. qu. 51. n. 18. vers. scias tamen &c. Farin qu. 10. n. 65. Leotard. d. qu. 94. n...*

His tamen minime refragantibus, fuit per nos resolutum contrarium (hanc scilicet actionem non transire passive in Hæredem) Moti &c.

Primo quia licet Iudex male iudicans, aut aliquid perperam agens
13 in præiudicium Tertii, teneatur Parti læsæ ad interesse, *iuxt. Text. cum ibi not. in d. Leg. si Filius Fam. 15. ff. de iudic.*

14 Hæc tamen actio certum est, quod in Hæredes non transit, ut est *tex. apert. in d. Leg. Iulianus 16. iunct. Leg. præcedenti de Iudic. ubi Gloss. Ang. in fin. Roman. n. 3. & 4. Bald. in pr. lect. n. 3. Castr. in summ. & sub n. 1. & 12. Bart. pariter in summ. & n. 1. Alberic. circa med. Iacobin. de Sanct. Georg. n. 9. & Odofred. n. 1. cum concord.*

Nisi tamen ex actu illo male gesto aliquid ad eius manus per-
15 venisset, *Iacobin. ibid. n. 26. Ang d. Leg. Iulianus n. 16. Odofr. sub. n. 1. & Fulgos. sub n. 3.* vel nisi hæres re non integra (nempe lite
16 cum defuncto iam contestata) successisset, *Bald. d. Leg. si Filius Fam. in pr. lect. n. 1 Odofr. d. Leg. Iulianus circa med. cum al. adduct. per Noal. de transmiss. cas. 47. num. 3. Menoch. de recuper. rem. 1. num. 158. cum concord.*

Secundo consideratur, quod prætensiones, & petitio Marini non consistebant tantum, nec se continebat intra septa puri damni, quod re vera passus esset, sed progrediebatur ulterius ad lucra amissa, cambia Maritima, & alia; ut aperte conspici potest, ex precibus Sereniss. D. Nostro oblatis pro dictæ Causæ commissione contra DD. Consules, & Cancellarium, & pro Iudicum deputatione, qui prædictas prætensiones dirimerent, nec non ex libello coram nobis delegatis exhibito, & ex aliis in Causa actitatis.

Quo,

Quo fit, ut actio ista (sic in universum considerata) efficeretur pœnalis, & quidem pœnalis, tam ex parte Actoris (qui petebat id, 17
quod a se non aberat) quam ex parte Reorum, a quibus id petebatur, quod apud eos non aderat, juxta *Theor. Ias.* quam communiter DD. sequuntur in §. *pœnales sub n. 2. col. 1. & seqq. Instit. de action.* & recte explicat *Herm. Vulteius in* §. *bis autem verbis Instit. de Leg. aquil. vers. ideo constat &c. pag. mihi* 394. *in princ. Iacobin. de Sanct. Georg. in Leg. inde narrat.* §. *hanc actionem in princ. vers. idem est ff. ad Leg. aquil.* & novissime subtilis *Bacebov. in suis Comment. ad* §. *furti actio, col. 2. in fin. vers. pœnales &c. Instit. de vi bon. rapt.* omnium optime *Iul. Pacius in d* §. *bis autem verbis Instit. de Leg. aquil. in pr. Corrolar. pag. mihi* 568. *Covarr. var. resol. lib.* 3. *cap.* 3. *sub n.* 7. *vers.* 3. *inquirendum est ante fin. Harctaman. Pistor. qu.* 27. *num.* 5. *seqq. Versic. circa &c. lib.* 1. *Leotard. de usur. dict. quæst.* 94. *sub num.* 22. *post med. Petr. Barbos. ad dict. Leg. Iulianus sub num.* 125. *vers. & iuxta hac &c. pagin. mihi* 364. *item num.* 145. *versic. secundo consideratum est &c.* & ante eosid senserat, *Bartol. Leg. in bono. rartis numer. 6.. versic. ex hoc sume &c. ff. de action. & obligation. Ioan. Oldendorp. de action. class. 6. action.* 11. *in versic. quod veniat in hac actione pagin. mihi* 1014. & insinuat clare *Text. in dict.* §. *bis autem verbis, Inst. de Leg. aquil.* qui ponit duos casus; Unus 18
est, quando quis veram tantum damni æstimationem prætendit, quo casu textus ibi in fine vult, hanc actionem, tamquam mere persecutoriam, ad Hæredem, seu contra hæredem extendi. Alter casus est, quando (ultra damnum) Interesse quanti plurimi postulatur. Quo casu (ut quod pœnalem actionem continet) contra hæredem non transit.

Actionem vero pœnalem, quæ oritur ex delicto, vel quasi, contra hæredem non transire, est verior, magis communis, & in praxi recepta opinio, *Valer. de differ. utr. for. in verb. hæreditas, differ.* 6. 19
n. 1. *par.* 162. *Viv. dec.* 6. *ex n.* 6. *usque ad fin. Farin. qu.* 10. *n.* 61. *Adden. ad Dec. in Leg. Pupillum* 111. §. *In hæredes circa fin. ff. de reg. iur Cuiac. ad tit. Cod. ex delict. defunct &c. Papon. lib.* 24. *tit.* 11. *Arrest.* 3. *Osase. dec. Pedem.* 152. *P. Barbos. ad d. Leg. Iulianus* 16. *sub n.* 125. *vers. & iuxta &c. ff. de Iudic. eum Concord.* per eos in prædictis locis congestis.

Et quod actio pœnalis descendens ex delicto, vel quasi non transeat adversus hæredes, sunt *Textus* aperti in *Leg. inde narrat.* 20
§. *hanc actionem ff. ad Leg. aquil. in Leg. Hæredem iunct Leg. seq. & Leg. si plures ff. de dol. mal. in Leg.* 1. *ff. de priv. delict. in Leg. sicut pœnam & in Leg pupillum* §. *in hæredem ff. de reg. iur. in Leg.* 3. §. *pœn. iunct. Gloss. ff. si mens. fals. mod. &c. in Leg. si vero* §. *est autem & vers ista autem ff. de his qui deiec. vel effud. in Leg.* 2. *in fin. ff. de vi, & vi arm. & in Leg. furti ubi Bald. & Sal. Cod. de furt.*

Quod autem dixi actionem prædictam non transire in hæredes,
21 intelligitur, ut non transeat, etiam pro recuperatione damnorum, quæ Actor ex illo facto passus vere fuisset, ut censuit, *Rot. Lipf. apud Iac. Thomig. dec. 24. per tot. par. 1.* Consilium Electorale *Saxon. apud Hartlamann. Pistor. qu. 27. per tot. & ibi Addit. lib. 1. Nicc. Noal. in suo tract. de transmiss. cas. 27. n. 10. vers. contra hæredem &c. pag. mibi 92. in prima edition. P. Barbos. ad d. Leg. Iulianus 16. de Iudic. sub n. 125. vers. & iuxta &c. Fachin. contr. iur. lib. 9. cap. 5. per tot.* Hinc etiam (in puncto Iuris) late probat *Franc. Viv. d. dec. 6. ex n. 5. ad med. vers. sed ut satisfaciam cum seqq. usque ad fin. lib. 1. Farin. d. qu. 10. n. 64.* eruditus *Cuiac. in suis Comment. ad Leg. de hered. ff. de reg. iur. Ofasc. d. dec. 152. col. 1. per tot. Florian. in d. Leg. inde Neratius §. hanc autem sub n. 1. ad Leg aquil. Leotard. d. qu. 94. n. 16. 19. seqq. Bacchov. ad d. §. furti actio sub n. 2. & col. 3. vers. sed & denique &c. Inst. de vi bon. rapt. Ant. Gomez. var. resol. tom. 3. cap. 1. sub n. 85. ante med vers. ex quibus &c. Hyer. Cagnol. in Leg. toties 44. n. 1. versic. & quemadmodum ff. de reg. iur. Thanne. de invent. par. 7. n. 7.* & hanc Sententiam esse communem restatur novissime, *Ant. Picebard. in suis Comment. ad. d. §. non autem n. 54. Inst. de perp. & temp. act.* licet ipse contrarium sequatur.

Ex quibus ego inferebam, quod actio, quam Marinus intendebat, pro damnis passis, luctis cessantibus, cambiis maritrimis &c. contra D. Petrum Antonium Pittum, hæredem quondam D. Francisci sui Fratris (tamquam pœnalis proveniens ex quasi delicto defuncti) substineri minime poterat ex supra scriptis.

Substineri utique potuisset, si Marinus cum D. Francisco adhuc
22 vivente litem fuisset contestatus ad *tex. cum ibi not. in Leg. omnes 25. ff. eodem, & in Leg. 1. Cod. ex del. def. &c. iunct. §. non autem ver. pænales, Inst. de per. & temp. act. Odofr. ad d. Leg. Iulianus circa med. ff. de Iudic. Bald. d. Leg. si Filius Fam. in pr. lect. n. 1. ff. eod. Nicc. Noal. d. cas. 47. n. 3. Soc. reg. 359. Gomez. ubi supra, & Iac. Menoch. de recup. remed. 1. n. 158.*

Vel si quid ad hæredem ex eo facto pervenisset, aut quoquo-
23 modo eius hæreditas facta fuisset locupletior, seu pretiosior, *Leg. 1. §. ult. ff. de eo per quem fact. erit &c. Leg. quod diximus §. ult. ff. quod met. caus. Leg. in heredem ff. de calumniat. Leg 4. in fin. ff. de inc. rui. & nau. cum al. adduct. per Dec. d. Leg. pupillum 111. §. in heredem n. 3. ff. de reg. Iur. per Roder. Soar. Alleg. 26. n. 3*

Sed cum neutrum prædictorum intervenerit in casu præsenti, restar regula inconcussa, ut (inspecto iure Civili) actio intentata contra D. Pittum hæredem, locum sibi non vindicaverit.

24 Et licet de Iure Canonico, actio transeat, sive lis fuerit conte-

stata

stata, sive non, sive aliquid ad hæredem pervenerit, sive non, & sive fecerit Inventarium, & sive non (dum tamen in vires hæreditatis) ut probat, *Bald. d. Leg furti actione 15. Cod. de furt. Noal. d. cas. 27. n. 11. & 12. Farin. d. qu. 10. sub n. 60. seqq Thomuc. de Invent. qu. 244. n. 69. & 71. inter tract. de Invent. divers. Facbin. contr. iur. lib. 9. cap. 5. col. 1. vers. 2. inter omnes &c Leotard. d. qu. 94. sub n. 14. post med. in 8. Ampl. sub n. 21. seq. 25. seq. Barbos. ad d. Leg. si Filius Fam. cum seqq. n. 139. ff de iudic. Bacchov. d. §. bis autem verbis n. 2. Inst. de Leg. aquil. Picchard. ad d. §. non autem n. 55. Inst. de perp. & temp. act. Viv. dict. dec. 6. col. 1. per tot. sunt tex. in cap. fin. in fin. de Sepult. & in cap. in litteris §. 1. de raptor. cum concord. &c.*

Quod quidem Ius Canonicum (quando agitur de exoneranda conscientia defuncti) videtur in utroque foro servandum, *ex relat. a Petr. Duen. reg. 13. num. 12. Gomez. dict. cap. 1. sub num. 84.* 25

Verior tamen, & in hac materia magis recepta videtur opinio, ut Ius Cannonicum in hoc Articulo servari debeat in Terris, aut Tribunalibus Ecclesiasticis, & in secularibus Ius Civile, quam latissime tuetur, *Thomuc. in tract. de Invent. d. qu. 244. sub n. 69. seqq. Farinacc. d. qu. 10. n. 63 seqq. Ofasc. d. dec. 152. n. 6 Franc. Viv. d. dec. 6. n. 2. Facbin. d. cap. 5. col. 2. vers. 3.* in hoc Doctores conspirare unanimiter &c. *lib. 9.* 26

3. Erat, qui prædictis addebat, quod etiamsi actio non esset pœnalis, sed mere rei persecutoria, si tamen provenit ex delicto, numquam transit contra hæredes, *Leg. un. Cod. ex del. def. &c. Leg. pedius in fin. de incend. ruin. & naufr. Leg. in haredem de calumniat. Leg. 2. in fin. de vi, & vi arm. Leg. sabinus ff. de dol. mal. Leg fin. Cod. rer. amot. Leg. 3. in fin. ff. si mens. fals. mod. &c. Leg quæsitum de precar. cum aliis adduct. per Harchman. Noal. Bacchov. Cutac. & Picchard. loc. relat.* 27

Quæ conclusio in suis terminis est, ne dum vera, sed indubitata, itaut non magno egeat apparatu comprobationis.

Quia tamen circa eius intelligentiam, & facti nostri applicationem, non fuit inter nos una omnium opinio, ideo longius non immorabor.

Istis igitur, ut supra firmatis; Non obstat *tex. in §. bis autem verbis Inst. de Leg. aquil.*

Nam (ultra responsiones ad dictum Textum allatas per Vulteium, *ibid. sub n. 4. seqq. Leotard. d. qu. 94. n. 22. Barbos. d. Leg. si Filius Famil. sub num. 122. Facbin. dict. cap. 5. ant. fin. lib. 9. Bacchov. Fabr. & al.*)

Respondetur dictum §. habere varios intellectus, varieque per DD. interpretari, ut ex relatis videre est, ideo non posse in eo præ- 28

sentis Causæ decisionem fundari, ut bene advertit, *Iac. Thoming. d. decis.* 24. *num.* 12. *seqq. par.* 1. & *Senat. Saxon. apud Harttman. d. quæst.* 27. *num.* 4.

Imo hic Textus mire favet opinioni, quam supra firmavi.

Nam in *d.* §. *ut Barbos.* advertit *sub d. n.* 125. ponuntur duo casus. Alter, quando actor petiit veram tantum damni æstimationem,
29 & non ultra. Quo casu dicitur *in d.* §. *in fin.* quod actio transitura esset in hæredes sed hic non est casus noster.

Alter vero casus est, quando Actor (ultra veram damni æstimationem, aliquid petit, vel prætendit ulterius, puta interesse quanti plurimi, vel quid simile) Et hic est vere casus noster, nam ultra
30 damnum, petiit *lucra cessantia*, *Cambia maritima*, & alia, prout in actis, quo casu decidit textus ibi verbis rotundis, quod talis actio in hæredes non transit.

Neque obstat, quod eum dicta lucra, & Cambia prætensa, sint
31 dividua, & separari possint a damnis, in his utile per inutile non vitietur *cap. utile de reg. Iur. in 6.*

Nam regula ista, in qua magnum audio fieri fundamentum, nullum ponit obicem conclusionibus, quas supra firmavimus.

Primo quia ista regula est Broccardica, & adeo vaga, & incerta, ut nullo modo possit conclusionem firmatam, ne dum subvertere, sed neque, & iam aliquo modo labefactare, imo magis roborare; Nam alii eam firmant negative, ut utile per inutile non vitietur
32 Alii e contra eam ponunt affirmative, ut vitietur, & sic hoc fundamentum potest utrique Parti deservire, ut fuse probat, *Emil. Ferret. in Leg.* 1. §. *si quis simpliciter vers. neque vitiatur n.* 7. *seq. de verb. oblig.* id, quod maxime advertit, *Tholosan. dec.* 62. *col.* 1. *fin.* & *seq. vers.* & *quamvis &c. lib.* 4. *Rot. Rom. dec.* 284. *n.* 18. *tom.* 2. *par.* 4. *rec. collect. a Rubeo ab Anno* 1618. *Lambertin. de Iur. Patron. lib.* 2. *par.* 1. *artic.* 12. *quæst.* 4. *num.* 2. *fol.* 35. & ante eos id observat, *Fulgos. in Leg. certi conditio* §. *quoniam de reb. cred.* & novissime, *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 21. *par.* 1. *num.* 79. *pag.* 527. *vol.* 1.

2. Prædicta regula procedit magis in Contractibus quam in Iu-
33 diciis, prout hanc differentiam agnovit, *Alex. in Leg. fin sub num.* 11. *post med. vers. non obstat &c. ff. de iurisd. omn. iudic. &c.* & in his terminis ea utitur, *Surd. dec.* 248. *in fin. sub n.* 20. *Fontanell. d. claus.* 4. *gloss.* 21. *par.* 1. *n.* 81. *in princ. Gayt. de credit. cap.* 2. *tit.* 7. *qu.* 2. *n.* 1700. & *tit.* 8. *n.* 3151. ratio ea esse potest, quia Iudicia sunt individua teste, *Gratian. discept. forens. cap.* 162. *sub n.* 18. *vol.* 1. *post Alex. in d. Leg. fin. sub d. n.* 11. *post med. vers. non obstat &c. de iurisd. omn. Iud. Franc. Marc. qu.* 328. *num.* 2. *vers.* & *hoc verum &c. tom.* 2. *Salgad. de suppl. ad sanct. par.* 2. *cap.* 13. *sub*

13. *sub num. 27. & habetur in Leg. hoc iudicio, cum ibi notat. ff. famil. ercifcund.*

At in individuis utile per inutile vitiatur, *Dyn. d. cap. utile* 37. *n. 4. de reg. iur. in 6. Rot. dec. 135. sub n. 9. par. 1. rec. Peguer. dec. 33. sub n. 13. par. 1.* 34

3. Quidquid sit circa prædicta, in puncto tamen, de quo loquimur, quod scilicet lucra amissa, & Cambia Maritima, quantumvis essent separabilia a damnis passis, si simul cumulentur in eodem Iudicio, reddant illud individuum, & faciant actionem pœnalem non transituram in Hæredes, nec possint separari, ut quod est utile, reiecto inutili, substineatur, convincit *tex. in d. §. his autem verbis Inst. de Leg. aquil.* Etenim actio etiam legis aquiliæ plura continet separabilia, nempe simplum, quod est vera damni æstimatio, item duplum, triplum, & quadruplum, quæ succedunt loco interesse; Et tamen, cum simul cumulantur, actio quæ pro simplo transivisset, cumulata, ut supra, adversus hæredes non transit, ut in *d. §. his autem verbis &c.* Imo *Thoming. Bacbov. Vult. Ias. Pacius Florian Harstman. Leotard. Valent. Viv. Cuiac. Papon. Osasch. Barbos. Noal. Fachin. Farin. Gomez. Cagnol. Thanuc. Piccard. & al.* quos supra retuli, qui firmant, quod actio, quæ ultra veram damni æstimationem extenditur, efficiatur pœnalis in hæredes non transitoria, etiam pro vero damno, omnes si considerentur supponunt, petitum esse damnum, & aliquid ultra: Et concludunt nihilominus actionem absolute non transire, nulla habita consideratione dividuitatis petitorum, ut ex eis videri potest. 35 36 37

3. Sed præmissa dicta sint ex abundanti. In casu tamen nostro est certum, quod est omnino impertinens d. regula esto etiam, quod vera esset in se, & intraret in materia; Nam in casu præsenti, nihil est utile, & sic frustra quærimus, an possit per inutile vitiari. Non enim datur vitiatio, ubi non adest vitiabile: Siquidem petitio damnorum intra veram eorum æstimationem, quæ tamquam utilis, dicitur per inutilia cœtera non vitiari, nec in se quidem sola est utilis contra hæredem, ut est tex. præclarus, in sæpius inculcata, *Leg. Iulianus 16. ff. de iudic.* si ergo in petitione Marini nihil est utile, nihil etiam est, quod possit per separationem inutilis, substineri, ut in simili observant, *Mandell. cons. 731. sub n. 4. vers. præterea &c. & Iac. Gall. cons. 19. n. 7. eod vers. præterea &c.* Illud enim dicitur utile in hac materia, quod iuridice petitur, & legitime intentatur, *Villagut. de extens. leg qu. 5. de ext. Leg. inst. pæn. min. bom. sub n. 58. vers. cum ergo &c. fol. 126.* 38 39 40

4. Quando etiam intraret regula, quod utile per inutile non vitietur, ea tamen practicari non posset in casu præsenti. Cum enim Marinus proposuerit actionem suam contra hæredem, continentem tam damna passa, quam lucra amissa, & Cambia maritima, statim fuit quæsi-

quæsitum Ius hæredi convento pro absolutione, ex prædicta nimirum mixtura, quæ reddidit actionem pœnalem in hæredem non transituram, ex suprascriptis, quo stante, licet regulariter utile per inutile non vitiaretur, si unum ab altero separaretur: Separari tamen non posset a Iudice, ut caput utile, reiecto inutili, sustineatur, in præiudicium rei, eiusque Iuris iam acquisiti. Quo fit, ut ob dictum Partis
41 interesse, non possint invicem separari, ut tamquam in individuis, utile per inutile vitietur, prout istud partis interesse in eodem materia considerant, *Valenzuel. cons.* 187. *n.* 99. *vers.* 4. *quia &c. vol.* 2. *Anchar. Iun. qu.* 26. *n.* 9. *lib.* 2. *Lud. Cenc. in suo tract. de censib. par.* 2. *cap.* 1. *qu.* 1. *art.* 6. *sub n.* 26. „ ibi „ quia eo casu interest „ partis &c. „ *pag. mihi* 99. *in prima editione Franc. Viv dec.* 369. *ante fin. sub n.* 22. „ ibi „ Nam intrat partis interesse „ *lib.* 2. *Car. Bardell. cons.* 45. *n.* 65. „ ibi „ Nam ubi intrat partis interesse „ *vol.* 1. conferunt scripta per *Ruin. cons.* 109. *sub n.* 27. *vers. præterea volum.* 4. qui omnes in hac eadem materia in suis casibus, considerant d. Partis interesse, & præiudicium ex d. separatione.

5. Esto etiam, quod prædicta deficerent; & quod (circumscripto quocumque Partis interesse) posset de iure inutile ab utili separari, ut hoc ex illo non vitietur; advertendum est tamen in casu præsenti, quod Marinus in Iudicio facto contra Capitaneum Arnaldum Principalem debitorem, Sententiam obtinuerat favorabilem a Magnifica Rota, qua (prævio iuramento decisivo) declaratus fuerat creditor Scutor . . . .

Qui quidem Marinus, videns postea dictum Capitaneum, cum sua Navi aufugisse, seque ipse consequendi Creditum (ex facto Consulum) esse frustratum, contra ipsos Consules (qui causam fugæ, & damni dederant) actionem subsidiariam convertetat, quæ quidem actio non est dubium, quin habeat pendentiam, & sequelam a prima, quam etiam pro fundamento suæ intentionis allegavit in quadam comparitione, de qua in Proc. fol. 31. t.

Cum igitur actio mota contra Consulem, & Hæredem respective, haberet dependentiam, & originariam sequelam a prima Senten-
42 tia in iuramento fundata, & dicta Sententia in hoc sit individua, *Tiraq. de retr. conven. ad fin. tit. n.* 143. *Valenzuel. cons.* 487. *n.* 94. *vol.* 2. *Gratian. cap.* 162. *n.* 18. *seqq. Mart. cons.* 189. *n.* 4. *Rot. dec.* 135. *n.* 9. *par.* 1. *rec.* Et iuramentum pariter sit ex sui natura indivi-
43 duum, ut ex multis probat, *Fontanell. d. claus.* 4. *gloss.* 21. *par.* 1. *n.* 73. 74. *seqq. Macerat. resol.* 25. *n.* 14. *lib.* 2. Imo cum tam in d.
44 Sententia, quam iuramento complectantur, & contineantur, nedum damna, sed lucra, & cambia, ut supra „ & ita commixtim, & con„ fuse, ut impossibile sit, corporeis oculis secernere quid, & quan„ tum pro damnis passis, & quid, & quantum pro lucris amissis, &
„ Cam-

„ Cambiis Maritimis iudicatum fuerit „ sequitur, ut ex hac etiam ratione d. Sententia Rotæ sit individua, ob prædictam incerti udinem, ut deducit, *Fontan. dec.* 518. *sub n.* 22. *seqq. vol.* 2. *Alb. conf* 731. *num.* 5. *Cyriac. contr.* 320. *num.* 22. *ante princ.* & in simili *Grattan. cap.* 742. *num.* 59.

Ideo corrolarie sequitur, ut prætensiones nunc contra Consulem, hæredem, & Cancellarium moræ, ut quæ a prædictis Sententia, & iuramento individuis originem, & dependentiam deducerent, sint, & ipsæ individuæ, in quibus utile per inutile vitietur, *Mart. vot.* 46. *n.* 24. *seqq. par.* 1. *Mantua sing.* 35. *post med. Andreol. contr.* 55. *sub n.* 21. *in fin. par.* 1. *Merlin. Pignat. contr. for. cap.* 15. *sub n.* 20. 26. *& seqq cent.* 2. *Bardell. conf* 45. *num.* 42. *Scacc. de sent. & re iudic. gloss.* 14 *qu.* 13. *n.* 9. *vers.* 4. *quia &c.* 45

At vero, ultra prædicta, ego in hoc puncto sic mecum ratiocinabar.

Quamvis Marinus periisset damna, lucra, & Cambia respective, ut supra, habebat tamen in Manibus Mercedes Nauli Capitaneo debitas, quæ ascendere poterant ad summam circiter scutorum . . . . quæ aut damna ab eo prætensa æquabant, aut forte superabant. Quo fit, ut petitio sua contra Consules, & Cancellarium in substantia lucra amissa, & Cambia Maritima intueretur. Ex quo illud inferri poterat, ut petitio sua, non tam damna respiceret, quam lucra amissa, & Cambia maritima, quæ pretendebat. Unde corrolarie inferebatur, ut dicta lucra, & Cambia, non solum separari nequirent a damnis, sed in eis potissimum substantiaretur iudicium, & fieret individuum, secundum mentem, & intentionem Agentis, ita utile per inutile vitiaretur, iuxta ea, quæ notat *Bellon. in sua tract. de Iur. accresc. cap.* 6. *quæst.* 33. *num.* 10. *Natt. conf.* 479. *sub num. Bardell. conf.* 45. *num.* 40 46. *&* 58 *Fab. de Anna conf.* 46. *sub num.* 40. *& seqq. Pedrocch. de resolut. contr. num.* 499. *Fontanell. de pact nupt. claus.* 4. *gloss.* 21. *par.* 1. *sub n.* 72. *Buratt. dec.* 469. *n.* 7. *& seqq.* 46

Longior fui, quam par esset, ut ostenderem, ob cumulationem lucri cessantis, & Cambii Maritimi, cum damnis passis, in petitione, 47 Actionem motam per Marinum fuisse pœnalem, in hæredem non transitoriam, non obstante, quod lucra, & Cambia viderentur a damnis separabilia. Quia in hoc audivi non leve fieri fundamentum.

Neque pariter obstat, *Text. in Leg. si pro fure cum duob. seqq.* Nam ultra ea, quæ respondent, *Vult. & Cuiac. ille in §. plane Instit. de action. n.* 9. *& seqq. hic observation lib.* 13. *cap.* 39 dici potest, 48 quod id sit speciale in condictione furtiva, vel odio furum, vel ratione frequentis usus talium delictorum, ut dicit *Barbos. loc. sæpe relat. ex n.* 126. *cum mult. seqq. Viv d. dec.* 6. *n.* 16. *& seqq Farin. d. cap.* 5. *col.* 3. *vers. ad primum &c. in fin. Leotard. d. qu.* 97. *n.* . . . *& Grattan. discept. cap.* 935. *col.* 1. *& seqq.*

Neque

Neque etiam obstant ea, quæ scribunt *Covar. var. resol. lib. 3. cap. 3. n. 7. Leotard. de usur. qu. 97. Gratian. d. cap. 935. col. 1. & Neguf. de pignor. par. 2. memb. 4. ex n. 124.*

Nam *Covarr.* ibi magis dubitat, quam decidat, & in quantum decideret, dubio procul loqueretur contra communem, & contra tex. apertos, qui evitari non possunt, ex supra scriptis.

Leotard. ibi loquitur de Raptore, Usurario, & similibus, unde intrant ea, quæ supra circa furta. Et in omnem casum idem *Leotard.* contrarium firmat in terminis nostris dicta *qu. 94. ex n. 19.*

Negusan. & Gratian. vero in eo, quod dicunt, dari actionem
49 hypothecariam, vel bona furis, esse pro restitutione, seu damnis hypothecata, communiter reprobantur, ut per *Leotard. d. qu. 97. n. 7. 8. 10. Viv. dec. 451. n. 15 Mantic. de tac. & amb. lib. 11. tit. 14. n. 11. Noguer. alleg. 1. n. 43. 46. 57.* dicens, quod qui tenent hanc conclusionem errant contra principia, *Nic. Barbat. super pragm. de arrist. gloss. 12. n. 113.* conferunt scripta per *Merlin. de pignor. lib. 3. tit. 2. qu 40. post Maur. de retention. n. 8.*

50 *dd. Gratian. & Negusan.* loquuntur secundum terminos Iuris Canonici, ut conspici potest ex auctoritatibus, quas allegant.

3. Loquuntur de furtis, & actione furtiva, in quibus diximus id esse speciale, propter odium, vel frequentiam ipsorum;

51 Neque demum videtur obstare, quod D. Franciscus Pittus in Mortis Articulo Sacrosanctum Confessionis Sacramentum obiverit; Unde memor salutis eternæ præsumatur, tacite hæredi suo mandasse, ut
52 parti læsæ illata damna reficeret, ut subtiliter considerat, *Io. Fabr. in §. pœnales Instit. de except. num. 5. & post eum Valer. de differ. utr. forens. in versic. &c.*

53 Nam ista consideratio late refellitur a *Tuanne. in tract. de Inven. qu. 244. divers. de invent. n. 73. 74. & 75.*

Sed quanto etiam ex pia quadam interpretatione hæc opinio reciperetur, intelligi tamen eam oporteret cum grano salis; Nempe ut
54 constaret prius defunctum, suum factum agnovisse peccaminosum, & uti tale revocasse sibi ad gravamen suæ Conscientiæ, & pro tali Confessionario confessum fuisse monitum, aut sciens, se ad restitutionem parti læsæ adstrictum esse. Tunc enim (his concurrentibus) posse admitti, ut in illo extremo vitæ periodo, voluerit Animæ suæ consulere, & resultaret forsan mandatum tacitum, vel præsumptum ex coniecturata eius voluntate.

At si non constat, eum hoc confessum fuisse, imo nequidem pro peccato, & conscientiæ gravamine agnovisse; Non possumus affirmare, hanc eius voluntatem fuisse, si nec ipse pro gravamine conscientiæ compræhendidit.

Alias concurrent plures fictiones impossibiles, vel saltem incompati-

patibiles, ut nempe dixerit, quod non cogitavit, ut mandaverit restitui, quod non credidit se ad restituendum teneri, ut solveretur, quod nesciebat se debitorem; Unde non debemus hæredem constringere, quasi sciat id, quod in conscientia Defuncti verteretur, ut in simili dicebat, *Alb. cons.* 731. *sub n.* 8. *lib.* 4.

Et ita utraque parte &c.

Fridericus Marionus Mag. Supremi Audit. & Relat.

DECISIO VI.

FLORENTINA DAMNORUM

diei 8. *Aprilis* 1656. *cor.* Audit. Hieronymo Canossa.

ARGUMENTUM.

Actio licet Rei persequutoria, si tamen ortum a delicto duxerit, nunquam transit in Hæredes Delinquentis, nisi vel lite cum Defuncto contestata, vel eorum patrimonio locupletiore facto. Quæ conclusio non modo erudite defenditur a contrariis DD. Sententiis, verum etiam cum Iuris Canonici regulis mirifice conciliatur.

SUMMARIUM.

1 *Actiones ex delicto, vel quasi descendentes ob factum defuncti dolosum non transeunt in hæredes de iure civili, & si rem persequantur, non transmittuntur nisi lis fuerit contestata cum defuncto, & nisi in quantum ad eos pervenerit* & num. 12.

2 *Actio Rei persequutoria ex delicto procedens non transit in hæredes Delinquentis.*

3 *Contrarium tenuerunt Covarruvias, Bargaglius, & Piccardus, qui tamen refelluntur.*

4 *Non obstat Textus in Leg. si pro iure* 7. §. 1. & 2. *cum duab. Legib. seqq. ff. de condict. furt.* & num. 5. 6. 7. 8.

9 *Nec pariter obstat Textus in* §. *bis autem verbis, Institut. de Lege Aquil.* & num. 10. & 11.

13 *In iudicando a communi opinione non est recedendum.*

14 *Contra Delinquentis hæredem tunc videtur agi posse quando Actor sui Patrimonii diminutionem refici postularet, si modo eam Defunctus suo adiecisset patrimonio, iuxta distinctionem, Franc. de Caldas.*

15 *Contrarium ex Iure Canonico.*

16 *Sed hæc limitatio in foro dumtaxat Ecclesiastico communiter recepta est.*

17 *Inter*

17 *Inter omnes tam Cesarei, quam Pontificii Iuris Interpretes convenit, quod lite cum Defuncto contestata, & multo magis iudicata, hæres teneatur Actione rei persecutoria.*

18 *Ac propterea Ius Canonicum in hoc non limitat Ius Cesareum, sed cum eo mirifice concordat.*

19 *In Apulia, & Parisiensi parlamento etiam per Curiam laicalem fuerunt in solidum condemnati hæredes, lite cum defuncto non contestata.*

20 *Florentiæ vero in foro laicali Ius Pontificium non observatur.*

21 *Non est necesse, ut generalibus Iuris regulis resolvatur casus a Iure decisus per Leges in terminis loquentes.*

22 *Si Iudex litem suam faciat iudicando per gratiam, inimicitiam, vel sordes, veram litis æstimationem præstare cogitur.*

23 *Turpia lucra hæredibus etiam extorquentur.*

24 *Hæres Iudicis male iudicantis non tenetur ex Defuncti delicto, nisi quatenus ad eum ex ipso pervenerit, nisi lis fuerit cum Defuncto contestata.*

25 *Nec obstant Textus, ubi disponitur in Hæredes Magistratus dandam esse actionem pro damnis facto eiusdem Magistratus illatis.*

26 *Quia procedunt in Actione ex delicto omissionis, quod non solet considerari, tamquam verum delictum, vel quasi, sed potius tamquam aliquid ab illis diversum,* num. 27.

28 *In Actione vero, quæ competit propter delictum in committendo, hæres Iudicis Delinquentis non tenetur, nisi quatenus ad eum pervenerit.*



N huius Causæ resolutione convenimus omnes in Condemnationem D. Cosmi de Zatis utpote qui post Sententiam latam epistolam conscripserit, tam in damnum d. Marini, quam adversus d. Sententiam a Consulibus Maris Pisarum latam, quorum numerum, & ipse implebat: Convenimus etiam omnes in absolutionem d. D. Francisci de Miss.is, qui tamquam Cancellarius ipsorum Consulum eorumque iussu præfatam epistolam scripsit, quorum Capitum, ita statutorum rationes, ac iura ad omnium nostrum satisfactionem non minus docte, quam erudite, ac vere exposuit, & adduxit, Vir Clarissimus Collega noster, & in Causa Relator Excellentissimus D. Audit. Mattonus.

In absolutionem vero d. D. de Pittis, licet nobiscum convenerit d. D. Relator, quia tamen rationem nostram in hoc articulo definiendo non approbavit, ideo singulariter hæc addenda censuimus post versiculum,

His non obstantibus &c.

Censuimus d. D. Petrum Antonium de Pittis absolvendum fore, & esse a petitis, prout Eum definitive absolvimus, & ad ita sentiendum moti fuimus.

Primo

Primo, quia in Iure constat, actiones ex delicto, vel quasi descendentes ob factum defuncti *dolosum* non transire in hæredes de Iure Civili, etsi rem nudam persequantur, nisi lis fuerit contestata cum defuncto, & nisi in quantum ad eos pervenerit: *Textus* sunt apertissimi *in Leg. unic. Cod. ex delict. defunct. in Leg. si plures* 18. *in fin. in Leg. in hæredem* 27. *in Leg. itaque* 29. §. 1. *in Leg. Sabinus* 30. *ff. de dol. mal. in Leg. non solum* 5. *in fin. cum trib. Legib. seqq. ff. de alienat. iudic. mut. caus. fac. in Leg. fi. Cod. Rer. amot. in Leg. illud* 7. *in fin. ff. de eo per quam fact. erit, in Leg.* 3. *in fin. ff. si mens falsum mod. dixer. in Leg.* 1. §. *fin. versic. nec in hæredes ff. ne vis fiat ei in Leg. quæsitum* 8. *in fin. ff. de precar. in Leg.* 1. *in fin. in Leg.* 2. *& in Leg.* 3. *in princ. ff. de vi, & vi armat. & in* §. *penult. instit. de perpet. & temp. act. in Leg. in hæredem* 5. *in princ. ff. de calumniatorib. in Leg. quod diximus* 16. §. *penult. & ult. ff. quod met. caus. in Leg. si hominem* 7. §. *datur ff. de pos. in Leg. Divus* 4. *in fin. ff. de incend., ruin., & naufrag. & in Leg. inde Neratius* 23. §. *hac actione ff. ad Leg. Aquil. in Leg. fin.* §. *hæc iudicia ff. naut., cau., & stab. in Leg. si vero* §. *hæc actio ff. de iis qui deiecer. vel effud.*, ex quibus sane Iuribus dictam propositionem ad Controversiam nec revocare tentarunt Doctores fere omnes, tam scolis addicti, quam in foro versati, ut post *Glos. Bart., Io. Fab. Salicet.*, & alios testatur *Petr. Barbos. ad L. si filius fam.* 15. *ff. de Iud. num.* 92. *num.* 105. ubi hæc verba reliquit; & ideo in hac materia magis communis est resolutio, quod licet actio sit rei persecutoria ex parte Actoris, tamen si ortum habet a delicto non est transitoria in 2
hæredes Rei delinquentis, *& num.* 140 *in fin.* ita sentit ibidem vir doctissimus *Iacob. Cuiac.* quod reperit in *Leg. sicuti* 38. *ff. de reg. Iur. in commentar. ad Leg. si plures* 18. *ff. de dol. mal. vers. hæc actio in paratitl. ad tit. Cod. ex delict. defunct. & lib.* 7. *absq. cap.* 37. vulgatumque dicit esse axioma *lib.* 13. *observ. cap.* 39. eamdem sententiam sequitur *Nicolaus Vigell. par.* 6. *ff. in scripta de oblig. & action. ex delicto descendentib. lib.* 46. & prius, ac plenius *par.* 5. *lib.* 36. *reg.* 5. *except.* 1. ita docet *Pacius in Analys. Cod. ad titul. ex delict. defunct. quam in commentar. ad Leg. unic. Cod eod. tit. num.* 7. ubi etiam *Franciscus Hotoma. column. mihi* 407. qui sibi constans idem affirmat, *ad* §. *hæc actio instit. de Leg. Aquil. ver. in hæredem non transire*, eamdem etiam opinionem sequuntur *Facbin. contr. lib.* 9. *cap.* 5. *Caldas. in Leg. comment. ad d. Leg. unic. Cod. ex delict. defunct. num.* 25., quidquid aliis videatur, ut illius verba, & sensum penitus legendo, & percipiendo cognovit novissime *Leotard. de usur. in eandem sentent. conveniens quæst.* 94. *sub num.* 24. ubi examinato articulo eam a contrariis argumentis, & auctoritatibus defendit, *ad* §. *penult. instit. de perpet. & temp. act.* omnes fere Interpretes hanc opinionem docent, & præsertim *Io. Faber. num.* 3. *Vulteius num.* 8. *Bachov. ad* §. *fin. instit. de oblig.*

qua ex delicto nascuntur, *num.* 2. *cum seqq. ad* §. *his autem instit. de*
Leg. Aquil. num. 2. *ad* §. *sic itaque* 14. *instit. de act. num.* 4. *in tract.*
de action. disp. 4. *thes.* 21. *post princ. ad tit. pandectar. de dol. mal. cap.*
3. *versic. famosa*, & tandem in exercitationibus ad *Ant. Faber. de er-*
ror. pragm. decad. 78. *error.* 1. ita ut apud theoricos contrarium doce-
re, & credere perinde esset, ac Iuris principia subvertere adversus pro-
positionem communiter, ut supra, tot Iuris nostri locis roboratam,
3 tot DD. auctoritatibus approbatam, sicuti tres, vel ad summum qua-
tuor Doctores contrariam opinionem arctius suadere nituntur, nempe
Didacus, *Covar. var. resolut. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 7. *versic. quo sit pag.*
mihi 733., qui tamen dicens, quod forsan verius est, non figit om-
nino pedes, *Bargaglius de dolo*, & novissime *Ant. Piccard. ad* §. *non*
autem num. 39. *inst. de perpet. & temp. act.*, ita duo potissimum sunt
Iuris nostri textus, qui huic contrarietati causam dederunt, quorum
primus est *in L. si pro fure* 7. §. 1. *&* 2. *cum duab. Legib. seqq. ff. de*
4 *condict. furtiv.*, qui textus si a Iure Civili removerentur, nemo nega-
ret, omnibus actionibus Rei persecutoriis ex delicto, vel quasi des-
cendentibus commune esse, in hæredem non dari, nisi in quantum
ad eos pervenit, ut fatentur omnes *per Ant. Faber. laudat. decad.* 80.
error. 3. *in princ.* ubi etiam idem refert *Bacbovius*.

At pro responsione primo dicendum est uno, vel altero Iuris lo-
co non esse destruendam regulam tot Iuribus approbatam, ut post
5 alios dicunt *Fachin. contr. iur. d. lib.* 9. *cap.* 5. *vers. ad primum*, *&*
Bacbov. ad §. *fin. Inst. de oblig. quæ ex delict. nasc. n.* 3.

2. Potest responderi, cum *Iacob. Cuiac. Viro doctissimo observ.*
lib. 7. *cap.* 37. *& lib.* 13. *cap.* 39. quem sequuntur *Vulte. in* §. *plane*
14. *Inst. de act. sub n.* 11. *& Bacbov in exercitat. ad Ant. Faber. loc.*
6 *supra allegatis*, negando, quod condictio furtiva detur in hæredem
furis, nisi in quantum ad eum pervenerit.

Tertio, Cum omnibus interpretationibus contrarietatem huiusmo-
di percipientibus respondetur tot esse condictiones furtivæ singularita-
tes inductas contra Iuris Civilis regulas, ut hinc in cæteris actioni-
bus ex delicto, vel quasi descendentibus contraria dispositio sit affir-
7 manda, ita pluribus, *Viv. dec.* 6. *in terminis n.* 16.

Quarto, Respondetur, quod ideo in solidum detur contra hæ-
redem condictio furtiva, quamvis ex delicto descendat, quia virtus
condictionis hæc est, non actionis ex delicto descendentis, ut subtili-
8 ter tradit *Bacbov. in tract. de act. disp.* 4. *thes.* 21. *versus fin.* & de-
mum plurifariam respondetur, ut per *Barbos. ad Leg. Filius Fam.* 15.
ff. de iudic. a n. 126. *usq. ad n.* 138. *& per eund. Bacbov. in exercitat.*
ad Ant. Fabr. præsertim *decad.* 78. *n.* 1. *& decad.* 80. *n.* 3.

Secundus vero Textus, qui huic contrarietati causam dedisse vi-
9 detur est in §. *his autem verbis Inst. de Leg. Aquil.* ubi constituitur,
quod

quod actio ex delicto descendens in hæredem transitura esset, si nihil ultra persecutionem rei peteret.

Sed præter responsiones ab interpretibus allatas ad condictionem furtivam, quæ in hunc quoque locum repeti possent, principaliter respondet Institutionum textus eatenus disponere quatenus conveniant, cum Legibus digestorum, ex quibus epitomatus est libellus Institutionum, sane corruptior ullo Iuris civilis libro, ut observarunt, *Cuiac. lib. observ.* 11. *cap.* 38. & *Ant. de Matthæis in Colleg. fundament. Iur. disp.* 3. *de Instit. Navis inscripta*, præsertim *thes.* 42. 10

Sed in *d. Leg. inde Neratius* 23. §. *hac actione ff. ad Leg. Aquil*, unde sumptus est §. *his autem verbis Inst. de Leg. Aquil.* leguntur hæc præcisa verba, sed in hæredem hæc actio non dabitur, nisi forte ex damno locupletior hæres factus sit, quod deest in libro Institutionum dicto loco, supplendum est ex hac Lege, & sic communi regulæ textus non repugnabit, ita reprobatio *Covarr.*, & aliis si qui eum sequuntur respondet *Leotard. de usur. dict. quæst.* 94. *num.* 22. & hanc responsionem probat *Vulteius in dict.* §. *his autem num.* 4. aliis quoque modis apposite, concinne, subtiliter, eruditeque respondent *ad dict.* §. *his autem verbis Barbos. ad d. Leg. si filius fam.* 15. *ff. de Iudic.* 76. *num.* 8. *post princ. Bachov. ad* §. *fin inst. de oblig. quæ ex delicto nasc. num.* 2. & *seqq. ad d.* §. *his autem verbis inst. de Leg. Aquil. num.* 2. *usque in fin.* & *in exercit. ad Ant. Fabr. decad.* 78. *num.* 1. e 8. 11

Hinc apud omnes in confesso est, quod communis DD. opinio concedit, actiones huiusmodi non dari contra hæredem delinquentis, vel quasi, nisi quatenus ad eum pervenerit, ita testantibus ipsomet, *Covarruv. loc. cit.* ipsomet *Piccard. num.* 37. acerrimis contrariæ opinionis propugnatoribus, aliisve absque simbolo sequacibus, & proinde in iudicando non censeri a communi opinione recedendum quam ultra Theoricos tenuerunt summi Pratici, nempe *Gomes var. resolut. tit. de delict. cap. pr. num.* 85. *Phanuc. de invent. par.* 7. *num.* 70. *alias inter tract. divers. de invent. qu.* 244. *num.* 70. *Farinac. in prax. qu.* 10. *num.* 64. *Hartman. Pistor. quæst. Iuris lib. pr. quæst.* 27. *Fachin. contr. Iur. lib.* 9. *cap.* 9. & novissime eruditissimus *Leotard. de usur. quæst.* 94. *num.* 19. *cum plur. seqq.* 12

Quando tamen conclusio, ut supra, generaliter sumpta, Iuribus, & auctoritatibus hinc inde ponderatis dubia reddi posset, facili negotio lis dirimeretur distinctione optima, quam *Franciscus de Caldas.* suggerit ad propositum nostrum *in Leg. unic. Cod. ex delict. defunct. num.* 11. ubi scribit, & probat, quod tunc adversus delinquentis hæredem tacite crederet agi posse, quando Actor sui patrimonii diminutionem a defuncto datam refici postularet, si modo eam diminutionem defunctus suo adiecisset patrimonio. 14

Sed in casu nostro Marinus nec somniavit, nedum probavit, ob

 dictam

dictam epistolam, suique Patrimonii diminutionem aliquid patrimonio Consulum fuisse adiectum, adversus hæredem male, & perperam illum egisse censuimus, quo in sensu si accipiantur dicta per *Covarruv.*, & alios suam opinionem amplectentes, ut vere illorum exempla plerumque significant, nostro casui, ac resolutioni neutiquam possunt obstare.

Conclusio autem ista communiter de Iure Civili recepta limitationem recipit a dispositc Iuris Canonici, cuius æquitate receptum est sine controversia, quod ex delictis defunctorum detur actio Rei per-
15 secutoria ex delictis proveniens in solidum adversus hæredes, etiamsi nihil ad eos pervenerit, atque lis cum defuncto non fuerit contestata, & hanc limitationem deducunt ex *Cap. fin. in fin. ext. de sepultur. & ex cap. in litteris* 5. §. 1. *extra de raptor. Federig. de Sen. Arch. dom. Dec*, *Burgos.*, *Palatius*, *Suarez*, *Covarruv.*, *Duen.*, *Arcued.*, *Lancell.*, *Detus*, *Alciat.*, *Ruin.*, *Sebast. Med.*, *Io. Papp.*. *Phanuc.*, *Boss.*, cum aliis congestis per *Barbos. in dict. Leg. si filius fam.* 15. *num.* 139. *ff. de Iud. per Viv. decis. 6. sub num.* 1. *vers. & quod hæres per Farinac. dict. quæst.* 10. *n.* 60. *per Facbin. dict. lib.* 9. *cap.* 5. *versic.* 2. *inter omnes per Leotard. de usur. quæst.* 94. *sub num.* 16. *& sub num.* 21. *per Iulium Pacium ad Leg. unicam Cod. ex delict. defunct. num.* 33. *per Ant. Piccard. in* §. *non autem inst. de perpet. & temp. act. num.* 55. *& per Bachov. in* §. *his autem verbis instit. de Leg. Aquil. sub num.* 2.

Sed quemadmodum hæc limitatio deducitur ex decretalibus epistolis per *Alexand. III. & Gregor. IX.* Summos Pontifices scriptis ad Consultationes Episcoporum, ut ex ipsarum Decretalium Inscriptione,
16 & principio satis liquet, ita in foro dumtaxat Ecclesiastico communiter fuisse receptam, explorati Iuris est, ut probatur *in dict. Cap. fin. in fin.* „ ibi „ Censura sunt Ecclesiastica compellendi „ & de communi testatur *Phanuc. de invent.* latissime *dict. par.* 7. *seu dict. quæst.* 244. *sub num.* 79. *Farin. dict. quæst.* 10. *num.* 64. præsertim *vers. & dum dixi Facbin. contr. Iur. dict. lib.* 9. *cap.* 5. *vers.* 3. *in hoc Leotard. de usur. dict. quæst.* 94. *sub num.* 25.

Veterorum tamen tantorum pace sit dictum.

Iura Pontificia superius adducta, & si quæ illis sunt similia, tantum abest, ut Iuris Cæsarei dispositionem limitent, ut quinimo perbelle, appositeque coadiuvent, in nihiloque a Iure Cæsareo dissentiant.

Nam inter omnes, tam Cæsarei, quam Pontificii Iuris Interpetres convenit, quod lite cum defuncto contestata, & multo magis iudicata, hæres teneatur actione Rei persecutoria, post nostros, *Cuiac. in*
17 *paratit. ad tit. Cod. ex delict. defunct. sur. dext. in Leg. unica Cod. eod. Barbos. in dict. Leg. si filius fam. num.* 154. *Vulteius in* §. *penult. Inst. de perpet. & temp. act. num.* 10.

Sed in allegatis Decretalibus fuerat contra defunctum non modo

lis

lis contestata, verum etiam sententia lata, ut in *dict. cap. in litteris* „ ibi „ fuit a sententia anatematis absolutus „ *& in d. cap. fin.* „ ibi „ „ Excommunicatus pro manifestis excessibus „ merito &c. Ius Canonicum haud corrigit in hoc, aut limitat Ius Cæsareum, quinimo cum 18
ipso mirum in modum concordat, *d. Leg. unic. Cod. ex delict. defunct. Leg. omnes* 25. *Leg. constitutionibus* 32. *L. sciendum* 57. *ff. de oblig. & action. Leg. iniuriam* 28. *in princ. ff. de iniuriis*, *Leg. ex iudiciorum* 20. *in fin. ff. de accusat. Leg. omnes actiones* 182. *Leg. pœnalia* 125. *ff. de reg. Iur.* §. 1. *versic. pœnales instit. de perpet. & temp. act.* cuius virtute etiam hæres convenitur in solidum, licet ad eum nihil ex delicto pervenerit, quando lis contestata fuerat, vel iudicata cum defuncto, ut in Legibus omnibus mox allegatis.

Et hæc responsio ex toto dd. Decretalium contextu desumpta visa fuit tutior, quam etiam percepisse demonstrat, *Barbos. in d.* 19
Leg. si F l us Fam. n. 140. *ff. de Iudic.* dum dixit, quod datis paribus terminis, nulla sit differentia in hac materia inter Ius Civile, & Canonicum &c.

Nec obstat, quod in Apulia etiam per Curiam Laicalem fuerint condemnati hæredes in solidum, lite cum defuncto non contestata, ut testatur *Viv. dec. 6. in fin.* & eodem modo fuerit iudicatum iu Parlamento, *Parisien* ut testantur *Io. Fabr. ad* §. *pœnales n.* 7. *Institut. de perpet. & temp. act. & Pappon. arrestor. lib.* 24. *tit.* 11 *arrest.* 3.

Quia in locis illis Statutum, seu mos est iudicandi secundum canonicam æquitatem communiter intellectam, Florentiæ autem tantum abest, ut soleat iudicari secundum Ius Canonicum, ut immo in 20
Foro Laicorum Ius Pontificium non observetur, & ideo Rota Florentina in terminis omnino similibus stetit pro absolutione hæredum die 18. Iunii 1647. inter DD. Gabrielem, & Fratrem de Strozzis ex parte una, & Nicolaum, & Fratrem de Lutis hæredes ser Iosephi de Barmis ex altera.

Præterea qui testantur in Gallia, & in Apulia ita fuisse iudicatum, illi mer contrariam Iuris Civilis opinionem tuentur, ut *Io. Fabr. d. n.* 7. *& Vivius d. dec. 6. sub n.* 18. *vers. ecce &c.*

At resolutionem nostram petere ex generalibus Iuris regulis, non erat necesse in casu, & facto a iure deciso per leges in terminis loquentes de hærede Iudicis male iudicantis *Vulpianus* etenim *I. C. in* 21
Leg. si Filius Fam. 15. *& Leg. seq ff. de iudiciis* firmat, quod si Iudex litem suam faciat, iudicando per gratiam, inimicitiam, vel sordes, veram litis æstimationem præstare cogitur, deinde subdit „ Iulianus etiam in hæredem Iudicis, qui litem suam fecit, putat a- 22
„ ctionem competere, quæ Sententia vera non est, & a multis nota„ ta est „ Quem locum ex altero Vulpiani loco supplendum censuimus,

mus, in *Leg. in hæredem 5. in princ. ff. de calumniat.* ubi Iudici ob gratiosam Sententiam datum, & hæredi extorquebitur.

Nam constitutum est, turpia lucra hæredibus quoque extorque-
23 ri, itaut conclusio in casu nostro pariter firmanda sit, quod hæres Iudicis male iudicantis non tenetur ex defuncti delicto, nisi quatenus ad eum ex ipso pervenerit, nisi lis fuerit cum defuncto contestata,
24 ut docent, ultra nostrates apertissime per iura mox allegata ad *d. Leg. si Filius Fam. in suis recitationib. Iacob. Cuiac. vers. sciendum & Petr. Barbos. n.* 48.

Nec obstant, *Text. in Leg.* 4. §. *in eum*, & §. *fin. ff. de damno infecto*, & *in Leg. quod ad hæred. ff. de Magistrat. conveniend.* & *in Leg.* 2. *Cod. eod.* ubi apertissime disponitur, in hæredes Magistratus dandam
25 esse actionem pro damnis facto eiusdem Magistratus illatis &c.

Quia ex mente Alberici, quem refert, exornat, & sequitur *Barbos. in d. Leg. si Filius Fam. a n. 96. usque ad n.* 102. respondetur, quod in terminis illorum Iurium datur quidem actio contra Iudicem
26 negligentem, & sic propter delictum omissionis, ut in *d.* §. *in eum*, ibi „ quidquid eorum non curaverit „ & in *d. L. 6.* ibi „ tanta fuit negligentia, ut omnem cautionem omitteret „ & proinde actio ex illo procedens transit in hæredes delinquentis, quia delictum in omitten-
27 do non solet considerari, tamquam verum delictum, vel quasi, sed potius tamquam quid diversum ab illis, sed si actio competat propter delictum in committendo, procedere debet dispositio, *Leg. Iulianus ff. de Iudic.* & *Leg. in hæredem in princ. ff. de calumniat.* ubi hæ-
28 res Iudicis non tenetur, nisi quatenus ad eum pervenerit ex turpi Iudicis lucro &c.

Et ex his, quæ hucusque dicta fuerunt duntaxat motus fuit D. Prætor ad absolvendum D. Petrum Antonium de Pittis &c.

Innocentius Massinius Prætor.
Hyeronimus Canossa Rotæ Audit. & Relat.

DECISIO VII.

FLORENTINA LIQUIDATIONIS DAMNORUM

diei 15. *Octobris* 1660. *cor.* Audit. Curtio Polo.

ARGUMENTUM.

Sententia liquidationis Damnorum contra principalem Debitorem lata ita efficit Fideiussorem de Iudicatum solvendo, ut opus non sit alio liquidationis Iudicio.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Liquidum dicitur, de quo extat sententia in Iudicatum transacta, nam talis sententia habetur pro veritate*, num. 2.
3 *Quod est certum liquidatione non eget.*
4 *Res iudicata facit notorietatem.*
5 *Notorium est probatio probata.*
6 *Ideoque relevat ab onere probandi, & sat est si allegetur, & etiamsi in allegationibus Iuris deducatur*, num. 7.
8 *Iudex potest de notorio se extraiudicialiter informare.*
9 *Et in eo procedit exequendo, non pronunciando.*
10 *Sententia lata contra Principalem, non dicitur, quoad fideiussorem, res inter alios acta*, num. 43.
11 *Qui Debitorem liberavit, idem est, ac si pro eo fideiussisset in Iudicio.*
12 *Sententia contra Debitorem, quæ transitum fecit in Rem iudicatam, statim exequenda est contra Fideiussorem*, num. 18.
13 *Liquidatio fieri potest per omne genus probationis, quæ faciat Rem esse legitime certam.*
14 *In materia liquidationis sufficit probatio etiam per coniecturas.*
15 *Et tota remittitur arbitrio Iudicis*, num. 27.
16 *Res fit liquida, & certa per Testes, per Confessionem, & per Instrumenta:*
17 *Multoque magis per Rem iudicatam, quæ non solum facit Rem liquidam, sed etiam notorietatem.*
19 *Iudex, qui suo facto Creditorem impedivit, ne posset facere executionem contra Debitorem, tenetur ad omnia damna, & interesse*, n. 46.
20 *Sententia interpetrationem accipit a Iure Communi eiusque verba debent intelligi secundum intelligentiam Iuris*, num 21.
22 *Sententia, & Decisiones Rotales publicis parificantur Instrumentis.*
23 *Instrumenta publica faciunt rem certam, & manifestam.*
24 *Et probationem probatam.*
25 *Exequutio liquidi non retardatur.*
26 *Rei iudicatæ natura est, ut quanto citius executioni mandetur, quia etiam ipsa paratam habet exequutionem.*
28 *Arbitrium regulatum a sententia in Rem iudicatam transacta fundatum est in Re, quæ non indiget liquidatione.*
29 *Iniustitia non potest dici notoria quando aliquid est disputabile.*
30 *Ad Principem tantummodo spectat tollere Rem iudicatam, atque sententias nullas confirmare.*
31 *Post Rem iudicatam non potest amplius opponi de notoria iniustitia, & nullitate.*
32 *Sententia nulla, vel notorie iniusta non transit in Rem iudicatam quoad retractationem, sed bene transit quoad exequutionem.*

33 Et

33 *Et hoc, ne Iudicia essent elusoria.*
34 *Sententia, quæ transitum fecit in Rem iudicatam non retractatur nisi gratia a Principe impetrata.*
35 *Fideiussori de Iudicatum solvendo non competit exceptio nullitatis adversus sententiam latam contra principalem Debitorem.*
36 *Quando Princeps in sententia manus apposuit, omnis Iurisdictio tollitur de eius viribus cognoscendi, licet sententia sit notorie nulla*, n. 37.
38 *Et quando Causa fuit delegata, iurisdictio illius redit ad Iudicem delegantem.*
39 *Sententia lata contra Debitorem per iuramentum a Creditore præstitum exequi non potest contra Fideiussorem, ex auctoritatibus Bartol. & Honded.*
40 *In dubio credendum est, Iudicem non fuisse motum a iuramento ad liquidandum damna ad effectum exequendi Rem iudicatam.*
41 *Conclusio Honded., quod, scilicet, sententia lata contra Principalem per privilegiatas probationes non exequatur contra Fideiussorem Iudicati, uti parum firma non absolute sequenda est.*
42 *Sed attendi potius debet opinio Bartoli dicentis, quod qui tenetur iudicatum solvere, iam est confessus se debitorem illius, quod iudicabitur.*
44 *Non mandatur executioni contra Fideiussorem sententia lata contra Principalem, sed stipulatio, quæ meretur executionem uti sententia ipsa*, num. 45.
47 *Ubi Actor non probavit suam intentionem, Reus absolvi debet, etiamsi nihil præstiterit.*
48 *Et sufficit quod Actoris probatio sit æquivoca, & dubia.*
49 *Et quando non est plena, sed imperfecta, sufficit a Reo offuscari, ut infringatur.*
50 *Contra Fideiussorem, qui ex Lege, vel Statuto tenetur pro dolo alterius, non datur iuramentum in litem.*
51 *Capitula Barchinonensia, uti correctoria Iuris Communis, sunt stricte intelligenda.*


Uit per DD. Consules Maris Civitatis Pisarum condemnatus Arnaldus Simonis Hollandensis sub die 16. Iunii 1654. ad reficiendum D. Ioanni de Marinis damna passa liquidanda in alio Iudicio, eo quia cum eius Navi non asportaverat Merces d. de Marinis in ea oneratas ad Regnum Cretæ, quæ quidem damna postea sub die 10. Aprilis 1655. fuerunt per Sententiam DD. Iudicum secundarum Appellationum liquidata in summa petiarum duodecim millium, sed quia Arnaldus erat Creditor de Marinus de Cambiis Marittimis, & pensionibus Navis locatæ, mandarunt prædicti DD tres Iudices, deducto omni credito d. Arnaldi solvi ab eo præfato Ioanni petias septem mille septingentas viginti sex, quæ duæ Sententiæ transierunt etiam in Rem iudicatam.
Obti-

Obtinuerat etiam d. de Marinis poni sub sequestro Clavum, & Vela Navis d. Arnaldi, quas D. Cosmus de Zatis, & q. D. Franciscus de Pittis tunc temporis Consules Maris in Civitate Pisarum cum eorum Epistola restitui mandarunt dicto Arnaldo, iniungendo insuper D. Gubernatori Liburni, ut supersederet in omni Executione facta, & fienda contra d. Arnaldum.

Sed quia nullo Iuris ordine servato dd. DD. Consules mandarunt prædictam restitutionem, ita contra eos, & contra Cancellarium Ioannes de Marinis novum instituit Iudicium, aliamque reportavit Sententiam favorabilem sub die 14. Maii 1656. in qua fuit condemnatus d. D. Cosmus insolidum ad reficiendum dicta damna in particulari Iudicio liquidanda cum eodem D. Cosmo, & ista pariter in rem iudicatam transivit.

Porrectis demum precibus a d. de Marinis S. C. S. Damnorum pro liquidatione prædicta facienda, sub die 9. Maii proxime preteriti obtinuit Rescriptum „ Li Conservadori di Legge con il Voto decisivo „ degli Auditori Guglielmi, Argenti, e Segretario Poli terminino „ questa Causa della liquidazione dei pretesi danni, e spese, come „ convenga per buona Giustizia, sentite le Parti, non ostante ec. „ Nos autem retulimus dictis Dominis Conservatoribus Legum d. Dom. Cosmum teneri reficere Ioanni de Marinis pro dictis damnis petias septemmille septingenta viginti sex liquidata in dicta sententia DD. Iudicum secundarum Appellationum sub die 10. Aprilis 1655.

Dubitari enim nequit, quin prædicta damna ad dictam summam
non sint liquida, quia de eis constat per Rem Iudicatam: Liquidum 1
namque dicitur id, de quo extat sententia in iudicatum transacti, *Gaill.*
pract. observat. observ. 17. *num* 11. *lib.* 2. *Cirtac. contr.* 350. *num.*
11. *&* 12. *Ciarlin. contr. iur. lib.* 2. *cap.* 170. *num.* 25. nam talis sen- 2
tentia habetur pro veritate, *L. Res iudicata* 207. *ff. de reg. Iur. Gaill.*
d. observ. 17. *num.* 11. *lib.* 2. *Ciarlin. loc. cit.* ideo quod est certum
non eget liquidatione, *Ottobon. dec.* 88. *n.* 2. ubi, & aliæ afferun-
tur decisiones. Et dicta damna non solum sunt liquida, sed notoria, 4
nam Res iudicata facit notorietatem, *Scacc. de Sentent., & Reiudic. gl.*
14. *quæst.* 19. *num.* 110. qui testatur de communi *Rot. dec.* 435. *num.*
4. *par.* 1. *recent.* notorium inquam non indiget probatione, quia est 5
probatio probata, *Surd. conf.* 371. *num.* 44 *Beltram. ad Greg. in dec.*
224. *num.* 7. *Gratian. discept.* 527. *num.* 12. *& dec.* 19. *num.* 10. *Tho-*
mat. dec. 78. *num.* 9. *&* 228. *num.* 20. relevat notorium ab onere pro- 6
bandi, & sat est si allegetur, *Leg. pr. ubi gloss. & Bart. Cod. ut quæ*
desf. Advoc. par. Cap. vestra 7. *de cohabit. cleric. & mul. Surd. d. conf.*
371. *num.* 46. *Thomat. d. dec.* 78. *n.* 9. & etiamsi in allegationibus 7
Iuris deducatur, *Alex. in d. Leg. pr. Cod. ut quæ des advoc. num.* 5.
Surd. d. conf. 371. *num.* 46. *Afflict. dec.* 178. *num.* 10. prout potest

Iudex

8 Iudex de notorio se extraiudicialiter informare, *Surd. ubi sup. Gratian.*
discept. 440. num. 8. Beltram. ad Leg. 15. in dict. dec. 224. n. 7. in.
9 *fin.* ideo Iudex in notorio procedit exequendo, non pronunciando, *Leg.*
emptorem 12. in princ. ff. qui not. infam. Natt. cons. 173. num. 9. Surd.
d. cons. 371. num. 45. unde Marinus reproducendo dictam sententiam
in iudicatum transactam contra D. Cosmum satis concludenter proba-
vit suam intentionem pro consequutione dictorum damnorum a Dom.
Cosmo in summa petiarum 7726, quia ex ea remanserunt liquida,
certa, & notoria.

Et quamvis obiiceretur, quod sententia lata contra Arnaldum
tamquam Res inter alios acta non afficiat D. Cosmum; attamen mi-
nus relevans nobis visa fuit dicta obiectio, quoniam ut inferius de-
monstrabitur non dicitur Res inter alios acta, quoad Fideiussorem iudi-
catum solvi sententia lata contra Principalem, quia fuit actum cum
alio te volente, & consentiente, ut fecit D. Cosmus, qui liberando
11 Arnaldum, et eius Navem, idem est, ac si pro eo fideiussisset in
Iudicio, *Iason. in Leg. pr. §. quod Prætor n. 7. 8. 9. 12. ff. 2. si quis*
eum qui in ius vocat. exem. Stracc. de Mercat. tit. de decoct. p. ult. tit.
quomodo procedendum sit in illos, qui decreto opem præstant num. 10.
Plot. de in lit. iurand §. 25. num. 6. Caball. resol. crimin. cent. 1. cas.
8. num. 22. Guid. Pap. dec. 579. per tot. Magon. dec. Lucen. 90. n. 3.
& D. Cosmus cum sit fideiussor actionis liberando Arnaldum, & eius
12 Navem, sententia contra istum lata, quæ transitum fecit in Rem iu-
dicatam celeri executioni demandanda est contra D. Cosmum, *Leg.*
quoties 3. Cod. de execut. tribut. lib. 10. ubi Bald. num. 1. & 2. &
propterea DD. Iudices Delegati in Motivo edito de anno 1656. 9.
Maii firmarunt §. *in secunda inspectione*, in §. *ob id diximus*, & in §.
circa prædicta, quod cum D. Cosmus causam damni dederit, ideo te-
nebatur ad interesse Parti, & quia perperam, & inique iudicavit, ob
id fecit Litem suam, & obligatum remansit dicto de Marinis ad omnia
damna, ut tenetur Iudex, qui mandavit captum ad instantiam Cre-
ditoris relaxari, aut alio modo fuit in causa, ut non caperetur, vel
quod captus aufugeret, & ita tenetur Creditori ad interesse, & obli-
gatur Parti læsæ ad omnia damna.

Fuit & ulterius exceptum pro parte Domini Cosmi, quod cum in
sententia dicti anni 1656. fuerit dictum, ut teneretur Ioanni de Mari-
nis ad damna, quæ liquidasset cum eo in particulari Iudicio, ideo
ipsi non obesse liquidationem factam cum Arnaldo Simonis; tamen
contrarium Nos putavimus dicendum esse de Iure per regulam, ut
quod liquidum est non indigeat alia liquidatione, immo cum liqui-
13 datio fieri possit per omne genus probationis, quæ faciat rem esse
legitime certam, *Bart. in Leg. hac sententia 3. Cod. de sent. quæ sine*
cert. quant. profer. num. 2. Bald. in Leg. fin. Cod. de falsit. caus. adiect.

legat.

legat. num. 2. *Gallef. ad form. camer. oblig. quæst.* 35 *num.* 4 *Barz. de quarantig. par. pr. quæst.* 2. *versic. sed secundum autem quomodo fiat liquidatio*, & in materia liquidationis sufficit levior probatio etiam per 14
coniecturas, *Natt. conf.* 510. *num.* 4. & 7. *Surd conf.* 293. *num.* 31.
Rot. dec. 30. *num.* 4. *post Zacc. de oblig. cum Cavall. dec.* 361. *num.* 3.
& *dec.* 586. *num.* 2. totaque remittitur arbitrio Iudicis, *Natt. d. conf.* 15
510. *num.* 7. *Antonin. de Amat. resolut.* 39. *num.* 162. *Ciarlin. cap.*
36. *num.* 31. *par. pr. contr. Iur. Seraph. dec.* 955. *num.* 4. & *dec.* 1399.
num. 1. *Rot. d. dec.* 30. *num.* 6. *post Zacch. de oblig. cam.*, & ideo si
per Testes, per Confessionem, per Instrumenta fit res liquida, & cer- 16
ta, *Barz. ubi supr. Natt. d. conf.* 510. *num.* 7. multo magis id putavimus constare per Rem iudicatam, quæ non solum facit Rem liquidam, sed etiam notorietatem, ut firmavimus, ideo dicta sententia an- 17
ni 1656. numquam intelligi potest, ut voluerit denuo liquidari illa
damna, quæ erant liquida, pro quibus sicuti exequi potuit dicta sententia contra Arnaldum, & in eius Navem, ita executioni demandabitur contra D. Cosmum ex eius facto, quoniam subintrat obligatio 18
ipsius, quæ ex lege oritur, ex cuius dispositione evasit fideiussor
actionis, *Seraph. dec.* 68. *num.* 2. & 304. *num. pr.*

Prout negari cum non possit D. Cosmum ex eo quod intulit
damnum Marino impedito eius facto, ne possit facere executionem
contra Arnaldum quin sit fideiussor indemnitatis, hinc sequitur teneri 19
ad omnia damna, & omnino ad quodcumque interesse, ut post *Bart.*
& *Bald.* compluresque alios ostendit *Turr. de Camb. disp.* 3. *qu.* 11.
num. 54. 55. & 56.

Idem certe videtur esse sensus dictæ Sententiæ anni 1656. latæ
inter D. Cosmum, & de Marinis, quæ cum accipiat interpretationem 20
a Iure Communi, *Leg. Herennius* 63. *ff. de evict. Leg. miles* 6. §. *decem ff. de re iudic. Martin. Andr. dec.* 76. *n.* 6. & verba Sententiæ
debeant intelligi secundum intellectum Iuris, sicut animus iudicantis 21
esse debet, *Rot. dec.* 837. *num.* 4. *par.* 4. *diverf.* utique nunquam ei
dari debet intellectus, ut voluerint DD. Iudices, quod denuo liquidarentur illa damna, quæ erant liquida per Sententiam in iudicatum
transactam, & per Decisionem huius Rotæ; Nam Sententiæ, & Deci- 22
siones Rotales parificantur instrumentis publicis, *Rot. dec.* 34. *n.* 2.
par. 7. *rec.* & sicut instrumenta publica faciunt Rem certam, & ma- 23
nifestam, *Bart. in Leg.* 1. *ff. de nov. oper. nunc. n.* 8. *Dec. conf.* 36.
n. 2. *Rot. dec.* 144. *n.* 1. *par.* 7. *rec.* & probationem probatam, *Rot.* 24
dec. 53. *n.* 2. *dec.* 469. *n.* 7. & *decis.* 495. *num.* 1. *post Cenc. de cens.*
idem dicendum erit, quod faciant dictæ Sententiæ, & Decisiones Rotales, unde absonum erit a iure dicere, quod DD. Iudices intellexerint, quod denuo probaretur illud, quod erat certum, & manifestum,
& de

& de quo extabat probatio probata contra regulas Iuris, quod exe-
25 quutio liquidi non retardetur, *Munoz. de ratioc. cap. 31. n. 7. Gratian.*
discept. 128. n. 11. Penintend. dec. 9. in fin. & contra naturam Rei
iudicatæ, quæ est ut quanto citius executioni demandetur, quia etiam
26 ipsa paratam habet executionem, *Rot. dec. 69. num. 3. par. 6. & dec.*
168. num. 9. & 10. par. 7. rec. ideoque ad tollendam omnem dubie-
27 tatem, quia probatio damnorum est arbitraria Iudicis, unde si arbi-
trium regularetur a dicta sententia lata inter de Marinis, & Arnal-
28 dum, quæ transitum fecit in Rem iudicatam, utique esset fundatum
in Re certa, liquida, & notoria, & per consequens in Re, quæ non
indiget liquidatione.

Et quamvis contra sententiam anni 1655. diceretur pro parte
D. Cosmi de notoria iniustitia, tamquam irrelevantem dictam exce-
ptionem attendendam non esse putavimus, tum quia a quolibet exclu-
29 ditur velamine, seu colore, unde possit causa disputari, *Rot. dec. 503.*
num. 17. par. 4. tom. 2. recent. tum quia nobis tradita non fuit fa-
cultas de illius validitate, seu invaliditate cognoscendi, & solum ad
30 Principem spectat tollere Rem iudicatam, & nullitates, & confirmare
sententias nullas, *Vant. de nullit. quib. mod. sent. null. reparen. n. 23.*
& 24. Buratt. dec. 871. n. 8. tanto magis quia post Rem iudicatam
31 non potest amplius opponi de notoria iniustitia, & nullitate, *Rot.*
dec. pr. num. 13. par. 6. recent. ut ideo quicquid sit quoad retracta-
tionem sententia, quæ est nulla, seu notorie iniusta non transeat in
32 Rem iudicatam, quoad executionem transit *Auth. quæ supplicatio Cod.*
de precib. Imper. Osteren. cap. ex literis de integr. restit. Paul. de Ca-
stro cons. 354. num. 2. lib. pr. Natt. cons. 445. num. 13. & hoc
32 ut adverterit idem *Castren.* ubi supra, ne Iudicia essent ludi-
brii, & clusoria, ideo sententia, quæ transitum fecit in Rem iudi-
catam non retractatur, nisi rescribatur a Principe, & Princeps gratiam
34 faciat, *Leg. pr. §. si quis ff. de quæst. Leg. divi fratres 127. ff. de*
pœnis, & utrobique *Bart. Natt. cons. 445. num. 14. Surd. cons. 199.*
num. 25. Guid. Pap. dec. 238. per tot. sed in casu nostro omnis
tollitur ratio dubitandi, non solum quia Dom. Cosmus non potest
opponere talem nullitatem, quia Fideiussori de iudicatum solvendo
35 non competit exceptio nullitatis adversus sententiam latam contra Prin-
cipalem debitorem, *Vant. de nullit. tit. quis possit dic. de nullit. sen-*
tent. contr. alium lat num. 17. in fin. Franc. Rocc. respons. 7. n. 13.
in fin. allegans ibi, *& num. seq.* rationem „ quia præsumitur fideiussor
„ condemnatus una cum Principali, & contra ipsum etiam non cita-
„ tum, nec auditum sine novo processu via executiva proceditur *Leg.*
„ *pr. ubi Bart. & Bald. ff. iudic. solut. gl. in Leg. fin. Cod. de execut.*
„ *rei iudic.* nam si contrarium diceretur Iudicium tenderet ad infini-
„ tum, nam loco unius adversarii quis incideret in plures, si fide-
„ iusso-

„ iussores Iudicii audirentur „ *Cancer. var. resolut. lib. 2. tit. de fideius. num. 97. Franc. Rocc. respons. 7. num. 15. Guid. Pap. decis. 26. Franc. dec. 400. num. prim.* Sed etiam cum fuerit sub die 13. Maii proxime præteriti porrecta Supplicatio pro revisione dictæ Sententiæ anni 1655. S. C. S. denegavit illam, itaque ubi alias nobis concessa fuisset facultas cognoscendi de viribus dictæ Rei iudicatæ, tamen quia apposuit in ea manus Princeps omnis Iurisdictio sublata foret, *Decius cons. 137. num. 4. Scacc. de Sent. & Reiudic. gloss. 4. quæst. 6. num. 24. & 25.* etiam si sententia sit nulla *Decio ubi sup.* & quidem notorie nulla, *Scacc. dict. loc. prox. cit. num. 25. & seqq.* & si Princeps non apposuerit manus, tamen quia Causa fuit a Principe delegata, ideo Iurisdictio illius redit ad Iudicem delegantem, *Decio dict. cons. 137. num. 4.* sed ne vulneretur reverentia Principis, & ne intricetur ordo iustitiæ, & advertit *Scacc. d. gloss. 4. quæst. 6. num. 26. §. & si tu diceres vers. & hanc separationem*, ubi respondet contrariis, nostrum non fuit cognoscere de validitate dictæ Sententiæ anni 1655. 36 37 38

Cessat denique, & ultimum obiectum, quod Sententia lata contra Arnaldum fuit, inquam lata per privilegiatas probationes, nempe per iuramentum præstitum a d. de Marinis, & ideo exequi minime potest contra D. Cosmum ex auctoritatibus, *Bart. in qu. 3. n. 11. & Honded. cons. 103. n. 27. lib. 1.* quoniam dd. DD. tres Iudices secundarum Appellationum non est certum, quod liquidaverint damna stante iuramento præstito a dicto de Marinis, nam in Motivo in §. *verum vers. liquidatio & per tot.* videtur, quod arbitrati sint damna ad petias 12000. dum d. de Marinis prætendebat petias 24000 & ubi esset dubium an moti essent ex iuramento præstito a d. de Marinis, utique credendum est non ab illo moti fuerint ad liquidandum damnum ad effectum exequendi rem iudicatam, ad tradita per *Buratt. in dec. 316. n. 15.* Tum etiam, & si vera est conclusio, quod contra Fideiussorem iudicii non datur iuramentum in litem, ut voluerunt, *Bart. in d. qu. 3. n. 11. & Honded. d. cons. 103. num. 27. lib. 1.* & alii, quos inferius citabimus. Tamen illatio quam facit ibi *Honded.* nempe quod Sententia lata contra Principalem per privilegiatas probationes non exequitur contra fideiussorem iudicati, sed solum Sententia lata per veras probationes, nullis est fulcita auctoritatibus, ideo non ita absolute sequenda est, sed attendenda venit opinio, *Bart. in Leg. 1. ff. iud. solv. n. 2.* ubi vult, quod qui tenetur iudicatum solvere iam est confessus se Debitorem illius, quod iudicabitur ergo &c. Præterea debitum est liquidum Iudici, ergo meretur exequutionem allegans *Text. in Leg. 2. Cod. de execut. rei iudic.* Et sic idem *Bart.* infert, quod non est verum, quod Sententia lata contra Principalem 39 40 41 42

dicatur res inter alios acta, quia fuit actum cum alio te volente, &
43 consentiente, *Leg. sæpe 63. ff. de re iudic.* & ideo *Bart. ibi, & in d. qu. 3. n. 14.* firmat, quod non mandatur executioni contra fideiussorem Sententia lata contra Principalem, sed stipulatio, quia fideiussor est obligatus, quæ stipulatio in casu nostro oritur ex legis dispositione,
44 & parificatur cum illo, qui ex propria obligatione tenetur, ut firmavit *Honded. in alleg. cons. 103. d. num. 37. lib. 1.* declarata per Sententiam, illa inquam meretur executionem sicut Sententia ipsa, ut ratiocinatur, *Bartol. loc. supr. cit.* & istam exequi diximus contra Dominum Cosmum,
45

Sed præsumpto denique sine veri præiudicio Sententiam latam, ad favorem Marini contra Arnaldum eius Principalem Debitorem non nocere d. D. Cosmo, ut fideiussori indemnitatis, vel ei solum obligato, quia præstitit impedimentum executioni dictæ Sententiæ, quis unquam negabit eumdem teneri ad removendum impedimentum? Certum est, facto suo D. Cosmum redegisse Marinum in eo statu, in
46 quo suam non potest exequi Sententiam, quam alias sine ulla difficultate in rebus sui Debitoris non amotis exequi potuisset, atque ideo omnis ratio suadet eumdem teneri ad huius certi damni reparationem.

Quo vero ad alia damna prætensa a dicto de Marinis contra D. Cosmum præter liquidata in dicta Sententia anni 1655. diximus D. Cosmum ex hactenus deductis fuisse absolvendum, prout absolvimus, quia pro eorum iustificatione D. de Marinis nullam fecit probationem, ideo viget ad favorem D. Cosmi vulgata Iuris regula, ubi actor non
47 probavit suam intentionem reus absolvi debet, etiamsi reus nihil præstiterit, *Leg. qui accusare 4. Cod. de eden. Buratt. dec. 380. n. 1. ubi*
48 *add. n. 9. & dec. 737. n. 1.* & sufficit, quod Actoris probatio sit æquivoca, & dubia ad hoc, ut obtinere non possit, *Buratt. dec. 696. n. 13.* sicut quando Actoris probatio non est plena, sed imperfecta sufficit a reo offuscari ad eam infringendam, *Bart. in Leg. admonendi*
49 *n. 51. vers. quæro utrum una probatio ff. de iure iur. Seraph. dec. 889. n. 4. Buratt. dec. 419. n. 12.* Nec d. de Marinis deferendum esse iuramentum in litem credidimus, quoniam contra fideiussorem, qui ex lege, vel statuto tenetur pro dolo alterius non datur iuramentum in
50 litem DD. in *Leg. pr. ff. de in lit. iuran. Plot. de in lit. iuran. §. 49. n. 17. in fin. Castrens. cons. 124. n. 3. lib. 1. Honded. d. cons. 103. n. 27.* prout nec etiam ei damnum est debitum in vim Capitulorum Barcinonensium, quoniam solum disponunt inter Dominum Navis, & Mercatorem onerantem illam ex Iuribus supra relatis; Tum etiam quia est exorbitans a Iure communi, ideo stricte intelligendum venit de personis ibi nominatis, & in casu in eo expresso, & non recipit exten-
51 sionem ad alios casus, *Gloss. in auth. quas actiones Cod. de Sacrosanct. Eccles.*

Ecclef. ubi Bartol. num. 7. & 9. Natt. consil. 52. num. 9. Buratt. decis. 19. numer. 4. Et ita &c.

Flavius Guglielmus Rotæ Audit.
Ioannes Argentus Rotæ Audit.
Curtius Polus Relat.

DECISIO VIII.

LIBURNENSIS PRÆLATIONIS HYPOTHECÆ

diei 16. Februarii 1666. cor. Dom. AUDIT. IOHANNE ARGENTI.

ARGUMENTUM.

HYpothecatis Creditori Mercibus dato signo notatis, si pro eius Crediti satisfactione subhastatæ sint aliæ Merces, licet eiusdem generis, eiusdemque Debitoris, & signum diversum habentes, Subhastatio revocanda est: Creditori tamen competit Actio vindicandi Merces sibi specialiter obligatas a quocumque illarum Detentore.

SUMMARIUM.

1 *Ex signis in Mercibus adpositis probatur illarum dominium.*
2 *Non est attendenda subhastatio Rerum, in quibus Creditor hypothecam non habet.*
3 *Testes de facto proprio, adiunctis aliis adminiculis, plenissime probant.*
4 *Minister publicus, qui testatur de iis, quæ in suis libris sunt adnotata, plenam fidem facit.*
5 *Inter Mercatores æquitas servatur, & tantum bona fides inspicitur*, num. *6.*
7 *In concursu Creditorum ille præfertur, qui priorem habet hypothecam.*
8 *Creditor evincere potest a quocumque possessore Res sibi specialiter hypothecatas.*



DEcoxerunt in Civitate Liburni Guglielmus Micus, & Ioannes Heard Mercatores Angli, a quibus cum consequi debuisset D. Laurentius de Bonaccursis inter cætera Realia, seu petias octingentas, pro qua satisfactione habebat specialiter hypothecatas ballas 38. Gossipii, seu ut vulgo dicitur *Cotone*, transmissas è Civitate Smyrnæ in Navi nuncupata Vinchelsea, a D. Carolo Duars, qui vendiderat nonnullas Merces ibi transmissas a dictis Mico, & Heard spe-

spectantes ad Dom. de Bonaccursis, & pro pretii illarum satisfactione, præfatus Carolus Duars hypothecaverat dictas ballas 38. Goisipii transmissas in dicta Navi Vinchelsea; Ita dictus D. de Bonaccursis egit contra DD. Deputatos decoctionis dd. Mici, & Heard, ut ponerentur sub hasta dictæ ballæ Goisipii, ut de illorum retractu sibi satisfieret de dictis realibus octingentis, & reliquum pretii dictarum ballarum remaneret ad beneficium Creditorum intervenientium in concursu: At Deputati tunc temporis cognita veritate Crediti nihil opposuerunt contra petitionem dicti D. de Bonaccursis, sed ubi poni debebant sub hasta ballæ Goisipii, quæ ut diximus transmissæ erant in Navi Vinchelsea, quæ erant signatæ scilicet 28. cum ⁂, & decem cum signo F. B., subhastatæ fuerunt aliæ ballæ 38. eiusdem Goisipii, quæ erant in Cella, seu Magazzino dictorum decoctorum signatæ F; Ita alii Deputati qui suffulti fuerunt in locum priorum, institerunt non esse consignandos dictos reales octingentos retractos ex venditione dictarum ballarum signatarum F. dicto Domino de Bonaccursis, eo quia præscriptæ non erant ballæ Goisipii eidem hypothecatæ, & negotio discusso coram Auditore Curiæ Liburni dicti Deputati sententiam favorabilem ab eo reportaverunt; sed introducta a dicto D. de Bonaccursis ab eo appellatione coram D. Iudice QQ. S. Spiritus, & S. Crucis, ab eo obtinuit sententiam revocatoriam; Ita introducta Causa coram nobis in tertia Instantia, hodie diximus sententiam D. Auditoris Curiæ Liburni revocata lata a dicto Dom. Iudice primarum appellationum esse confirmandam.

Et resolutionis ratio fuit, quoniam si ex signis appositis in Mercibus probatur dominium illarum, ut voluerunt *Stracc. tract. de*
1 *Mercat. part. 2. num. 80. §. si proponatur, Boer. decis. 105. num. 9. Rot. Ianuen. decis. 201. num. 3.*, certum est, quod dictus de Bonaccursis habeat hypothecam in ballis Goisipii transmissis in Navi Vinchelsea, quod habet signum diversum a ballis Goisipii venditi, ita super isto non potuit habere prælationem hypothecæ ad effectum se satisfaciendi de dictis realibus octingentis, quia non erat Goisipium, in quo illam habebat, ita Iure merito Dom. Auditor Curiæ Liburni pronunciavit super vendito non habere prælationem, & illius subhastatio ad effectum præscriptum non erat attendenda, ne excederetur in executione, ut adnotavit *Post. de subhast. inspect. 28 num. 8. 9. & 10.*
2 quemadmodum ad corroborationem præscriptorum faciunt, tradita per *eumd. Post. in dicta inspect. 28. per tot.*

Sed non solum ex signis probatur Goisipium venditum non esse illud, sub quo cadebat hypotheca ad favorem dicti D. de Bonaccursis, sed etiam ex depositionibus Guglielmi Odages, Origenis Merciant, qui deponunt Goisipium oneratum in Navi Vinchelsea esse signatum cum dictis signis ⁂, & F. B., sed etiam ex depositionibus

Baptistæ

Baptistæ Bartolini, & Francisci Neri Naviculariorum, qui deponunt onerasse in eorum Naviculis Goisipium existentem in Lazaretto, illudque asportasse ad Civitatem Liburni, ibique acceptum a Portitoribus, seu Facchinis asportatum fuisse in Cella, seu Magazzino D. Francisci de Venturinis, qui omnes, cum sint Testes de facto proprio, adiunctis 3
aliis adminiculis, plene probant *Farinacc. tract. de Testib. quæst. 63. num. 22. & seqq.*

Adminiculatur inquam præscriptorum depositio ex fide facta a Ministro Lazzaretti, qui testatur de signis appositis in dictis ballis Goisipii transmissi in Navi Vinchelsea, qui tamquam publicus Minister, & testatur de iis, quæ sunt adnotata in suis libris plenam fidem 4
facit, *Mascard. de probat. conclus. 837. num. 2. & 3.*

Immo habemus confessionem ipsius D. Francisci de Venturinis, qui in comparitione facta sub die 6. Augusti 1666. exposuit sibi fuisse consignatas a dictis Mico, & Heard inter cœtera ballas 28. Goisipii pro securitate sui Crediti petiarum 4905. 8. 8. --, ita instabat contra DD. Deputatos dictæ Decoctionis satisfieri de suo Credito, alias concedi licentiam vendendi Merces traditas, ad hoc ut de eo satisfieri posset. Ita cum habeamus signum appositum in ballis venditis esse diversum ab eo, quod appositum fuit in oneratis in Navi Vinchelsea, & attestationes super eis factæ, nec non depositum Naviculariorum, qui afferunt fuisse asportatum in Cella dicti D. de Venturinis, ipsius confessio, quod retineat pro eius securitate ballas 38. Goisipii, utique concludentem probationem habemus Goisipium transmissum in Navi Vinchelsea existente penes D. Franciscum de Venturinis, præsertim quia sumus in Causa inter Mercatores, in- 5
ter quos æquitas servatur, *Stracc. in tract. quam. proced. inter caus.* 6
Mercat. num. 1., & tantum bona fides inspicitur, *Rot. Ianuen. decis. 153. num. 8. per. tot.*, clare ex facto dignoscitur ballas Goisipii transmissi in Navi Vinchelsea, in quo habet hypothecam D. Laurentius de Bonaccursis existere penes D. Franciscum de Venturinis, contra quem dirigere debet actionem dictus D. Laurentius de Bonaccursis, qui cum habeat priorem hypothecam in ballis Goisipii per D. Venturinum consignatis, & habitis a dictis decoctis pro securitate sui Crediti, circumscripta disceptatione, an talis consignatio iuridice facta fuerit in præiudicium Massæ Creditorum concurrentium in bonis De- 7
coctorum stantibus provisionibus, ac sanctionibus in præsenti materia factis, ita præferendus est dicto D. de Venturinis, *Merlin. de pignor. & hypoth. lib. 4. quæst. 2. num. prim. & seqq.*, & propterea dicto D. Laurentio de Bonaccursis competit actio contra Dom. Franciscum de Venturinis ad effectum avocandi ab eo ballas Goisipii ab eo habitas, & modo retentas, ad effectum, ut dictus de Bonaccursis super eis satisfieri possit de suo Credito, et illas inquam ab eo evincere po-

test, *Rocc. respons. 15. num. 9. lib. 2. & de mandat.* , *& complement. notab. 76. num. 164. Rot. Ianuen. decis. 171. per tot.*

Et ita utraque &c.

Flavius Guglielmus Prætor.
Ioannes Argentus Rotæ Auditor, & Relat.
Flaminius Burghesius Rotæ Auditor.

DECISIO IX.

LIBURNEN. CAMBII MARITIMI

diei 28. Ianuarii 1676. cor. AUDIT. PETRO DE ANGELIS.

ARGUMENTUM.

SI Magistro Navis facta sit usurarum remissio cum pacto, quod sortem persolvat intra tempus, ac terminum mensium . . . . . . circiter, nullo expresso mensium numero, solutio debet intelligi restricta ad menses tantum, & per consequens intra annum, quo elapso Creditor ad primæva iura pro usuris consequendis redire potest, absque eo, quod Debitori competat, vel moræ purgatio, vel in integrum restitutio.

SUMMARIUM.

1 *Apocha privata Debitoris manu subscripta, trinoque Teste munita concludenter probat*, & num. 2.
3 *Purificata conditione stipulatio committitur.*
4 *Statutum Florentinum Rubric. 41. lib. 2. dat exequutionem paratam Scripturis privatis eo modo, quo conceditur quarantigiatis Instrumentis.*
5 *Contrarium de Iure Communi.*
6 *Lucrum ex Cambio maritimo non continetur sub prohibitione Iuris Communis, & rationes adducuntur*, num. 7. 8. & 9.
10 *Exceptio Transactionis est exceptio Litis finitæ.*
11 *Non purificata conditione nulla oritur Actio ad petendum id, quod in obligatione continetur, & multo minus ad committendam obligationis executionem*, num. 12.
13 *Remissio usurarum Debitori facta, dummodo sortem intra certum tempus persolvat, non potest Debitorem iuvare nisi probet solutionis adimplementum in termino præscripto*. num. 14. & 20.
15 *Natura conditionis suspensivæ est nihil ponere in esse ante ipsius conditionis eventum.*

16 Ut

16 *Ut resolvatur Donatio, Remissia, & similia ob moram in non adimplendo, Interpellatio tunc est necessaria, quando Dispositio in sua propria origine est pura, & perfecta, non vero quando est conditionalis & requirit adimplementum ante Iuris adquisitionem*, num. 17.

18 *Dictio* si *semper facit dispositionem conditionalem, maxime quando iuncta est verbo futuri temporis.*

19 *Dictiones* in tali casu, *vel* dicto casu *restringunt dispositionem ad casum expressum.*

21 *Cautela reservationis primaevorum Iurium in casu non observantiae, veterem conservat obligationem.*

22 *Remissio gratiosa sapit essentiam Donationis sub modo, & secundum propriam naturam resolvitur ob non implementum, etiam sine pacto resolutivo, quando tamen non implementum est culposum, vel voluntarium*, num. 23. 24. 25.

26 *Cum pacto autem resolutivo Donatio resolvitur nedum facta personis privatis, verum etiam Ecclesiis, aliisque privilegiatis Locis*, & n. 27.

28 *Nec opus est aliqua interpellatione, sive mora, cum donatio sub modo ob non adimplementum non rescindatur per viam poenae, sed per viam abstractionis beneficii, tamquam ex deficiente voluntate Donantis*, num. 29.

30 *In privatione, sive caducitate conventionali non admittitur mora purgatio, neque in integrum restitutio*, & num. seq.

32 *Quando in Remissione, vel Transactione praescriptum fuit certum tempus ad solutionem faciendam, ob ipsius lapsum Debitor dicitur in mora constitutus.*

33 *Dies certa inductionem morae non operatur in Legatis, secus vero in Contractibus.*

34 *Dies incerta non dicitur satis ad moram inducendam.*

35 *Dictio* in circa *incertitudinem pluris, vel minoris praesefert*, n. 48.

36 *Ex omissione certi, ac determinati numeri mensium intelligitur Partes non curasse de tempore.*

37 *Debitor credens non teneri intra aliquod tempus certum ad solutionem, excusatur a mora.*

38 *Qualibet causa, etiam levis, a caducitate, & mora excusat, etiam si iniusta fuerit.*

39 *Sola quoque dubitatio facit ut quis in moram non incidat, etiamsi errasset, quia sufficit defectum non provenire a malitia, sed ab errore*, & num. seq.

41 *Quando solutio destinata non fuit ad annos, sed tantum ad menses, disputare licet intra quot menses, non vero an post annum adimplenda sit.*

42 *[illegible] nomine mensium numquam comprehendi possunt anni tam in dispositione Hominis, quam in dispositione Legis.*

43 *Genus*

43 *Genus non prædicatur de eodem genere, species de eadem specie, & individuum de eodem individuo.*
44 *Genus subalternum respectu generis generalissimi est tamquam species.*
45 *Multo minus species prædicari potest de genere.*
46 *In Dispositione, in qua tempus fuit simpliciter prolatum absque alia certa temporis adiectione Partes de decennio intellexisse præsumuntur.*
47 *Contrarium, si facta fuerit mentio temporis cum certa temporis adiectione.*
49 *Dictio* in circa *ad annos relata importat plus, vel minus duos, vel quatuor menses, & ad summum sex.*
50 *Et mensibus adiecta nullatenus operari potest extensionem dispositionis ad menses restricta ad annos.*
51 *Geminatio, ac repetitio verborum circa tempus enixam deliberationem, & voluntatem Contrahentium circa idem manifeste inducit.*
52 *Geminatio enim operatur, quod dispositio intelligatur præcise, & absque ulla interpetratione, & restricte ad casum in dispositione expressum,* & num. seq.
54 *In facto proprio ignorantia non meretur allegari, & allegata in nihilum proficit,* num. 55.
56 *Nemo etenim excusari potest in his, quæ per ipsum gesta sunt, & excusatio in hoc casu debet esse iusta, ut attendenda veniat, quidquid secus sit, quando agitur de facto alieno,* & num. seq.
57 *Contrahentes scire tenentur cuncta inter ipsos conventa.*
58 *Non meretur excusari qui cum Procuratore contraxit mandatum habente ad tempus limitatum*
59 *Unica iudicialis interpellatio satis est ad Debitorem in mora constituendum. Amplia,* num. 60.
61 *Gerundia quando respiciunt verbum, vel participium futuri temporis inducunt conditionem.*
62 *Extende etiamsi essent adiecta verbo præsentis temporis.*
63 *Distingue.*
64 *Dictio* si *demonstrat Gerundium non habere sensum de per se, sed iungi deberi cum verbo futuri temporis,*



Atis a Domino Ioanne Baptista D' Angelo Mercatore Liburni petiis quatuor centum ad Cambium Maritimum D. Capitaneo Arrigo Antelmo sub die 2. Maii 1663. pacto, quod D. Ioannes Baptista periculum susciperet super Navi eiusdem D. Capitanei vulgariter loquendo nuncupata *il Santissimo Sacramento* in Itinere per præfatum Capitaneum peragendo contra Turcas, hostesque communes per Oras infidelium, mariaque orientalia sub lucro petiarum trium cum dimidia pro quolibet centenario, & mense, & cum obligatione eiusdem

dem Dom. Capitaneum prædictas petias quatuor centum restituendi una cum lucro ad dictam rationem in reddita Liburni cum eadem Navi, ut vulgo dicitur *a buon. salvamento*, ut per Apocam privatam manu Dom. Capitaneum subscriptam, trinoque Teste munitam, quam concluderet contra Dom. Capitaneum probare certissimi Iuris est, 1 ad *Text. in Leg. scripturas Cod. qui pot. in pign. habeant. Leg. si quis ex argent.* §. *pr. ff. de edend.*, *& in princ. tit. instit. de empt. & vendit. versic. in his*, *Gabriel. commun. concl. lib. 1. de probat. concl. 9. num. 11. Genua de script. priv. lib. 1. prim. concl. ad Leg. scripturas num. 11. fol. mihi 62. Rot. in decis. 139. num. 1. par. 9. & in dec. 308. num. 1. par. 13. recent.*

Et datis velis vento post longam peregrinationem spacio fere septem annorum, & missis interim Liburni pluribus devictorum expugnatorum Hostium spoliis, & mercibus, tandem idem D. Capitaneus Arrigus Liburnum cum dicta Navi appulit prævia transactione cum Creditoribus inter quos D. Ioannes Baptista D' Angelo sequentis tenoris videlicet „ ivi „ Addi primo Settembre *1669*. Livorno. Noi „ infrascritti Creditori del Sig. Capitano Arrigo Antelmi per denari „ datili a Cambio marittimo sopra alla sua Nave, o sia Fregata nominata il *Santissimo Sagramento*, con la quale al presente si trova „ in corso contro il nemico comune considerando, che corre il settimo anno, che egli si trova in corso con poca fortuna, che il „ medesimo Sig. Capitano Arrigo è molto avanzato nell' età, e che „ gl' interessi, e cambi marittimi in tanto tempo sono talmente cresciuti, che verisimilmente è impossibile, che egli abbia il modo di „ satisfare interamente li Capitali, e Cambi marittimi stante massimamente essere a nostra notizia, che il detto Armamento sia molto „ infiacchito, e in stato tale, che dà poca speranza di poter fare „ prede, e considerando per queste, e per altre giuste cause, e desiderando far cosa grata al detto Sig. Capitano Arrigo, ed anche „ darli modo più facile con cui possa liberarci quanto prima se gli „ porga l' occasione del risico in cui ci troviamo di perdere il tutto, „ se succedesse sinistro al detto Armamento, che Dio non voglia; „ Perciò spontaneamente, e liberamente dichiamo, e vogliamo, che „ se il medesimo Sig. Capit. Arrigo tornando, o mandando Effetti ci „ pagherà, o farà pagare il Capitale, e Sorte principale de' denari „ da noi respettivamente datili a Cambio Marittimo sopra detto Armamento nel tempo, e termine di mesi . . . . . in circa; In tal „ caso, che ora per allora renunziamo alle ragioni dei Cambi, ed „ Interessi Marittimi, quali intendiamo condonargli, e rimettergli liberamente, siccome in virtù della presente Scritta nel suddetto caso di pagamento di Capitali antedetti ora per allora li rimettiamo, „ condoniamo, e renunziamo liberamente con la promessa di mai più

„ do-

" domandargli per qualsivoglia causa ragione, o pretesto, rimettendo " alla discretezza del medesimo Sig. Capitano Arrigo seguito il pa- " gamento dei Capitali nel caso che egli renda il bordo con com- " petente fortuna di pagarci quei Cambi, che egli potrà, come si " spera, sia per fare a proporzione della fortuna, che Dio gli conce- " desse, con dichiarazione ancora, che passato detto tempo, e non " essendo seguito il pagamento dei Capitali sia in nostro libero arbi- " trio ritornare nelle nostre prime ragioni dei Capitali, e Cambi, sic- " come nelle ragioni tali, quali si competessero sopra alle prese, & " effetti di prese, che possino essere venuti, ovvero prorogare, e " prolungare il termine, come sopra, prefisso nella presente Scritta a " fare il suddetto pagamento dei Capitali; in fede di che &c.

Et elapsis postmodum duobus circiter annis, & non facta per D. Capitaneum Arrigum Antelmium D. Ioanni Baptistæ D' Angelo solutione dictarum petiarum quatuor centum in vim dictæ transactionis quamvis ter fuisset intimatus ab eodem D. Ioanne Baptista iudicialiter videlicet sub diebus 2. Octobris 1671., 8. Iunii 1672., & 18. eiusdem mensis commissa fuit in Bonis dicti Domini Capitanei executio sub die . . . . nedum pro summa petiarum quatuor centum realium, verum etiam pro interesse Cambii Maritimi decurso a die 2. Maii 1663. usque &c.

Quare orta inter dd. Partes contentione super validitate dictæ executionis Causa in Rota introducta coram Excellentissimo Domino meo Auditore Cammillo Finetti Iudice Quarterorum S. Spiritus, & S. Crucis fuit capta resolutio favorabilis D. Ioanni Baptistæ circa summam petiarum quatuor centum, ac interesse Cambiorum usque tamen ad diem, quo Navis Liburnum appulit reservatis Iuribus a dicta die circa pro interesse lucri cessantis, & damni emergentis, sicuti Iuribus pariter Domino Capitaneo super prætensione Indebiti quoad petias biscentum, ut latius in sententia Excellentiss. Dom. mei &c.

A qua sententia interposita ex parte Domini Capitanei Antelmi appellatione coram nobis tribus Iudicibus, & Auditoribus secundarum Appellationum, & proposito plures dubio, partibusque hinc inde ad satietatem auditis tam in scriptis, quam in voce, tandem unanimi voto, ac nemine penitus discrepante in eumdem sensum descendimus confirmantes in omnibus, & per omnia Sententiam Excellentissimi Domini mei Iudicis a quo rationibus Iuribusque erudito, eleganti que calamo in Decisione per Excellentissimum Dominum meum Iudicem a quo exaratis. Quandoquidem docto per D. Ioannem Baptistam D' Angelo de credito per dictam Apocam Cambii Maritimi manu Domi-
2 ni Capitanei Antelmi subscriptam, & tribus Testibus comprobatam, quam concludenter probare diximus supra in principio.

Nec non de redditu Navis vulgariter nuncupata *il Santissimo Sa-*

cra-

cramento ad Portum Liburni sub cuius conditione stipulata fuit restitutio periarum quatuor centum cum interesse convento, utique fuit 3
commissa stipulatio, argumento *Textus in Leg. ita stipulatus* 115. §. 1. *&* 2. *& in Leg. si ita stipulatus* 26. *in princ. ff. eod.*

Et proinde bene potuit committi illius executio virtute dispositionis nostri Statuti *Lib.* 2. *Rubric* 41. de executione Scripturæ pri- 4
vatæ dantis executionem paratam Scripturis privatis eo modo, quo concessa est Instrumentis quarantigiatis etiam nulla præcedenti recognitione, & de cuius validitate non est ambigendum per ea, quæ docent *Seccin. in cons.* 240. *sub num* 2. *& seqq.* & alii quos recensendo sequitur *Ab Ecclesia observat. forens.* 108. *num. prim.*

Quamvis contrarium sit de Iure Communi secundum cuius censu- 5
ram Scriptura privata non meretur executionem, *Ab Ecclesia dict. observat.* 108. *sub num* 6.

Nedum quoad sortem principalem petiarum quatuor centum vetum etiam quoad interesse Cambii Marittimi cum huiusmodi lucrum sit 6
licitum, nec contineatur sub prohibitione Iuris Canonici in *capit. naviganti de usuris*, ut optime probat Excellentissimus Dom. meus Auditor *Finettus* in Decisione super hac eadem Causa sub *versic. quandoquidem satis superque*.

Vel quia huiusmodi Contractus Cambii Marittimi sit contractus 7
sponsionis ut quidam voluere, *Duard. de Societ. lib.* 2. *& par.* 2 *quæst.* 24. *num.* 2. & faciunt tradita per *Rocc. de assecurat. notabil.* 40. *sub num* 123., *& notabil.* 73. *num.* 26. *& seqq. Stacc. de commerc. & camb.* §. *quæst. num.* 197. *Giball. de univers. rerum hum. negotiat. lib.* 4. *cap.* 10. *de sponsionibus not.* 13. *cons.* 5.

Vel quia sortiatur naturam Societatis, ut probat *Revisius Dom.* 8
De Luc. cum Fagnano in repetit. cap. naviganti de usuris num. 8. *disc.* 3. *num.* 3. *lib.* 5. *de usuris, & latius de credito, & debito disc.* 111. *num.* 8. *& seqq.*

Vel denique quia speciem præseferat contractus Innominati, vel 9
mutui cum assecuratione admixti, ut scripserunt *Gratian discept. forens. in cap.* 589. *num.* 5. *Santerna de assecurat. par.* 1. *sub n.* 10. *de sponsionibus mercat. Giballinus de usuris lib.* 2. *cap.* 4. *artic.* 3. *sub n.* 17. *Urtell. comm. concl.* 150. *num.* 29. *Lusus in cap. naviganti de usuris comment.* 3. §. 1. *num.* 29. *Leotard. de usuris quæst.* 23. *num* 7., & ut alias resolvit *Rot. Nostr. in Lib. Motiv.* 126. *pag.* 170. *versic. constabat autem*.

Et licet per DD. Scribentes, & Informantes favore D. Capitanei Arrighi Anselmi plura nimis prolixe, & subtili minerva adducta fuere, per quæ conabantur ostendere revocandam esse Sententiam Excellentissimi D. Iudicis a quo, & successive executionem causatam in Bonis D. Capitanei, quæ ad tria Capita in substantia principaliter restrin-

restringebantur. Videlicet primo, quod obstaret Exceptio Transactio-
10 nis in principio per extensum expositæ, quæ est Exceptio litis finitæ, *Valleron. de transact. tit. 1. quæst. 3. sub num. 7. in fin.* perimens, novans, penitusque extinguens priora partium Iura, & titulum, *Rot. in par. 14. recent. decis. 29. num. 6.* adeout ex ipsis amplius agi non possit, *Rot. in par. 13. recent. decis. 523. num. pr.*

2. Quod conditio sub qua promissa per D. Capitaneum Arrigum Antelmum fuit restitutio Petiarum quatuor centum, cum lucris numquam fuit purificata; Unde non potuit oriri actio ad petendum di-
11 ctas Petias quatuor centum cum lucris in obligatione contentis, iuxta *Text. in Leg. Teatus 41. §. Stichus ff. de Fideiuss. liberat. cum aliis concord. per Rotam adductis in dec. 54. sub num. 2. par. 14. rec.*

Et multo minus ad committendam obligationis prædictæ Execu-
12 tionem.

Et tertio. Quod Creditum D. Ioannis Baptistæ sit indebitum saltem respectu summæ Petiarum biscentum cum dependeat ab alio Credito petiarum pariter biscentum ad Cambium datarum eidem D. Capitaneo in præcedenti itinere, & in quo Navis super qua D. Ioannes Baptista periculum susceperat casum sinistrum passa fuit, & proinde non licuit in hanc secundam obligationem deduci.

Attamen quidquam animum nostrum movere non potuerunt ad contrarium sentiendum.

Nam primum fundamentum Transactionis, sive Remissionis Interusuriorum maritimorum non subsistere visum fuit, quia non pure & libere facta fuit remissio, in quo casu non licuisset D. Ioanni Baptistæ illam iterum petere, sed concepta fuit cum pacto, & conditione quod Dominus Capitaneus Arrigus intra menses . . . . . . solveret, vel solvere faceret sortem principale, ut ex verbis remissionis, sive transactionis „ ibi „ Perciò spontaneamente, e liberamente dichiaria-
„ mo, e vogliamo, che se il medesimo Signor Capitano Arrigo tor-
„ nando, o mandando Effetti ci pagherà, o farà pagare il Capitale, e
„ Sorte principale dei denari da noi respettivamente datigli a Cambio
„ Marittimo sopra detto Armamento nel tempo, e termine di mesi
„ . . . . in circa, in tal caso, che ora per allora renunziamo al-
„ le Ragioni dei Cambj, ed Interessi Marittimi, quali intendiamo con-
„ donarglieli, e rimettergliéli liberamente, siccome in virtù della pre-
„ sente Scritta nel suddetto caso di pagamento dei Capitali antedetti
„ ora per allora li rimettiamo, condoniamo, e renunziamo liberamente „.

Et proinde sequitur quod non probato per Dominum Capitaneum Arrigum Antelmum adimplemento solutionis Capitalis nedum intra menses . . . . . . circiter, verum nec etiam intra annos, non potuit, nec potest se iuvare dicta remissione, renunciatione, sive transactione,
13 ut probat iuxta terminos *Textus in L. Iulianus §. offerri ff. de act. empt.*

Rot.

Rot. cum aliis *in decis. 64 sub num. 6. apud Rojas*, quibus addi possunt tradita per *Cyriac. controv. 546. num. 39 & seqq. Card. Mantic. decis. 91. num. 4. & coram Verall. decis. 316. num. 1. & seqq. par. 3. Ioseph. de Sess. decis. Aragon. 191. num. 7. cor. Merlin. dec. 351. n. 4.* & novissime *Valleron. de transact. tit. 6. quaest. 1. num. 4.* ubi plures congerit.

Cum enim D. Capitaneus Arrigus Antelmus fundet suam intentionem in exceptione Transactionis, sive Remissionis praedictae, partes ipsius erant, & sunt concludenter probare in primis, & ante omnia ex parte sui adimplementum sub cuius conditione, & non alias Transactio celebrata, & Remissio, sive Condonatio facta fuit, ut denotant illa verba Transactionis „ ibi „ Se il medesimo Sig. Capitano Arrigo „ tornando, o mandando Effetti ci pagherà, o farà pagare il Capita- 14
„ le, e Sorte principale de' denari da noi respettivamente datili a „ Cambio Marittimo sopra detto Armamento nel tempo, e termine „ di mesi . . . . in circa, in tal caso che ora per allora re- „ nunziamo alle ragioni dei Cambi, ed Interessi marittimi, quali in- „ tendiamo condonarglieli, e rimetterglieli liberamente, siccome in „ virtù della presente Scritta nel suddetto caso di pagamento di Capi- „ tali antedetti ora per allora li rimettiamo, condoniamo, e renunziamo „

Quae important Remissionem conditionalem, & eo dumtaxat casu quo sequatur solutio Sortis, sive Capitalis, & non alias, nec alio modo, adeout ante praedictam solutionem nullum Ius dici poterat quaesitum D. Capitaneo Arrigo Antelmo super dicta remissione, quia natura conditionis suspensivae est nihil ponere in esse ante ipsius condi- 15
tionis eventum, *Leg. si post diem 5. versic. sed si sub conditione ff. quando dies legat. vel fideicom. cedat. Rot. in dec. 228. num. 11. par. 9. rec. & in annot. Rub. ad dec. 150. num. 44. ead. par. 9 recent.*

Et hinc sequitur nullam fuisse necessariam Interpellationem ad effectum, ut ob non adimplementum resoluta remaneret dicta Transactio, sive remissio interusuriorum maritimorum, ut optime distinguendo docet *Rot. in dec. 201. num. 1. & seqq. iuncto num. 26. par. 9. rec.*

Quoniam tunc necessaria est interpellatio ut ob moram in non adimplendo resolvatur Donatio, Remissio, & similia, quando onus, sive aliquid faciendum est iniunctum per viam modi, poenae, sive resolutionis, quod accidit quando Dispositio ab initio, & in sua propria 16
origine est pura, & perfecta, nihilque a parte ante desiderans, *Rot. in dict. dec. 201. num. 1. & seqq. par. 9. rec.* iuxta celebrem distinctionem *Aretini in Leg. Titia 134. sub num. 3. col. 3. circa med. vers. sed ista sua ratio ff. de verbor. obligat.* communiter receptam.

Non vero quando est conditionalis requirens adimplementum ante Iuris acquisitionem, optime *Reverendiss. De Luca in Theatro veritatis de* 17
Fideicom. disc. 154. sub num. 8. & seqq.

Prout est in casu nostro, in quo DD. Mercatores, & in specie D. Ioannes Baptista D' Angelo remiserunt Cambia, sive interusuria maritima &c.

In illo casu tantum, quo intra menses facta esset solutio per D. Capitaneum Arrigum Antelmum Sortis principalis, & Capitalis, vel in actu, quo Liburnum rediret, vel quo, prosequendo navigationem deprædationes transmitteret, tum ob illam dictionem *se* „ ibi „ se il „ medesimo Capitano Arrigo tornando, o mandando Efferti ci pa- „ gherà ec. „ quæ latine sonat *si*, cuius natura, & virtus est semper facere dispositionem conditionalem, quando signanter, ut hic iuncta

18 est verbo futuri temporis „ ibi „ pagherà „ *Leg. prim. & ibi communiter DD. ff. de condit. & demonstrat.* cum concordantibus *apud Barbos. de diction. diction.* 364. *num.* 1. *Bonden. collect. leg.* 22. *sub num.* 29. *vers. precipue*, *& num.* 30. *ubi plures congerit*, *& num.* 31. ubi id verum esse dicit etiamsi adimplementum desideret ex parte post, hoc est post emolumentum quæsitum, attenta mente Disponentis.

Tum quia remissio Interusuriorum maritimorum non fuit facta ex nunc, hoc est ex tempore celebratæ Scripturæ, sed ex tunc, hoc est post sequutam solutionem Capitalis, sive sortis principalis ut „ ibi „ „ in tal caso, che ora per allora renunziamo alle ragioni dei Cambi, „ ed Interessi marittimi, quali intendiamo condonarglieli, e rimettergli- „ eli liberamente, siccome in virtù della presente Scritta nel suddetto „ caso di pagamento dei Capitali antedetti ora per allora li rimettia- „ mo, condoniamo, e renunziamo „

Ex quibus verbis aperte dignoscitur sensum DD. Mercatorum Creditorum fuisse remittere lucra supra Sortem post sequutum adimplementum ex parte D. Capitanei Arrighi Antelmi solutionis Capitalis, sortisque principalis, maxime accedentibus illis dictionibus *in tali casu*, & *in dicto casu* solutionis „ ibi „ in tal caso che ora per allora ec. „ & „ ibi „ siccome in virtù della presente Scritta nel suddetto caso di pagamento dei Capitali antedetti ora per allora rimettiamo ec. „ quæ coarctant, restringunt, & limitant dictam remissionem lucrorum supra sortem ad casum tantum, quo fuerit intra menses

19 . . . . circiter facta solutio Capitalis, & Sortis principalis ad tradita per *Andreol. & alios quos referendo sequitur in contr.* 193. *num. prim. Gratian. discept. forens.* 773. *num.* 6.

Si igitur Remissio interusuriorum prædictorum fuit conditionalis si per D. Capitaneum Arrigum Antelmum intra menses . . . . circiter

20 capitale solutum fuit, sequitur quod non facta solutione prædicti Capitalis in termino præscripto evanuerit dicta remissio ob defectum conditionis, *Leg. cedere diem* 213. *ff. de verbor. signific.* perinde, ac si nunquam facta fuisset *Leg. qui Romæ* 122. §. *Agesius in fine ff de verb. oblig.*, & optime *Textus in Leg. necessarios* 8. *versic. quod si sub conditione*

tione ff. de periculo, & commodo Rei venditæ, Rota in decis. 314. *num.* 3. *par.* 4. *recent. tom.* 2.

Et successive, quod licuit D. Ioanni Baptistæ primævis Iuribus scilicet virtute apochæ Cambii marittimi executive agere contra D. Capitaneum Arrigum Antelmum, eiusque Bona tam pro sorte, quam pro lucris nauticis ad rationem petiarum quadraginta duo in singulo centenario, & anno, & ut fuit Iudicatum ab Excellentissimo Domino meo Iudice a quo &c.

Et sane prorsus res sine difficultate procedit in casu nostro dum DD. Mercatores convenerunt insuper in dicta Scriptura transactionis, sine remissionis pacto expresso, quod in casu non adimplementi, scilicet in casu non securæ solutionis intra tempus conventum sit in facultate, & arbitrio eorumdem ad primæva Iura redire ibi in illis verbis „ con dichiarazione ancora, che passato detto tempo, e non es- „ sendo seguito il pagamento di Capitali sia in nostro libero arbitrio „ ritornare nelle nostre prime ragioni de' Capitali, e Cambi ec. „

Quod operatur, ut etiamsi non versaremur in dispositione conditionali, sed modali, & pænali, adhuc licitum esset DD. Mercatoribus, & sic D. Ioanni Baptistæ a transactione, sive remissione resilire, & ad primæva Iura Apochæ Cambi marittimi convolare, cum cautela prædicta præservationis primævorum Iurium in casu non observantiæ sit tantæ virtutis, ut veterem conservet obligationem, & 21 Iura primæva, quæ alias sine prædicta protestatione extincta, & pænitus cassata remanerent, ut in terminis dationis in solutum, quæ perimit præcedentem obligationem cum pluribus probat, & firmat, *Artas de Mesa variar. resolut. lib. pr. cap.* 41. *num.* 2.

Unde fortius dicendum est in casu nostro non fuisse extincta primæva Iura Apochæ Cambii marittimi, non obstante remissione cambiorum, ob dictam præservationem Iurium in casu non adimplementi solutionis Capitalis intra menses.... circiter; Dum versamur in terminis remissionis Interusuriorum iam decursorum, & quæ in reddito navis Liburni, ut vulgo dicitur „ a buon salvamento „ integra debe- 22 bantur, & sic in terminis remissionis gratiosæ, quæ sapit essentiam donationis sub modo, ut probat Excellentissimus D. meus Iudex, a quo in suo motivo *versic. quoniam gratiosa &c.* cum *Reverendiss. D. De Luca de Cambiis disc.* 6. *num.* 13. *de credit. disc.* 56. *num.* 7. & 57. *num.* 9. *& de donatione disc.* 12. *num.* 4. *& seqq.*

Et quæ secundum propriam naturam venit resolvenda; ob non 23 implementum, iuxta terminos, *Textus in Leg. pr. Codic. de donation. quæ sub mod. &c.*

Etiam non accedente pacto resolutivo, sive regressu ad primæva 24 Iura, quod idem est, *Capyc. Latr. decis.* 160. *n.* 15. *& seqq.* quando tamen non implementum est culposum, vel voluntarium ut in casu no- 25

 stro

stro *Reverendiss. D. De Luca de donat. disc.* 12. *num.* 3. & conferunt
tradita per *Rot in decis.* 159. *sub num.* 18. *cor. Ottobon. &c.*

Et cum pacto resolutivo citra omnem dubii ambigem, nedum
26 in donationibus factis personis privatis ad *Text. in Leg. voluntate ff.*
quibus modis pign. vel hipot. solv. Gratian. discept. forens. cap. 307.
num. 4. *Rot. in decis.* 203. *num.* 1. *& seqq. par.* 6. *& coram Ottobon.*
decis. 159. *num.* 19.

Verum etiam Ecclesiis, aliisque Personis privilegiatis absque eo
27 quod favor Ecclesiæ, vel Piæ Causæ, vel privilegiorum quidquam o-
peretur, *Reverendiss. D. De Luc. d. disc.* 12. *de donat. sub n.* 4. *Cyriac.*
contr. 240. *num.* 9. *& melius num.* 12. *Rot. in par.* 2. *rec. decis.* 458.
n. 8. *cor. Buratt. dec.* 7. *n.* 12. *& cor. Rotas. dec.* 370. *n.* 8.

Nec opus est aliqua interpellatione, sive mora cum donatio sub
28 modo ob non implementum iuxta terminos *Textus in Leg. pr. Cod. de*
donat quæ sub modo &c. non rescindatur ob pœnam, & per viam pœ-
næ, sed per viam abstractionis beneficii tanquam ex deficiente volun-
tare donantis, sive remittentis, qui citra iniuriam potuisset non do-
29 nare sive remittere D. meus Iudex *in sua decis. sub versic. quoniam*
gratiosa cum R. D. De Luca locis superius citatis.

Et hinc sequitur non esse locum in casu prædicto purgationi
moræ, *Mart. in compend. decis. tom.* 1. *cap.* 24. *tit. de mora fol. mihi*
358. *Rota coram Ludovis. dec.* 559. *num.* 6. *& ibidem Adden. litt. C.*
versic. limitat tertio, dum in privatione, sive caducitate conventio-
30 nali non admittitur moræ purgatio, *Andreol. controv.* 183. *num.* 16.
cum aliis, & Rot. in par. 9. *rec. tom.* 1. *dec.* 219. *num.* 11. *& coram*
Card. Millin. dec. 248. *num* 1. *& seqq.* ubi habet, & ideo stante reso-
lutione Contractus propter non adimplementum in tempore cessat pur-
gatio moræ, addimus notata *in dec.* 137. *sub num.* 11. *versic. primum*
fundamentum, & per Bonden. collect. 22. *n.* 37. *& seqq.*

Nec restitutio in integrum, ut volvit *Cyriac. in controv.* 240.
31 *num.* 14. cuius opinionem, quidquid alii dixerint, in contrarium in
terminis Minoris, & Ecclesiæ amplexa fuit *Rota* pluries *in dec.* 182.
num. 35. *& dec.* 252. *par.* 12. *recent.*

Præterea quando fuisset necessaria mora ex parte D. Arrighi An-
selmi hic non desideraretur, quia in remissione, sive transactione supra-
dicta fuit præscriptum certum tempus ad solutionem faciendam, quare
sequitur ob lapsum ipsius D. Capiraneum Arrigum dici in mora con-
32 stitutum, iuxta terminos *Textus in Leg. pecunia* 9. §. *usurarum ff. de*
usuris Leg. 3. *ff. de in lit. iurando Leg.* 35. *ff. de fideicom. libertatibus*,
cum aliis concordantibus, quibus probatur moram induci ex diei adven-
tu, in quo aliquid solvi, & præstari conventum est, ut docet *Leotard.*
de usuris quæst. 81. *num.* 26., & prout dixerat ante *in quæst.* 19. *num.*
33 10. *&* 11. ubi distinguendo legata a dispositionibus, quæ fiunt in
Con-

Contractibus probat diem certam in legatis non operari moræ inductionem, secus vero in Contractibus, ut est casus noster *Rot. in par. 14. recent. dec. 209. num. 9.* & hanc moram efficaciorem dixit eadem *Rota in dec. 109. post Constant. sub num. 3.* & sicuti ad rem nostram tradit *Gratian. discept. forens. in cap. 308. num 15.*

Nec vis aliqua fieri potest, quod in remissione prædicta non fuerit certa, & determinata dies adiecta solutioni, prout erat necessarium ad effectum, ut locum sibi vindicaret superius tradita conclusio *Merlin. Pignat contr. cap. 16. num. 9.* dum in dicta Remissione fuit simpliciter dictum intra tempus, & terminum mensium . . . . . circiter absque appositione certi numeri mensium, ex quo potius videtur 34
dies incerta, quæ non dicitur satis ad moram inducendam, *Conciol. allegat. 79. num. 25.* cum aliis ab eodem relatis, tum maxime ob 35
illam dictionem *in circa*, quæ incertitudinem pluris, vel minoris præsefert.

Ultra quam quod omissio certi, & determinati numeri mensium dat intelligi Patres non curasse de tempore vel saltem præbere potuit 36
D. Capitaneo Arrigo iustam causam credendi non teneri intra aliquod tempus certum ad solutionem, quæ sat esset ad eumdem a mora excusandum, *Merlin. Pignat. controv. cap. 42. num. 5. cent. 2. Cyriac. controv. 374. num. 22. & seqq. Rota in par. 9. recent. decis 201. n.* 37
41. dum quælibet Causa etiam levis a caducitate, & mora excusat, *Rota in par. 14. recent. decis. 132. num. 20.* etiamsi iniusta *Rot. par.* 38
13. recent. dec. 158. num. 3. sicuti etiam sola dubitatio facit ut quis in moram non incidat, *Rot. in par. 13. recent. decis. 161. num. 19.* etiamsi quis errasset, quia sufficit defectum non provenire a malitia, 39
sed ab errore, *Rot. in par. 9. recent. dec. 119. num. 17., & coram Ottobon. dec. 110. num. 10.*

Quia primæ obiectioni optime respondet Excellentissimus Dominus meus Iudex a quo in *Decisione sub vers. quandoquidem quantum attinet &c.* ubi advertit quæstionem cadere potuisse intra annum 40
post conventam remissionem, quo casu vere disputari licuisset intra quot menses fuisset adimplendum. per ea, quæ tradunt *Iason. in Leg. Eum qui calendas ff. de verbor. obligat. lib. 5. Andreas Barbat. in addit. ad Baldum in Leg. ultima Cod. de usuris*, non vero anno elapso, 41
dum ex apocha remissionis constat solutionem non fuisse destinatam ad annos, sed tantum ad menses, quorum appellatione non veniunt 42
anni, sicuti appellatione dierum non veniunt menses, & horarum, non veniunt dies, ut omnibus notum est, quandoquidem dies, de 43
horis prædicatur, mensis de diebus, annus de mensibus, ad tradita per *Barbos. de verbis appellativis appellat 17. 71. & 148.* ex quo fit, quod 44
nunquam sub nomine mensium comprehendi possint anni, tam in dispositione hominis, quam in dispositione legis. Ridiculum namque esset

prædicare annos de annibus, menses de mensibus, & dies de diebus cum genus non prædicetur de eodem genere, species de eadem specie, & individuus de eodem individuo, sed tantum genus de specie sive loquendo de genere generalissimo de genere subalterno, quod se habet respectu generis generalissimi tamquam species, & species ut individuus, *Bart. in Leg. quæsitum* §. *si quis fundum num.* 8. *&* 9. *ff. de fundo instruct. Card. Tusch. litt. G. conclus.* 40. *num.* 1. *& seqq.*
45 unde multo minus species prædicari poterit de genere, & sic mensis de annibus, prout accideret si nomine mensium simpliciter anni intelligi deberent, quod esset absurdum; etenim nos non versamur in dispositione in qua simpliciter fuerit tempus prolatum absque alia certa
46 temporis adductione ut puta si fuisset dictum *fra tempo, e termine*, in quo casu de decennio Partes intellexisse tradit *Iuris Consultus in Leg. sine præfinito* 23. *ff. de pœnis*, & adnotant *Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 3. *tit.* 15. *num.* 8. *Iason. Bartol. & Baldus in Leg. ita stipulatus ff. de verbor. obligat.* quibus addi possunt *Tiraquell. de retract. convent.* §. 1. *glos.* 2. *num.* 4. *pag. mihi* 636. *Antonel. de tempore legali lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 10. sed in dispositione, in qua fuit facta mentio temporis cum certa temporis adiectione illius genitivi men-
47 sium „ ibi „ infra tempo, e termine di mesi .... in circa „ cuius virtus est restringere, & determinare ad menses tantum illa verba antecedentia indeterminata temporis, & termini, ad textum in *capit. cum cappella de privilegiis, ubi Butrius & alii*, quos refert, & sequitur *Rot. in decis.* 242. *num.* 14. *par.* 8. *recent.*

Nec vim aliquam facit illa dictio *in circa*, quæ licet in se quam-
48 dam habere videatur ambiguitatem, & incertitudinem, *Barbos. de dictionibus dict.* 57. *sub num.* 11. attamen cum illius virtus sit solum indicare modicum tempus, vel plus, vel minus, ut ultra relatos ab Excellentissimo Domino meo Iudice a quo in *motivis sub versic. nec dicto*, probat *Barbos. cum multis dict.* 57. *sub num.* 7. *& seqq.* adeo
49 ut prædicta dictio ad annos relata importet plus, vel minus duos, vel quatuor menses, & ad summum sex, ut cum *Rebuff. in prax. beneficiali tit. de dispensat. ratione ætatis in verbo vel circa, & Medices decis.* 23. *n.* 6. firmat idem Dominus meus Iudex *sub versic. adeout*
50 & nos in comprobationem addimus, *Menoch. de arbitrar. iud. cas.* 46. *sub num.* 5. *& Barbos. de dict. dict.* 57. *sub num.* 7.

Et ideo sequitur nullatenus Mensibus adiecta operari posse extensionem dispositionis ad menses restrictæ ad annos.

Nec ommissio certi, & determinati numeri mensium præbet argumentum, quod Partes non curaverint de tempore, ut ex parte D. Capitanei Arrighi asserebatur, quia oppositum, ex tenore totius Apochæ liquet, dum sæpe sæpius in eadem de tempore præscripto ad solvendum fit mentio, videlicet „ ibi „ sarà pagare il capitale, e for-

„ te

„ te principale de' denari da noi respettivamente datili a cambio „ maritimo sopra il detto Armamento nel tempo, e termine di mesi „ .... in circa, ibi con dichiarazione ancora, che passato detto tem- „ po, e non essendo seguito il pagamento ec. „ & ibi „ o vero proro- „ gare, o prolungare il termine, come sopra prefisso nella presente „ scritta al suddetto pagamento de' Capitali.

Siquidem hæc geminatio, ac pluries repetitio Verborum circa tempus maiorem, atque enixam deliberationem, & voluntatem con- 51
trahentium circa idem manifeste inducit, *Barbos. cum pluribus axioma* 105. *num.* 1. *& seqq. Gratian. discept. forens. cap.* 621. *num.* 29. adeout ambigi non possit ipsosmet voluisse præfigere certum tempus ad solutionem sortis faciendam, dum geminatio operatur, quod dis- 52
positio intelligatur præcise, & absque ulla interpretatione, *Gratian. discept. forens. cap.* 621. *n.* 29. & restricte ad casum in dispositione 53
expressum, *Gratian cap.* 764. *num.* 31. & quamvis per errorem certus numerus mensium non fuerit in apocha descriptus adhuc intentionem fuisse DD. contrahentium manifeste patet restringere solutionem sortis ad menses tantum, & per consequens intra annum, non vero anno elapso, atque multo minus biennio, ut in nostra facti contingentia.

Ex quibus corruit pariter prætensa iusta causa in D. Capitaneo Arrigo Antelmo credendi solutionem non esse aliquo tempore limitatam, & proinde a mora sit excusandus tum maxime, quia agitur de re gesta ab eodem cum Creditoribus, quam circa tempus, aliasque conditiones minime ignorare præsumitur, imo præsumptio est, quod cuncta 54
sciverit, & prout scire tenebatur, & hinc infertur, quod in facto proprio ignorantia non meretur allegari, *Leg. quamquam ff. ad Senat. Consult. Velleianum, Cyriac. controv.* 387. *num.* 13. *Rot. cor. Merlin. decis.* 681. *num. prim.*

Et allegata in nihilum proficit *Rota in par.* 14. *recent. dec.* 532. 55
num. 29., *& coram Pichio decis.* 644. *num.* 7. *& coram Ottobon. decis.* 239. *num.* 111. nemo enim excusari potest in his, quæ per ipsum 56
gesta sunt *Rot. in par.* 12. *recent. decis.* 165. *num.* 10., & excusatio in hoc casu debet esse iusta, ut attendenda veniat, quidquid secus sit, quando agitur de facto alieno; talis utique in casu nostro dici non potest, quæ allegatur ex parte D. Capitanei Arrighi Antelmi, vel quia uti unus ex contrahentibus verisimile est, quod cuncta inter 57
contrahentes conventa sciverit, vel scire potuerit, & ut scire tenebatur, ut docet in fortioribus terminis, *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conventionibus lib.* 7 *tit.* 22. *n.* 31. ubi probat quem non mereri excusari dum contraxit cum Procuratore, qui mandatum habebat 58
ad tempus limitatum, *Argum. text. in Leg. qui pro alio ff. de regulis Iuris* cum aliis concordantibus ibidem relatis.

Et

Et tandem omnis difficultas in casu nostro removetur, quia ultra lapsum diei ad solutionem faciendam præscripti D. Capitaneus Arrigus Antelmus non semel per Iudicialem interpellationem fuit requisitus ad solvendum, quod satis fuisset ad eumdem in mora constituendum, *Leotard. de usuris quæst.* 81. *num.* 19. *Surd. decis.* 179.
59 *num.* 21. *& Rot. decis.* 31. *n.* 3. *& decis* 528. *num.* 4. *par.* 2. *rec.* sed bis, & ter, ut ex actis liquet, & supra in principio nostræ decisionis exposuimus, in quo casu dicendus est in magna mora constitutus inexcusabili, & impurgabili, *Rota coram Card. Millino decis.*
60 137. *in princ. vers. quantum ad primum &c. & Rota nostra apud Magon. dec.* 61. *num.* 12. *cum aliis ibidem relatis &c.*

Nec negocium facit subtilis, & ingeniosa ponderatio scribentium pro D. Capitaneo Arrigo Antelmo scilicet, quod in dicta Apoca duæ fuerint alternative oppositæ conditiones liberationis gratia eiusdem D. Capitanei Antelmi ab usuris nauticis, altera redditus, & altera solutionis faciendæ intra Menses.... quare cum prima fuerit adimpleta per appulsum dictæ Navis ad Portum Liburni nullatenus prætendi valet Capitaneum non adimplevisse conventa in Apocha &c.

Quia insubsistens visa fuit huiusmodi interpretatio, ex his quæ ab Excellentiss. D. Iudice in motivo adducta fuere sub *versic. quoniam ex dicta &c.* nimirum, verum non esse, quod sub verbis prædictis Apocæ remissionis contineri possit duplex conditio, sed una tantum solutionis sortis intra menses faciendæ tam per ipsum D. Capitaneum in casu, quo Liburnum reversus fuisset, quam per alios iu casu, quo prosequendo navigationem Effectus, sive deprædatione transmisisset ad eadem Liburni Civitatem, ut ad oculum unicuique legenti Apocham prædictam verba demonstrant „ ibi „ che se il medesimo Sig. Capi- „ tano Arrigo tornando, o mandando effetti pagherà, o farà pagare „ il Capitale, e sorte nel tempo, e termine di mesi ... „

Ponderanda siquidem sunt illa verba „ tornando, o mandando „ Effetti pagherà, o farà pagare il Capitale ec. „ per quæ clare datur intelligi, quod solutio fieri poterat tam per dictum Capitaneum, quam per alios intra Menses suis casibus, hoc est per D. Capitaneum si reversus fuisset Liburnum, & per alios dum D. Capitaneus adhuc prosequendo navigationem deprædationes Liburni transmisisset.

Et sane veritas huius intelligentiæ luce meridiana clarius demonstratur per alia verba subsequentia eiusdem Apocæ „ ibi „ in tal ca- „ so „ quæ cum sint in singulari prolata probant in uno tantum casu remissionem factam fuisse, scilicet solutionis, & non reditus, vel solutionis, ut ex adverso asseritur. Et ibi melius „ siccome in virtù „ della presente scritta nel suddetto caso di pagamento di Capitali „ antedetti ora per allora li rimettiamo &c. „ Ex quibus prorsus sine difficultate comprehenditur remissionem factam censeri in casu tantum

tum

tum quo solutio satis facta fuisse, & ibi „ con dichiarazione ancora, che passato detto tempo, e non essendo seguito il pagamento de' Capitali sia in nostro arbitrio ritornare &c. „ Ex quibus pariter comprobatur causam finalem remissionis solam fuisse sortis solutionem.

Nec illa duo gerundia „ se tornando, o mandando Effetti ec. „ importare valent duas, ut prætendebatur alternativas conditiones, hoc est reditus, & solutionis tantum in casu, quo Effectus D. Capitaneus transmisisset &c.

Quia licet gerundia, quando respiciunt verbum, vel participium futuri temporis inducant conditionem, iuxta theoricam *Bartol. in Leg. si ut ex parte ff. de vulg. hared. num pr. & Bald. in Leg. falsus sub num. 6. prope finem Cod. de furtis, & servo corrupt. Decius in cons. 607. num. 5. Rota coram Ludovis. decis.* 187. *num. 6. 7. &* 8. ubi 61
idem dicit quando essent adiecta verbo præsentis temporis, sed Effectus non est de præsenti, *Altograd. in cons. 66. num. 10. par. 2.* 62

Attamen verum id est quando stant de per se, non vero quando reguntur ab alio verbo subsequenti, cui famulantur, ut optime distinguendo in casu nostro animadvertit Excellentissimus D. Iudex in 63
sua Decisione in *versic. gerundia enim*, cum *Alberico in Dictionario in verbo Gerundium col. fin. ad Textum in Leg. vim facit. ff. de vi armata, & in Leg. si bis prim. respons. ff. de pignor.*

Et proinde cum in Apoca remissionis non fuerit simpliciter dictum „ *tornando, o mandando Effetti* „ sed insuper fuerit additum immediate „ *ci pagberà* „ utrque fateri oportet, quod dicta duo gerundia cum sint ibi apposita ad determinationem verbi prædicti „ *ci pagberà* „ subsequentis non valeant de per se importare duplicem conditionem, sed unam tantum solutionis præsertim concurrentibus his quæ supra mox tetigimus in §. *& sane veritas* quibus additur, quod non solum non fuit simpliciter dictum „ *tornando, o mandando* „ sed fuit addita etiam ante illa duo gerundia dictio *si* „ ibi „ Se il medesimo Sig. Capitano Arrigo tornando, o mandando effetti ci pagherà &c. „ quæ dictio satis aperte ostendit illud gerundium *tornando* non habere sensum de per se, sed iungi debere cum illo verbo *pagberà*, & inde sequitur, quod erit semper verum dicere remissionem sub una tantum conditione in Apoca fuisse concessam scilicet solutionis. Et ita &c. 64

Petrus de Angelis Rota Audit. & Relat.
Ioseph Urceolus Rota Audit.
Cosmus Farsettus Rota Audit.

DECISIO X.

EADEM QUOAD SORTIS RESTITUTIONEM

eiusdem diei 28. *Ianuarii* 1676. *cor. eod. D.* AUDIT. PETRO DE ANGELIS.

ARGUMENTUM.

MAgister Navis, qui ad Sortis, atque Usurarum restitutionem se obligavit sub conditione, si Navis super qua pecuniæ ad Cambium mutuatæ fuerunt, incolumis rediret, non liberatur nisi in casu, quo Navis passa sit adversum fortunæ eventum; Verba etenim *a' buon salvamento* non debent accipi in sensu, quod Navis redeat in eodem Statu, quo a Portu discessit. Ex diversitate subscriptionis diversa colligitur subscribentis intentio. Exceptio Indebiti neque Executivo in Iudicio, neque post Transactionem admittitur.

SUMMARIUM.

1 *Quo in sensu accipienda sint hæc verba „ si Navis redierit* a buon salvamento, & num. 6.

2 *Mercatores, prout sunt dantes pecuniam ad Cambium Maritimum, pericula fortunæ in se tantummodo suscipiunt, & adducitur ratio* num. 3.

4 *Qui periculum, risicum, sive casum sinistrum in se suscipit non tenetur de casu, qui a fortuna non dependet.*

5 *Verba etenim* risico, pericolo, e fortuna *in hac materia nihil aliud importans, quam teneri de casibus fortuitis.*

7 *Mutuantes ad Cambium, sive Adsecuratores tenentur pro rata damni facta æstimatione Navis in statu, quo reperitur post casum sinistrum*

8 *Qui sinistrum allegat, ipse illud concludenter probare tenetur.*

9 *Subscriptio non contenta in ventre Apocæ attendenda est uti perficiens Actum, iuxta Theoricam Bartol. in Leg. si Testamentum ff. qui testament. facer. poss.*

10 *Quando subscriptiones nullam inter se relationem habent, tot dicuntur separatæ conventiones, quot sunt Personæ, quæ subscripserunt.*

11 *Subscribens censetur adprobare cuncta, quæ in Scriptura continentur.*

12 *Ex duobus Reis promittendi alius pure, alius in diem, vel sub conditione obligari potest.*

13 *Contrahens qui aliquid non fecit, intelligitur id facere noluisse.*

14 *Ex diversitate subscriptionis comprehenditur diversam fuisse subscribentis intentionem.*

15 *Sub-*

15 *Subscriptio relationem habet ad casus scripturæ, & omnia continet, quæ in ipsa continentur, exceptis iis, quæ expresse in subscriptione limitata fuerunt.*
16 *Causa finalis dicitur, quæ disertis verbis exprimitur.*
17 *Exceptio Indebiti ad executionem retardandam in Iudicio executivo non admittitur.*
18 *Allegantı Indebitum incumbit onus illud concludenter, & præcise probandi.*
19 *Partita proprii libri concludenter probat contra seipsum.*
21 *Indebitum tunc dicitur plene probatum quando excluditur contraria possibilitas, & coarctatur negativa alterius Causæ debendi.*
22 *Re per concordiam terminata non licet de Indebito excipere.*



Lterum fundamentum, quod Navis nuncupata *il Santissimo Sagramento*, & super cuius periculo pecuniæ controversæ ad Cambium datæ fuere Incolumis Liburnum non redierit, & proinde nunquam cesserit, nec venerit dies restitutionis faciendæ petiarum quatuor centum cum lucris nauticis, dum sub conditione reditus, ut vulgo dicitur *a buon salvamento* stipulata fuerit prædicta restitutio ibi in Apoca Cambii Maritimi „ Ed arrivato che sarò qua a „ buon salvamento con detta mia Nave prometto al Sig. D' Angelo „ la detta somma con più il Cambio &c. „

Pariter non bene applicari nostræ hypothesi censuimus prout etiam respondit Excellentissimus D. Iudex a quo in sua Decisione sub *versic. postremo*, quamvis Navis Liburnum appulerit ob longam navigationem fere quassata.

Quia illa verba *a buon salvamento* non debent intelligi in Apoca apposita ad denotandum D. Capitaneum Arrigum Antelmum solum teneri ad restitutionem petiarum quatuor centum cum lucro in casu, quo Navis rediret in eodem statu, quo solvit a Portu cum hoc contingere numquam potuisset dum Naves ob naturam navigationis semper deteriores fiant potissime, quando navigatio est diuturna ex causa exercitii Piratici, ut quotidie praxis, & experientia docet.

Sed in eo sensu recipi debent, quod Navis ob periculum casus fortuiti, ut puta incendii, naufragii Piratarum, & similium, quorum eventus a fortuna gubernatur Liburnum incolumis non rediisset, & ut Patrium conventiones in istis terminis declarandas esse probat Excellentissimus D. Iudex, a quo in Decisione sub §. *periculum enim, cum Textu in Leg. cum proponas ff. de nautico fenore Tacio num. 8. Sirar. num. 5. Cod. eod. Borcolten de nautico fenore cap. 2. num. 15. in fine, & cap. 4. num. 3. Muta in ritu capitali 122. num. 10. tom. 4. & in cap. Regni 48. num. 39. Regis Marti tom. 3. & decis. sicul. 3. num.* 1

num. 11. *Rota in Romana Assecurationis Lunæ* 22. *Iunii* 1673. *coram R. P. D. Matthæo* §. *nam Cambium in fine* quibus addimus *Fontanell. decis.* 143. *num.* 25. *lib. prim.* qui tradit Assecuratores prout sunt dantes pecuniam ad Cambium Maritimum ex probatis *in* §. *vel deni-*
2 *que quia &c.* prope principium huius nostræ Decisionis, & ut firmat *Lupus in cap. naviganti de usuris com.* 3. §. 1. *num.* 17. solum suscipere pericula fortunæ, & faciunt tradita per *Rocc. de Assecurat. notab. num.* 127. *& seqq. & notabil.* 63. 64. 65. *&* 66. ubi recenset casus fortuitus, sive sinistros, quibus tenentur Assecuratores, *& Rota Genuens dec.* 101. *num.* 1. *Santerna de Assecurat. par.* 4. *num.* 53. *Stacc. de Commerc. & Camb.* §. 1. *quæst.* 1. *sub num.* 139. *versic. de his casibus in fine*.

Et ratio est, quia horum contractuum, & commerciorum lu-
3 crum, & damnum dependere debet a mera sorte, & fortuna, ut communiter tradunt Doctores & præcipue *Franciscus Rocc. de assecurat. notab.* 6. *num.* 14. ubi refert *Scacciam de Comm. & Camb.* § *pr quæst.* 1. *n.* 131. *& Medina in suis tractat. & Sotum de Iust. & Iure lib.* 4. *quæst* 5. *art.* 2. *&c.*

Et proinde si contingat aliquis casus, quia a fortuna non dependeat, sed a culpa, vel alia causa citra fortunam, qui periculum, risicum, sive casum sinistrum in se susceperunt non tenentur ad tradita per *Rocc. de assecurat. notabil.* 42. *num.* 130. *& seqq. &c.*

4 Et hunc revera fuisse sensum DD. Contrahentium in casu nostro patesit ex verbis antecedentibus Apochæ Cambi Marittimi „ ibi „ cor- „ rendo risico, pericolo, e fortuna detto Dangelo &c. „ & a quibus recipiunt declarationem illa subsequentia & „ arrivato sarò qui a buon „ salvamento, con detta mia Nave &c. „ Dum illa verba „ risico „ pericolo, e fortuna „ in hac tamen materia nil aliud important, quam teneri de casibus fortuitis, ut optime dicta verba periculum,
5 & risicum ad rem nostram explicando tradit, *Stacc. de Commerciis, & Cambiis d.* §. 1. *quæst.* 1. *sub num.* 139. *versic. de his casibus fortuitis*.

Quibus omnibus accedit, quod ipsimet DD. Contrahentes ita intellexerunt dicta verba, dum per dictam transactionem devenerunt ad remissionem interusuriorum, sive cambiorum supra sortem decursorum, quod utique opus non fuisset si Navis passa fuisset damnum, sive sinistrum ad quod DD. Mercatores, qui in se periculum sinistrum, sive casum fortuitum susceperunt obligati fuissent.

Cum igitur facta fuerit dicta remissio, quæ supponit debitum per necessarium antecedens, sequitur, quod Navis non passa fuerit aliquod sinistrum propter quod DD. Mercatores, qui mutuarunt ad
6 Cambium Maritimum tenerentur; Ergo illa verba *a buon salvamento* non sunt accipienda in sensu, quo Navis redeat in statu, quo a Portu discessit, quod erat prorsus impossibile cum navigando semper efficiatur

tur Naves deterioris conditionis, fed in cafu, quo Carina rediret quantumvis quaffata non vi tamen ventorum, vel tempeftatis, vel quia in fcopulos inciderit, quia cum hoftibus oppugnando bombardis, aliifque bellicis inftrumentis perforata, & quaffata fuerit, vel aliquod aliud damnum paffa ob aliquem cafum fortuitum, & in quibus terminis loquuntur Doctores volentes mutuantes ad cambium, five affecuratores teneri pro rata damni facta æftimatione 7
Navis in ftatu, quo reperiebatur poft cafum finiftrum, ut apud *Pereira dec. Portugall. 56.* & refert *Rocc. de affecurat. notab. 34. et feqq.*

Quapropter parum referre cenfuimus, quod Dom. Capitaneus Arrigus fere totum ob longam navigationem compfumpferit armamentum, ut vulgo dicitur five totum capitale fcutorum 12000., & deprædationes in magna quantitate non fecerit, dum pecuniæ per DD. Mercatores, & fic per D. Ioannem Baptiftam D' Angelo non fuerunt eidem Dom. Capitaneo Arrigo mutuatæ ad Cambium, cum pacto, quod idem D. Capitaneus Arrigus non teneretur illas reftituere, nifi in cafu, quo Liburnum appuliffet cum maximo queftu, & depredationibus, & ut fupponit *Textus in Leg. periculi pretium 5. ff. de naut. fenore*, qui ut punctualis allegatur in illis verbis „ ibi „ Nec dubitabis fi Pifcatori „ erogaturo in apparatum plurimum pecuniæ dederim, ut fi cepiffet 8
„ redderet &c. „ & docet *Cutacius in explicatione dicti Textus in lib. 22. digeftor. tit. 3.*

Sed fuerunt mutuatæ ad Cambium fub periculo, rifico, & fortuna Navis, ut liquet ex verbis Apocæ Cambii Marittimi „ correndone rifi„ co, pericolo, e fortuna d. D' Angelo tanto d'andata ftata, che di ri„ torno fopra detta Nave „ cafus, qui longe diftat a terminis *Leg. periculi pretium.*

Nec obftat replicatio, quod gratis dicatur Navem D. Capitanei Arrighi non fuiffe paffam cafum finiftrum vi Ventorum, tempeftatis, & fimilium, quia non funt partes D. Ioannis Baptiftæ probare cafum adverfæ fortunæ, fed fufficit pro illius intentione conftare de reddit u Navis in Portum Liburni falvæ, quamvis quaffatæ, dum hoc accidere potuerit ob longam navigationem. Et fi D. Capit. Arrigus prætendat, quod Navis aliquem cafum finiftrum paffa fuiffet ipfe illum concludenter probare tenetur, ut in noftris terminis fcripferunt *Roccus de affecurat. notab. 158. num. 198. et feqq.*, & alii per eumdem relati.

Nec pariter fubsiftere vifum fuit Votum, five Iudicium DD. Mercatorum Liburnenfium exiftimantium illam conditionem *a buon falvamento*, & fub qua ftipulata fuit reftitutio pecuniarum non cenferi in cafu noftro purificatam ex quo D. Capitaneus Arrigus non voluntarie Liburnum cum Navi appulit, fed a DD. Mercatoribus, qui pecuniam mutuarunt allectus, quia illorum ratio non eft vera, nam, & fi DD. Mercatores in cafu, quo D. Capitaneus rediiffet Liburnum eidem obtu-

lerint remissionem Cambiorum decursorum, non inde sequitur, ergo non voluntarie rediit cum in ipsius arbitrio positum erat non acceptare dictam remissionem, & navigationem prosequi, tum maxime quia remissio non fuit oblata simpliciter in casu, quo Liburnum rediisset, sed etiam in casu, quo prosequendo navigationem Effectus transmisisset, & sortem solvisset, ut ex Apoca remissionis „ ibi „ tornando, o mandando Effetti ci pagherà, o farà pagare i Capitali „

Et hinc merito dixit Excellentissimus D. Iudex a quo in *Decisione in verf. tum quia*, non esse attendendam dictam praticam uti rationi non consentaneum, & ut alias censuit *Rota nostra lib. mot.* 108. *pag.* 106. *et lib. mot.* 118. *pag.* . . . . Ultra quam quod, ut bene observat Excellentissimus Dominus meus in casu DD. Mercatoribus figurato non fuerat additum pactum resolutivum in casu non adimplementi, nec suppositum, quod Dom. Capitaneus non adimplevit, in quibus terminis si fuissent interrogati utique contrarium respondissent, prout & nos sancivimus.

Quoad vero subscriptionem Dom. Capitanei Francisci de Franceschis in Apoca remissionis sequentis tenoris „ Io Francesco Franceschi affermo quanto sopra, mentre il Sig. Capitano Arrigo, che si „ ritrova in Porto di Sicilia torni presentemente a Livorno senza ritornare in Levante &c. „ Ex qua inferebatur remissionem interusuriorum respectu eiusdem D. Capitanei Francisci de Franceschis, & aliorum, qui successive eandem Apocam subscripserunt, & sic D. Ioannis Baptistæ esse restrictam ad simplicem conditionem reditus aliis reiectis, quare nullam vim faciendam esse in his, quæ in ventre Apocæ contenta fuerunt, iuxta *Theoricam Bartoli in Leg. si testamentum num.* 1. *ff. de testam.*, *& qui testam. facere possunt*, ex qua probatur subscriptionem, non contentam in ventre Apocæ attendendam esse uti perficientem actum, *Capyc. Latr consult.* 14. *num.* 101. *R. D. De Luca lib.* 8. *de credito*, *& debito disc.* 65. *num.* 8. *Rot. cor. Cavaler. decis.* 99. *num.* 1. *et in dec.* 133. *num.* 3.

9 Placuit duobus modis respondere, primo subscriptionem D. Ioannis Baptistæ quamvis conceptam pure, & simpliciter, & post subscriptionem D. Capitanei Francisci de Franceschis non inde sequi, ergo intelligenda est iuxta tenorem subscriptionis D. Capitanei Francisci de Franceschis; Tum quia nullam relationem habet ad dictam subscriptionem, tum quia non sequitur immediate post eamdem, sed longe post; tum quia nil commune habet cum ipsa, & negocium non agebatur inter D. Capitaneum Franciscum de Franceschis, & Ioannem Baptistam, sed inter D. Ioannem Baptistam, & D. Capitaneum Arrigum Antelmum separatim a negocio, quod agebatur inter D. Capitaneum Arrigum, & D. Capitaneum Franciscum, dum tot dicuntur separatæ conventiones quot sunt personæ, quæ remissionem lucrorum D. Capitaneo Arrigo

Arrigo faciebant, ad late tradita per *Antonin. de Amato resolut.* 124. *sub n.* 16. ubi probat in terminis emphyteusis cum pluribus Personis, tot dici investituras, & concessiones quot generationes unaquæque ex eis dicatur pro sua parte conduxisse; Unde bene simul stare potest, quod Dominus Capitaneus Franciscus de Franceschis lucrum supra sortem remittere voluerit sub illa tantum conditione reditus, secus vero D. Ioannes Baptista, qui non eadem formula subscripsit Apocam, sed pure, & simpliciter videlicet „ Io Gio. Batista D' Angelo affermo per „ mio credito „ quæ verba cum sint indefinita, & apta approbare omnia in ventre scripturæ contenta non est dubium, quin secundum contenta in scriptura principali veniant intelligenda, iuxta vulgatem Iuris conclusionem, quod subscribens censeatur approbare cuncta, quæ in scriptura continentur, *Rot. in par.* 12. *recent. dec.* 17. *num.* 12. *cum ibidem allegatis, & in dec.* 2. *num.* 4. *par.* 14. *recent. cor. Buratt. decis.* 419 *num.* 8. *& ibidem Ferentill. in annot. num.* 13. *ubi plures congerit, & Rot. Ianuen. dec.* 78. *n.* 1. *& dec.* 186. *n.* 1. 11

Nec in Iure novum est, quod Creditores, qui conveniunt cum suo Debitore diversis pactis, & conditionibus contrahant, hoc est aliqui uno modo, aliqui altero, & ut expresse legimus in nostra Apoca accidisse, nam primi, qui scripserunt non potest in dubium revocari quin scripserint cum omnibus conditionibus, de quibus in eadem Apoca. Non vero D. Capitaneus Franciscus de Franciscis, & alii qui quemadmodum, & ipse subscripsit subscripserunt, & prout in fortioribus terminis argumentum præbent *Textus in Leg. ex duobus* 7. *ff. de duob. reis stip., & prom. & in §. ex duobus lib.* 3. *instit. tit.* 17. in quibus Iuribus docent Iurisconsultus, & Imperator ex duobus Reis promittendi alius pure, alius in diem, vel sub conditione obligari posse, ergo fortius dicendum est in casu nostro insimul stare posse, quod D. Ioannes Baptista, qui simpliciter, & absque ulla restitutione Apocam subscripsit remiserit D. Capitaneo Arrigo lucra supra sortem, si ipse intra menses . . . . . . circiter, sortem solvisset eidem, vel per se redeundo Liburnum, vel per alium Effectus transmittendo; & quod D. Capitaneus Franciscus voluerit remittere pariter lucrum, quod ad ipsum pertinebat in uno tantum casu, quo scilicet illico Liburnum rediisset. 12

Non ne poterat D. Ioannes Baptista si voluisset se ad casum, quod D. Capitaneus Arrigus Liburnum rediisset remissionem restringere, æque bene exprimere, prout expressit D. Capitaneus Franciscus de Franceschis, & alii, qui eodem modo subscribere intellexerunt „ ibi „ Io Pier Maria Petracchi mi contento nel modo, che dice il „ Sig. Capitano Francesco Franceschi &c. „ & ibi „ Io Marco Burgassi affermo a quanto ha fatto il sudderto Sig. Petracchi ec. „ Certe quod sic: ergo si non ita fuit prout supra mox relati fuerunt signum

13 evidens est, quod noluit id facere, argumento *Text. in Leg. unica §. nec autem vers. sin vero talis &c. Cod. de caduc. tollen.* & dixit *Rota nostra lib. mot.* 104. a 333. & novissime in *Florentina Fideicommissi de Tassis in §. sexta vero in fine &c.* probat etiam *Rota in decis.* 355. *num.* 12. *par.* 11. *recent.* ubi tradit, quod si aliquid voluissent contrahentes, id expressissent, *& in decis.* 352. *num.* 14. *par.* 9. *rec.* Immo ex diversitate subscriptionis compræhenditur diversam fuisse
14 D. Ioannis Baptistæ intentionem, *Surd. in cons.* 426. *sub num.* 17. *vers. quinto & in cons.* 466. *num.* 7. & 8. Secundo respondetur, quod etiam quando placeret admittere subscriptionem D. Ioannis Baptistæ, in eodem sensu subscriptionis Dom. Capitanei Francisci de Franceschis recipiendam esse, non inde tamen bene inferri posset remissionem fuisse concessam sub simplici conditione reditus, non vero solutionis, quia D. Capitaneus Franciscus, qui in subscriptione expressit se velle remittere D. Capitaneo Arrigo lucta supra sortem, si idem D. Capitaneus Arrigus statim Liburnum rediret, non intellexit remissionem eidem D. Capitaneo Arrigo facere ob illam simplicem conditionem reditus, sed cum illa qualitate solutionis sortis principalis intra menses circiter redditui annexa, ut ex verbis Apocæ remissionis „ ibi „ se il medesimo Capitano Arrigo tornando, o mandando effetti ci pagherà &c. „

Nam restrictio ad reditum, solum operatur, quod non intelligatur facta remissio si adhuc D. Capitaneus Arrigus voluisset prosequi navigationem, prout poterat, iuxta tenorem Apocæ „ o mandando effetti &c. „ non vero, quod intelligatur facta remissio per simplicem reditum, & si intra menses circiter non soluisset sortem principalem, ut optime probat *Rota coram Cavaler. in d. decis.* 133. *sub n.* 3. ubi ponderando subscriptionem fideiussoris limitatam, tradit eamdem habere relationem ad corpus Scripturæ, & omnia continere, quæ
15 in ea continentur exceptis tamen iis quæ expresse in subscriptione limitata fuerunt &c. Et propterea cum limitatio D. Capitanei Francisci fuit solum respectu liberæ facultatis, quæ D. Capitaneo Arrigo in Apoca concedebatur prosequendi navigationem, non debet extendi ad solutionem satisfaciendam intra menses, quæ semper in mente DD. remittentium fuit causa potissima, & finalis remissionis, ut ex sæpe
16 sæpius repetita solutione coniicitur, ad tradita per *Rot. in decis.* 251. *n.* 4. *par.* 5. *recent.* ubi probatur causam finalem dici, quæ dilectis verbis exprimitur.

Tertium vero, & ultimum fundamentum exceptionem indebiti non esse præsentis inspectionis, diximus, quia versabamur in Iudicio
17 Executivo, in quo huiusmodi exceptio ad executionem retardandam non admittitur, *Zacch. de oblig. camer qu.* 17. *n.* 55. *& Rota post d. tract. in dec.* 126. *n.* 7. quam recensendo amplexus fuit Excellentiss. D. meus

D. meus Iudex a quo in *vers. veluti etiam &c.* ubi circa huiusmodi articulum reservavit D. Capitaneo Arrigo Iura, & ut nos etiam in hac capite Sententiam Excellentiss. D. mei confirmantes fecimus iuxta vulgarem dictum in huiusmodi Iudiciis solve, & repete &c.

Tum maxime quia alleganti indebitum incumbit onus illud concludenter probandi, & præcise, ut respondit *Rota in par. 5. recent. decis. 38. num. 2.* cum aliis concordantibus, & coram *Buratt. decis. 592. in annot. ferent. num. 6. & in decis. 74. n. 24. par. 14. rec.* 18

Quod sufficienter factum non censuimus ex parte D. Capitanei Artighi Antelmi in hoc Iudicio &c.

Et licet D. Ioannes Baptista in partitis proprii Libri fateatur recepisse a D. Capitaneo Arrigo Antelmo pecias biscentum pro sorte, & usuris nauticis usque de anno 1663. die 2. Maii ex conventione inter ipsos concordata ob casum amissionis Navis, qui eidem contingit, attamen non bene inferebatur, ergo periæ biscentum solutæ fuerunt indebitæ, quia, etsi inficiari non possit contra D. Ioannem Baptistam prædictam partitam libri concludenter probare casum 19
amissionis navis, ad *Text. in Leg. quædam §. numularios ff. de edend. & DD. comuniter in Leg. admonendi ff. de Iure Iurand. Rot. Genuen. decis. 16. num. 2. & 149. num. 4. & Rot. Roman. decis. 126. num. 6. par. 9. recent.*

Adhuc tamen fatemur non esse satis pro indebito probando, cum casus amissionis Navis D. Capitaneo Arrigo contigere potuerit ob ipsius culpam, ac negligentiam, in quibus terminis periculum non spectat, nec spectare poterat ad D. Ioannem Baptistam D'Angelo, qui pecuniam ad Cambium marittimum D. Capitaneo Arrigo Antelmo mutuaverat, *Crot. in cap. naviganti sub num. 2. de usuris Scacc. de Commerc. & camb §. 1. par. 1. sub num. 154. vers. respons. si casus &c. Santern. de assecurat. par. 4. num. 16. in fin. & seqq. Rocc. de assecurat. notab. 22. num. 67. Muta decis. 3. num. 9. & 10. & Fontanell. decis. 243. num. 24. & seqq.* ubi plures &c. 20

Tunc siquidem indebitum dicitur concludenter probatum, quando excluditur contraria possibilitas, & coarctatur negativa alterius 21
Causæ debendi, *Reverendiss. D. De Luca de debito, & credito disc. 78. num. 13.* & pluries affirmavit, *Rota, ut in decis. 38. num. 2. & decis. 592. par. 5. rec.* ubi subdit præcipue id procedere si debitum fuerit agnitum per realem solutionem &c.

Ultra quam quod non levis est difficultas, an in casu nostro, in quo agitur de re per concordiam terminata, ut ex dicta partita liquet, liceat de indebito nunc excipere cum transactio, & commodum, per quod a lite receditur debitum faciat *Leg. in summa ff. de condict. indebiti, & in Leg. 2. Cod. eod. & in Leg. Lucius ff. ad Senat.* 22

Confult. Trebell. Rot. Bonon. diverf. decif. 11. *num.* 21. late *Valeron. de tranfact. tit. 6. quæft.* 2. *num.* 26. qui alios refert

Et ita utraque Parte informante ad honorem, & gloriam Omnipotentis Dei, Deiparæque femper Virginis Mariæ.

Petrus de Angelis Rotæ Auditor, & Relator.
Iofeph Urceolus Rotæ Auditor.
Cofmus Farfettus Rotæ Auditor.

DECISIO XI.

FLORENTINA SOCIETATIS

diei 23. *Decembris* 1678. *cor. Dom.* AUDIT. COSMO FARSETTI.

ARGUMENTUM.

Societas non dicitur continuata, fed renovata, quoties poft obitum unius Socii Tutores filiorum ejufdem Societatem continuant cum Socio fuperftite. Reftitutio in integrum conceditur adverfus omiffionem regiftrationis Accomandatæ a Tutoribus factam, & adverfus damnum iifdem Pupillis obventum, ita ut Pupilli non teneantur erga Creditores fociales nifi pro rata Capitalis in dicta Societate pofiti, & utilium ex ea perceptorum, ac fi dicta Accomandita regiftrata fuiffet, a qua reftitutionis petitione non funt arcendi Tutores, etiamfi adverfus proprium actum, & propriam omiffionem hanc reftitutionem poftulent.

SUMMARIUM.

1 *Controverfum eft de Iure Communi, an Socius in folidum teneatur pro debitis ab Inftitore contractis, etiam ultra ratham Capitalis pofiti in Societate.*

2 *Vigore Statutorum Curiæ Mercantiæ Civitatis Florentiæ, Socii omnes nedum tenentur in folidum, fed etiam rata capitalis remanet erga Creditores Sociales obligata nifi Societatem in vim Accomanditæ ineant eamque regiftrari faciant in libris præfatæ Curiæ ad hoc fpecialiter deputatis.*

3 *Ut Socii beneficio Accomanditæ uti poffint neceffe eft, ut Societatem in Libris dictæ Curiæ Mercantiæ regiftrari faciant.*

4 *Accomandantes cenfetur dediffe Accomandatario mandatum reftrictum ad eos obligandum pro ratha tantum Capitalis.*

5 *Qui Statuti beneficio frui vult, omnes qualitates, & conditiones ab eo requifitas fervare debet.*

6 *Hære-*

6 *Hæredes unius Socii præmortui si cum superstite Societatem renovare velint possunt hoc facere tacite, & expresse, mediante suorum Tutorum opera sine alio Iudicis Decreto.*

7 *In Societatis renovatione fingitur capitale ex negocio extractum, & rursus in renovata Societate positum.*

8 *Quum in casu renovationis Societatis Capitale numquam ex minorum dominio egrediatur alienatum dici nequit, ideoque ad dictam renovationem sola Tutorum authoritas sufficit.*

9 *Contractus, in quibus de bonorum distractione, vel obligatione non agitur, minores, si pubertati proximi cum Tutoris authoritate, si vero Infantes, Tutores ipsi eorum nomine facere possunt, & personas minorum obligare.*

10 *Societas post mortem unius Socii per eiusdem filios continuata, renovata existimari debet.*

11 *Societas, in qua industria Personæ electa dicitur per mortem alterius ex Sociis ipso iure extinguitur non obstante pacto iurato, ut dicta Societas ad hæredes protraheretur, quia semper ad continuandam Societatem conventione, & novo consensu novorum Sociorum opus est.*

12 *Etsi Testator possit aliquando præcipere, ut hæredes Societatem prosequantur, & propria bona pro tali Societate obliget, & validum sit præceptum, & valida sit obligatio.*

13 *Hoc tamen casu bona Testatoris non pro ipsius debitis, sed pro debitis renovatæ Societatis dicuntur obligata.*

14 *Quando adest conventio, ut per mortem alterius ex Sociis Societas extincta remaneat mens contrahentium clara redditur.*

15 *Unde hoc casu si Societas continuetur ab hæredibus vigore novi consensus nova Societas inducitur ex interventione novarum personarum, præter res incboatas a veteri Societate pro quarum, ut dicunt stralcio Societas antiqua perdurat.*

16 *Quando per Institorem Patris mortui, & sub eadem forma pecuniam pupillarem Tutores passi fuerint negociari, renovationem Societatis factam fuisse deprehenditur.*

17 *Sola patientia Tutorum sufficit pro renovatione Societatis.*

18 *Si post obitum unius Socii Tutores eius filiorum ea non faciant, quæ fieri solent in dissolutione alicuius Societatis ex. gr. bilancium, extractionem capitalium &c. præsumendum est Societatem renovare voluisse.*

19 *Positio novæ pecuniæ pupillaris in Negocio renovationem Societatis confirmat.*

20 *Disdicta Societatis, eiusdem praesistentiam supponit, quia privatio præsupponit habitum.*

21 *Si Societas fuerit renovata præsumitur renovata cum omnibus, & singulis pactis, quibus prima constabat.*

22 *Cum pecunia pupillaris otiosa non sit tenenda, melius implicari non potest*

potest quam in eodem Negocio a Patre pro utili existimato.

23 *Ubi nulla læsio a principio non intervenit, Restitutio in integrum non est tribuenda.*

24 *Restitutio adversus liberam Societatem conceditur si a Minore cum pactis inæqualibus ratione lucri, & damni, vel cum persona minus idonea contracta sit.*

25 *Accomandita contractus valde utilis censetur.*

26 *Minores damnificati contra pacta Societatis merito restitutionem in integrum expostulant adversus omissionem registri Accomanditæ.*

27 *In quolibet actu, in quo ob negligentiam, vel omissionem damnum minoribus illatum sit, restitutionis beneficium eisdem non est denegandum.*

28 *Etiamsi agatur de actibus gestis cum Tutorum, vel Curatorum auctoritate, vel de actibus factis ab ipsismet Tutoribus.*

29 *Quamvis ad pristinum statum Res redire non possit, tamen minoribus conceditur restitutio adversus damnum eisdem obventum.*

30 *Exemplo Matrimonii a minore non contracti iuxta Testatoris præceptum, quo casu conceditur restitutio adversus damnum Minori inde sequutum.*

31 *Quando Minores habent remedium ordinarium contra Tutores non possunt convolare ad remedium Extraordinarium restitutionis in integrum.*

32 *Maxime si de tempore petitæ restitutionis Res non maneat in eodem statu, in quo reperiebatur de tempore Contractus.*

33 *Quia quoties restitutio in integrum competit ex Edicto Minorum, iisdem datur electio, vel agendi contra Tutorem, vel restitutionem in integrum postulandi contra actum perperam male gestum.*

34 *Contraria sententia quibus in casibus procedere possit explicatur.*

35 *Respondetur doctrinæ Cini in Leg. etiam Cod. si Tutor vel Curator.*

36 *Ratio est quia restitutio in integrum ex Edicto Minorum, est remedium ordinarium non extraordinarium.*

37 *Institor æquiparatur Procuratori.*

38 *Pupillis datur restitutio adversum Creditores, cum quibus perperam Institor ultra Capitale contraxerat.*

39 *Institor constitutus dicitur a Minore, etiamsi fuerit electus ab eius Tutore, vel Curatore.*

40 *Semper Minori restitutio conceditur, quoties hoc beneficium, uti pinguius, & melius eidem succurrit, prout in casu, in quo censetur utilius non solvere, quam solutum repetere.*

41 *Reiicitur doctrina Thesauri decis. 103. num. 3, quia in restitutione considerari debet solum quod utilius, & melius sit etiamsi cum beneficio Tutorum negligentium restitutio detur.*

42 *Negligentia Tutorum tanquam defensorum necessariorum dici potest negligentia Minorum.*

43 *Etiam*

43 *Etiam in casu doli Minoribus competit beneficium electionis, sed Creditoribus cedere debent iura contra dolosos Tutores.*

44 *Si de dolo, vel culpa Tutores reprehendi non possunt, Minores contra eos agere non valent, sed restitutionem in integrum petere debent.* & num. 45.

45 *Ad officium Tutoris pertinet Pupillos defendere.*

46 *Ob gravitatem articulorum Pars victa absolvitur ab Expensis.*



IN nostro Voto ad DD. Sex Officiales Curiæ Mercantiæ transmisso, diximus Societatem alias inter D. Carolum Corbinellium, & Dominicum Vannozzium contractam fuisse liberam, & sine beneficio Accomanditæ, non obstante, ut cum dicto beneficio esset, inter eos specialiter fuisset conventum; Quia quidquid sit in terminis Iuris Communis, an Socius in solidum pro debitis ab Institore, seu Administratore Contractus, teneatur etiam ultra ratham Capitalis, quod posuit in Societate, de qua quæstione late per 1
Fontanell. decis. 505. *ad* 508. *& Rot. apud Merlin. dec.* 606. *e* 619. ubi alii materiam tractantes referuntur, vigore tamen Statutorum Curiæ Mercantiæ huius Civitatis *lib.* 2. *Rurich.* 10. Socii omnes pro huiusmodi debitis nedum tenentur in solidum, ut super eodem 2
Statuto, respondit etiam *Castr. cons.* 215. *lib.* 1. sed etiam ratha Capitalis remanet erga Creditores sociales obligata nisi societatem in vim Accomanditæ ineant, eamque copulative registrari faciant in libris præfatæ Curiæ ad hoc specialiter deputatis, ut ex eodem Statuto *dict.* 3
Rub. 10. §. *& non obstante*, disponitur, quo casu Accomandantes mandatum restrictum censentur ad eos obligandum pro ratha capitalis tantum dedisse, & non ultra, ut super dicto Statuto sic pariter iudicavit *Rot. Rom. dec.* 554. *& clarius dec.* 640. *n.* 1. *&* 8. *par.* 1. *rec.* 4
quam descriptionem, cum dictus Dominus Carolus faciendam non curasset merito sine Accomanditæ beneficio eamdem Societatem fuisse habendam declaravimus, ex conclusione satis vulgata, quod, qui Statuti beneficio frui velit omnes qualitates, & circumstantias ab eo requisitas servasse probare debeat ex *Curt. Sen. cons.* 21. *n.* 5. *Roland. cons.* 72. *n.* 52. *vol.* 2. *Borgnin. dec.* 11. *n.* 21. *& decis.* 21. *num.* 24. *par.* 1. & alii passim. 5

Eamdemque Societatem deinde ex præfati Domini Caroli obitu terminatam, inter Dominos eius filios hæredes, & Pupillos, mediante suorum Tutorum opera fuisse cum d. Dominico renovatam pariter declaravimus, cum etiam inter eos sine alio Iudicis Decreto tacite, & expresse sic contrahi potuisset, *Osasch. dec.* 150. *n.* 5. *Mantic. de tacit. lib.* 6. *tit.* 13. *n.* 6. *Gratian. cap.* 360. *n.* 3. *& seqq. Molin. de Iust. & Iur. disp.* 414. *n.* 4. *Duard. de Societ. lib.* 1. *cap.* 3. *qu. pr. n.* 29. *&* 38. *Valasc. consult.* 63. *n.* 12. *vers. quod si Felic. de societ. cap.* 6

41. *n.*

41. n. 4. & 5. *Sanz. de divis. bonor. lib. 2. cap. 8. n. 2.* In qua renovatione, quæ omnino distincta consideratur a prima, fingitur Capitale ex negocio extractum, & rursus in renovata Societate positum, ut
7 per *Alex. cons. 136. n. 4. lib. 5. & Felic. d. cap. 41. n. 35.* quod cum numquam ex Minorum dominio egrediatur alienatum dici nequit,
8 unde nec aliæ solemnitates, quam Tutorum Authoritas desiderantur, *Gratian. d. cap. 360. n. 8. & seqq. & Duard. d. qu. pr. n. 38.* Omnes enim Contractus ubi de bonorum distractione, seu obligatione non agitur Minores si pubertati proximi cum Tutoris authoritate, si vero Infantes, Tutores ipsos eorum nomine facere, & personam minorum
9 etiam aliis obligare posse indubitatum est §. *p. Instit. de auth. tut. Guttier. de tutel: par. 2. cap. 21. num. 10. & 11. Molin. de Iust. & Iur. disp. 224. num. 31. & 32. disp. 300. num. 11. & 12. d. disp. 414. n. 4. & disp. 531. n. 5. Valenz. cons. 90. & n. 35. 36. lib. 1.*

Et cum morte d. D. Caroli, ut diximus, d. Societas fuisset naturaliter terminata, propterea eam renovatam non continuatam exi-
10 stimavimus, *ex Text. clar. in Leg. adeo morte Leg. plane Leg. nemo & Leg verum §. in hæredem ff. pro soc.* quinimo etiamsi adfuisset inter Partes, nedum desiderium, sed et pactum, ut in hæredes continuaretur, adhuc quidquid exadverso dicebatur, verius esset tali pacto etiam iurato non obstante morte alterius ex Sociis, Societatem, in qua industria personæ dicitur electa, ipso Iure fuisse extinctam, & ut ad hæredes
11 protraheretur, nova conventione, & novo consensu illorum opus fuisse *ex Text. puntuali in dict. Leg. adeo morte, Menoch. cons. 12. num. 9. Capic. Latr. dec. 189. num. 17. & seqq. lib. 2.* alios multos allegant *Olea de cession. Iur. tit. 3. cap. 10. num. 11. & plur. seq. & Rot. post eum dec. 56. num. pr. & per tot.* & quamvis possit Testator aliquando precipere, ut hæredes Societatem prosequantur, & etiam propria bona, pro tali Societate obligare, & validum sit præceptum, & valida sit obligatio, attamen revera, ne hoc casu potest Societas eadem conti-
nuari, quæ ipso Iure resoluta non est continuabilis, sed alia ex novo
12 hæredum consensu innovari debet, *Molin. dict. disput. 414. num. 8. Dec. cons. 441. sub num. 5. Valasc. consult. 63. num. 25. Felic. de Societ. cap. 32. num. 38. vers. limitatio ista, & Mantic. de tacit. lib. 6. tit. 24. num. 29.* & bona Testatoris tunc non pro ipsius debitis, sed
13 pro debitis renovatæ Societatis dicuntur obligata, *Cavaler. decis. 41. num. 2. & seqq. decis. 51. & 112. & Rot. post Torr. dict. tract. decis. 112. num. 7.*

At nos extra hanc difficultatem versabamur, quia in capitulis socialibus aderat expressa conventio cap. 14., ut per mortem alterius ex Sociis remaneret extincta Societas post tres menses a die mortis,
14 quæ conventio Contrahentium mentem claram reddebat, *Leg. 2. ff. de in diem addict.* & licet Partes subiunxissent „ *caso che non fossero d' accordo*

cordo

cordo con gli Eredi di proseguire detto Negozio „ non tamen accedente hæredum consensu continuata eadem Societas dici poterat, cum in arbitrio eorum esset repositum illam prosequi, & eorum consensus in hoc fuisset necessarius, & proinde nova Societas inducta propter no- 15
vum consensum, & novarum personarum interventionem omnino erat dicenda, præter quam pro explicatione rerum in veteri Societate gestarum, & pro illius, ut dicunt stralcio, pro quibus non antiqua Societas, sed illius effectus per tres menses remanebant, *Rot. Genuen. decis. 71. num. 7. Magon. decis. Florent. pr. num. 50. & 58. vers. nec* 16
vis, *Rot. apud Torr. dict. tract. de pact. futur. success. dec. 67. n. 10.*

Et renovationem prædictam factam fuisse, satis deprehendebatur, tum quia in eodem Negocio, & per eumdem Institorem pecuniam pupillarem, & sub eadem forma negociari dicti Tutores passi fuerint, 17
Leg. hæres socii, *& Leg. nemo ff. pro soc. Felic. d. cap. 41 num. 5. Sanz. dict. cap. 8. num. 2. 4. & 6. Valenz. dict. cons. 90. num. 30. & 31.* quæ sola patientia, cum ex parte dicti Domini Caroli aliud quam pecuniæ exbursatio præstandum non fuisset, pro renovatione sufficiebat, ut per *Paris. cons. 82. n. 36. lib. pr.* tum etiam, quia finita Societate per obitum D. Caroli, si præfati Tutores noluissent dictam Societatem renovare bilancium dicti negocii facere, tractas coequare, capitale extrahere, utilia dividere, & eiusdem Negocii residuum mercium in partem Dominici ponere iuxta cap. 14. & 15. Scripturæ socialis 18
obligari fuissent, quæ cum omisissent, Societatem renovatam fuisse præsumendum erat, *Soccin. cons. 87. num. 13. lib. pr. & post Menoch. & alios* novissime *Rocc. de Societat. notab. 78. num. 160. & 161.*

Accedebat, quod a Computista dictorum Dominorum Tutorum dicti Negocii renovati calculus bis factus, & a dicto Dominico etiam subscriptus semel fuerat, quinimo, & Dom. Argentina altera ex dictis Tutoribus, magnam pecuniarum summam ad eius Pupillos spectantem, 19
in dicto Negocio posuerat, quæ omnia dictam renovationem confirmabant, *Felic. dict. cap. 41. num. 3. & Roc. dict. notab 78 num. 161. & 163.* quæ corroborantur ex disdicta Societatis paulo ante dicti Dominici decoctionem facta a D. Ludovico de Gianfigliazzis uno ex dictis 20
Tutoribus, quæ necessario dictæ Societatis præexistentiam probabat cum privatio præsupponat habitum, *Leg. decem 117. ff. de verb. oblig.*

Firmata pro constanti præfata Societatis renovatione inter dictos filios minores præfati Domini Caroli prædefuncti, & dictum Dominicum, eamdem cum omnibus, singulis pactis in primo societatis contractu appositis, & per consequens etiam cum dicto pacto Accomanditæ 21
renovata dici debebat, *Bald. cons. 114. lib. 2 Dec. cons. 547 num. 4. Ruin cons. 91. num. 6. lib. 1. Menoch. cons. 122. num 57. Hondedcons. 87. num 27. lib. pr. Rot. Genuen. dec. 71. n. 2. Felic. dict. cap. 41. num. 28. Grat. discept. forens. cap. 852. num. 18. Sanz. dict. cap.*

8. *num.*

8. *num.* 13. ex quo propterea prædictis Tutoribus nomine suarum Pupillarum, Ius tributum fuit petendi, & nobis illis concedendi in integrum restitutionem non adversus renovatam Societatem simpliciter, quia si præfatum Accomanditæ pactum non adfuisset in prima Societate, nullus restitutioni in integrum locus fuisset, cum minores ex ipso actu renovationis maxime fuissent læsi, quia cum pecunia pupillaris
22 otiosa non esset tenenda, & melius implicari non potuisset, quam in eodem negocio a Patre pro utili existimato, *Leg. tutor qui* §. *usuras*, *Leg. ob fœnus ff. de adm. tut. Leg. si negotia ff. de negot. gest. sup. in cap. per vestras* §. 3. *num.* 2. *de donat. int. vir. & uxor.*, *& Guttier. de tutel. par.* 2. *cap.* 9. *num.* 12. In fine damnum, & luctum pupillis succedere non poterat, nisi ex futuro eventu, qui cum ad bonum æque, ut ad malum potuisset vergere, restitutionis petendæ mate-
23 riam non tribuebat, cum nulla læsio a principio non intervenisset, *Leg. fin. Cod. de in integr. restit. Decio conf.* 474. *num.* 11. *Grat. conf.* 4. *num.* 80. *&* 81. *lib.* 1. *Cravet. conf.* 804. *num* 3. *Franch. conclus.* 284. *num.* 57. 58. *&* 61. *lit. R. Faber. in Cod. lib.* 3. *tit.* 19. *defini.* 36 *in fin. Odd. de restitut. in integ. quæst.* 4. *num.* 23. 40. *& seqq. & quæst.* 57. *num.* 18. *&* 19. et eo tantum casu restitutio potuisset adversus liberam Societatem concedi si a minore cum pactis inæqualibus ra-
24 tione lucri, & damni, vel cum persona notorie minus idonea contracta fuisset, ut per *Odd. dict. tract. quæst.* 56. *num.* 29. sed restitutio petita, & concessa fuit adversus omissionem registrationis dicti pacti, & accomanditæ in libris Curiæ Mercantiæ, ut conventum iam fuerat, cum ob hanc omissionem minores a principio fuissent læsi, nam si dicta registratio, ut opus erat facta fuisset, minores periculo quidam perdendi tantum capitale, & utilia, sed tamen spei maius lucrum, etiam ultra ratham capitalis habendi se ponebant, cum talis sit utilitas eorum, qui cum Accomandita Societatem coeunt: dicuntur enim esse ad instar il-
25 lorum, qui cum obolo tantum ludunt nam se ponunt in statu non amittendi nisi dictum obolum, sed plus satis lucrandi, ut sic exemplificat
26 *Fontanell. dec.* 508. *num.* 21. quare cum minores fine dicta restitutione in hoc fuissent contra pacta Societatis damnificati, merito restitutio in integrum adversus dictam omissionem eis competebat, *ex Decio in L. de fideicom. num.* 3. *Cod. de transact. Natt. conf.* 548. *num.* 40. *Mantic. de restit. in integr. cap.* 97. *sub num.* 1. *Odd. ead. tract. dict. quæst.* 40. *num.* 30. *& seqq. num.* 18. Et est etiam conclusio recepta quod in quolibet actu, in quo ob negligentiam, vel omissionem damnum
27 minoribus illatum sit, vel etiam alia vexatio in futurum resultare possit restitutionis beneficium eisdem non sit denegandum nisi contrarium a Iure specialiter dispositum repetiatur, *Leg. auxilium ff. de minor. Leg. minoribus ff. eod.* §. *pupillus*, *Auth. de hæred. & falcid. Afflict. decis.* 370. *num.* 2. *Gomes. var. resolut. tom.* 2. *cap.* 23. *num.* 5. *vers. duode-*

cimo

timo Odd. de restit. quæst. 51. *num.* 2. *Valenz. conf.* 62. *num.* 83. *lib.*
2. quod procedit nedum si ipsimet Minores, sed etiam si cum Tutorum, vel Curatorum authoritate, vel Tutores ipsi contraxissent, cum Tutorum authoritas operetur quidem validitatem, vel invaliditatem contractus, sed non faciat, quod si damnum Minoribus resul- 28
tet, ad quod solum avertendum Iura respiciunt id per integrum restitutionem resarciri non debeat, *Leg. prim. & Leg. etiam Cod. si Tut. vel Curat. Leg. fin. ff. de in integr. restit. Odd. quæst.* 22. *art. pr. num.* 2. *& quæst.* 52. *num.* 15. *versic. ad contrariam.*

Nec præmissis obstabat, quod cum Societas renovata iam terminata fuisset per decoctionem præfati Dominici superflua foret omnis restitutio cum ad pristinum statum Res redire non potuisset, ut est de restitutionis natura; quia quamvis hoc casu restitutio in pristinum statum natur aliter elapsum, & sic ad tempus, in quo posset fieri dicta restitutio Minores reducere non potuisset, attamen competebat, & sic eam concessimus non ad statum prædictum ut erat ante Societatem renovatam, sed adversus damnum, quod inde Minoribus ob omissio- 29
nem dictæ registrationis obvenerat, *Leg.* 3. §. *& si hæres Leg non omnia ff. de minor. Aretin. conf.* 67. *num.* 8. *versic. sed tamen*, *Eugen. conf.* 56. *num.* 1. *&* 11. sic videmus in simili, imo fortiori casu in Minore matrimonium non contrahente iuxta Testatoris præceptum, quia quamvis eidem restitutio in integrum concedi nequeat ad statum primævum contra matrimonium alias contractum, quod est irretractabile, conce- 30
ditur tamen adversus damnum eidem inde sequutum dummodo dolus absit, *Ruin. conf.* 199. *num.* 4. *& seqq lib.* 1. *& conf.* 33. *num.* 8. *lib.* 3. *Cephal. conf.* 356. *num.* 4. *Odd. de restit. in integr. quæst.* 82. *artic.* 6. *Morot. respons.* 97. *num.* 23. *&* 24. *Eugen. dict. conf.* 56. *num.* 3. 11. *& seqq.*

Nec a dicta Sententia nos removere potuit obiectio, quod cum Minores habuissent contra Tutores negligentes pro mala administratione regressum, & sic actionem Tutelæ ordinariam ad extraordinarium re- 31
stitutionis remedium convolare non potuissent, *Leg. in causa* 17. *ff. de minor. Alciat. conf.* 1. *n.* 37. *&* 38. *lib.* 3. *Senatus Pedem. apud Thes. dec.* 103. *sub n* 9. *Merlin. Pignatt. contr.* 76. *num.* 12. *&* 13. *cent.* 2. cum aliis ab eis allegatis, præcipue cum tempore petitæ restitutionis negocium non fuisset in eo statu, quo erat tempore renovatæ Societatis, quo casu, ut prius agendum esset contra Tutorem distinguendo 32
docuit *Cyn. in dict. Leg. etiam in fin. Cod. si Tut. vel Curat.* quem sequutus fuit *Pont. conf.* 26. *num.* 5. *&* 6. *lib.* 1.

Quia prædicta conclusio esset vera in restitutione in integrum competente Minori ex clausula generali, *si qua mihi &c.*, utpote contra actum a Patre inchoatum, & in filium minorem perfectum, ex quo ipse læsus esset, iuxta *Text. in Leg. Emilius*, *cum ibi notatis ff.*

de minor., vel si minor in actibus iudicialibus a Tutore graviter læsus esset, qui est casus specialis, ob rigorem Iudiciorum conservandum, ut in *Leg. properandum in fin. Cod. de Iudic.* his enim casibus, nisi prius excusso Tutore, vel Curatore, & illis non solvendo repertis, restitutionem in integrum obtinere non valeret, secus si Minor restitutionem petere possit adversus actum extraiudicialem a se, vel eius Tutore præcipue in omittendo male gestum, vel etiam contra actum ab Authore gestum, sed a Minore etiam authorante Tutore renovatum, ut est casus presens, tunc enim, cum ex ædicto Minorum, hæc restitutio sibi competat, *Leg. prim. & Leg. ait Prætor ff. eod. tit. de minor. Odd. quæst. 2. num.* 8. sibi electio datur, vel agendi contra Tutorem, vel restitutionem in integrum petendi contra actum perpe-
33 ram, & male gestum, prout pinguius, & melius eidem succurri possit, *ex Text. punctuali in Leg. etiam, & Leg. fin. Cod. si Tutor.*, *vel Curat. ubi scrib. omnes, Leg. Imperatores ff. de minor. Paris. cons.* 100. *num.* 65. *lib.* 1. *Rimin. cons.* 163. *num* 5. *lib.* 1. *Becc. cons.* 12. *n.* 77. *Surd. cons.* 95. *num.* 22. *&* 226. *num.* 16. *Peregr. cons.* 94. *num.* 60. *& cons.* 102. *num.* 4. *& seqq. lib.* 5. *Ludov. decis. Perus.* 55. *num.* 21. *Odd. plene dict. quæst.* 2. *art. prim. num.* 6. *&* 9. *& quæst.* 22 *art.* 3. *Marescott. var. lib.* 2. *cap.* 98. *num* 55. *Cost. remed. subsid.* 48. *n.* 3. *& seqq Cyriac. controv. for.* 243. *num.* 20. *Mantic. de rest. cap.* 146. *&* 148. *Cancer. var. resol. par.* 2. *cap.* 1. *num.* 285. *in fin. & Olea de cession. Iur. tit.* 5. *quæst.* 11. *num.* 32. *Ludovis. decis.* 185. *num.* 9. *ubi Addent.*

Et quamvis *Alciat.*, *Thes.*, *& Merlin. Pignatt.* supra allegati aliter sentire videantur, eorum tamen opinio salvari non posset, nisi in casibus prædictis, & de resolutione Senatus Pedemontani dubitavit, *Thesaur dict. decis.* 103. *num.* 9. *in fin.* qui bonam solutionem ad di-
34 ctam *Leg. fin. Cod. si Tutor. vel Curat.* adhuc datam non invenisse fatetur, & *Alciatum*, ac *Merlinum* reprobant, *Odd. dict. quæst.* 22. *num.* 16. *in fin*, *& Olea dict. tit.* 11. *num.* 31. *&* 32.

Prout, nec obstare poterat doctrina *Cini in dict. Leg. etiam in fin.* quam sequutus fuit *Pont. cons.* 26. *num.* 5. *&* 8. *lib.* 1. quæ intelligenda est iuxtà *Text.* quem *Cyn.* allegat *in Leg. intra utile* §. *fin. ff. de minor.* ut non alias restituatur Minor adversus alienationem suorum Bonorum nisi refundat expensas utiles, vel necessarias, ab Emptore in Re distracta factas, ut etiam sentit *Gloss.* ibi, quod & æquissimum vide-
35 tur cum contra suos Tutores, seu Curatores agere possit, & hoc quia eidem utilius, & pinguius esset contra eos agere, quam restitutionem in integrum, cum expensarum refusione petere, prout in hoc sensu, hanc *Cini*, & *Pont.* sententiam probavit, *Merend. controv. Iur. lib.* 10. *cap.* 25. *num.* 4.

Et hæc conclusio, quod in omnibus, vel male gestis a minore, vel

vel eius Tutore, sit in electione ipsius, vel contra suum Tutorem in redditione rationis, agere, vel gestorum per viam restitutionis in integrum rescissionem petere, ratione non caret, quia restitutio in integrum ex Edicto Minorum, quæ ut diximus, datur adversus per eum gesta, conceditur Minori ob privilegium minoris ætatis, & non est remedium mere subsidiarium, ideoque in eius electione est utendi uno, vel altero, præcipue contra diversos, at illa restitutio, quæ datur ex clausula *si qua mihi*, non datur Minori in privilegium personæ, nec ætatis sed propter iustam causam aliunde provenientem, quo casu eidem non subvenitur, nisi excusso Tutore, & in subsidium, iuxta regulam 36
generalem, de qua in *Leg. fin. ff. de eo per quem fact.* sic docuit *Bartol. in Leg. si infanti Cod. de Iur. delib.* quem sequitur *Ruin. conf. 119. num. 21 lib. 5. & Odd. dict. quæst. 22. art. 3. num. 17. in fin.*

Et licet Tutores, in casu præsenti, pupillorum nomine eum Creditoribus Societatis non contraxissent, attamen cum in renovatione Societatis, omittendo, contra pacta socialia accomandiitæ registrationem, liberum mandatum Socios obligandi dedissent Vannozzio institori, 37
qui Procuratori (cum uterque mandatum habeat voluntarium) in hoc equiparatus erat, *ex Rot. Genuen. decis. 14. num. 62. & seqq* & ipse Vannozzius modo decoctus sit, procul dubio eisdem Pupillis contra præfatos Creditores, eum quibus ultra capitale Institor contraxerat, re- 38
stitutio erat concedenda, *ex gloss. in Leg. cum mandato §. si autem, ubi gloss. in verb. possit, & ibi Bart., & Alberic. Leg. si intra § fin. de minor. Afflict. ad Const. Regn. rubr. 38. num. 19. & rubr. 40. num 26. Cald. in Leg. si curatorem in verb implorare in integr. rest. num. 33 & 34. Mauric. de restit. in integr. cap. 254. num. 2. Grattan. conf. 119. num. 50. & seqq. lib. prim. Odd. de restit. in integr. quæst. 22. artic. 5. num. 35. 37. in fin. 39. & 40. & quæst. 56. num. 19. & 22. Pont. dict. conf. 26. sub n. 3.* Et ad hunc effectum non refert Minores per semetipsos Institorem constituissent, an Tutores, vel Curatores eorum nomi- 39
ne, cum semper ab ipsis Minoribus constitutus dicatur, *Bart. in Leg. Marcellus ff. de fideiuss. Bald. & Castr. in Leg. 3. ubi Alex. num. 4. ff. de in integr. restit. Mauric. eod. tract. cap. 143. num. 2. & cap. 147. num. 3. Cald. ubi supra num. 2. & Odd. dict. quæst. 22. artic prim. preter totum.*

Sed tandem omnis amaritudo removebatur, quia restitutio in integrum non fuit a Minoribus principaliter petita, sed per viam exceptionis, pro se liberando a debitis a dicto Dominico contractis, pro quibus a Creditoribus fuerunt conventi, quo casu absque alia discussione illis erat, hoc beneficium, uti pinguius concedendum, cum eisdem melius, & utilius fuisset non solvere, quam solutum a Tutoribus repetere, *Rimin. dict. conf. 163. num. 10. & 11. Peregrin. conf. 94. num.* 40
60. versic. & denique lib. 2. Merend. dict cap. 25. num. 3. contr. Iur.

& Odd. dict. tract. quæst. 17. num. 33. dict. quæst. 22. n. 31. & quæst. 56. num. 25. quod solum habuit præ oculis Prætor in hac materia *Leg. prim. ff. de minor. Odd. dict. quæst. 22. num. 37.*

Nec admissibilis nobis visa fuit illa exadverso plausibilis ratio considerata etiam a *Thesaur. dict. decis. 103. sub num. 3.* deducta forte ex his, quæ latius tradidit *Cald. in dict. verb. implor. restitut. in integr. num. 33. & 34.* quod stante Tutorum negligentia, iniustum nimis esset, ut Tutores liberi evaderent, & Creditores damnum paterentur; quia huic rationi repugnat dispositio *dict. Leg. fin. Cod. si Tutor. vel Curat.*, ex qua, ut ratiocinatur *Merend dict. cap. 25. n. 1.* aliud considerandum non est, nisi quod melius, & utilius sit Minoribus etiamsi cum beneficio Tutorum negligentium, restitutio detur, quia ex ea
41 liberentur ab actione contra eos competente, ut notant ibi *scrib. in dict. Leg. fin. & Odd. dict. quæst. 2. num 3. & 9. versic. ad quartum*, præcipue cum negligentia Tutorum tanquam defensorum necessariorum quoad hunc effectum dicatur negligentia Minorum, ex qua propterea
42 ab illis acta, uti gesta Minorum per in integrum restitutionem possent rescindi, *Odd. dict. quæst. 22. num. 37. & seqq.* et supra diximus.

Quinimo etiamsi de dolo, vel gravi culpa prædicti Tutores argui potuissent, quod nobis nullatenus constitit, adhuc hoc electionis beneficium Minoribus non potuisset denegari, sed ad summum contra Tutores dolosos Creditoribus Iura cedere, forsan Minores
43 fuissent obligati, ex his, quæ latissime tradiderunt *Merlin. Pignattel. dict. controv. 76. a num. 10. lib. 2. & Olea de cession. Iur. tit. 5. quæst. 11. a num 9. & plur. seqq.* Imino non desunt gravissimi Authores, qui volunt electionem non alias Minoribus esse tributam agendi con-
44 tra Tutores, & Curatores, vel restitutionem petendi, *ex dict. Leg. fin. Cod. si Tutor. vel Curat.* nisi quando Tutores, vel Curatores essent in dolo, vel culpa, cum alias si de dolo, vel culpa Tutores reprehendi non possent, Minores contra eos agere non valerent, sed præcise re-
45 stitutio ab eis esset petenda, quæ opinio fuit *Castr. in Leg. 1. Cod. eod. tit.* quam sequitur, & defendit *Maurit. dict. tract. cap. 146. sub n. 2. versic. sed ego.*

Ex præmissis itaque satis iuste existimavimus, restitutionem petitam fore concedendam adversus omissionem dictæ registrationis Accomanditæ in libris Curiæ Mercantiæ, & adversus damnum inde dictis Dominis Pupillis sequutum, ita ut præfatæ Pupillæ non tenerentur erga Creditores sociales, nisi pro rata Capitalis in dicta Societate positi, & utilium ex ea perceptorum, ac si dicta Accomandita fuisset registrata, a qua restitutionis petitione, non erant arcendi dicti Tutores, etiamsi adversus proprium actum, & propriam omissionem,
46 restitutionem prædictam postulassent, cum ad eorum munus pupillos defendere pertineret, ut per *Odd. dict. tract. de restitut. in integr. qu. 21. num.*

31. *num.* 29. *Maurit. eod. tract. cap.* 27. *num.* 2. *& 6. Cald. in Leg. si Curatorem in verb. implorandum num.* 10. quin imo si Pupilli recusarent adhuc Tutores teneri restitutionem adversus actus læsivos petere voluit, *Maurit. dict. tract. cap.* 144. *num.* 6. *&* 7.

Et ita ex præmissis iudicavimus, absolventes tamen Partem victam ab expensis ob gravitatem articulorum strenue a doctissimis utriusque Partis Advocatis excussorum, *ad Leg. properandum §. sin autem, ubi Iason., & alii scribentes Cod. de Iudic.* 47

Laus Deo, & B. Virgini &c.

Cammillus Finetti Rotæ Audit. & Prætor.
Cosmus Farsetti Rotæ Audit. & Relator.
Petrus de Angelis Rotæ Auditor.

DECISIO XII.

LIBURNEN. RESCRIPTI

diei 7. *Maii* 1683. *cor. bo. me. Dom.* AUDIT. CAMMILLO FINETTI.

ARGUMENTUM.

Revisio Sententiæ obtenta, cum reticentia Instantiæ iam peractæ pro Executione illius in partibus favorabilibus, dicitur Subreptitia, & est ipso iure nulla, & inefficax.

SUMMARIUM.

1 *Approbatio Sententiæ inducitur ex Instantia pro executione Illius in partibus favorabilibus.*
2 *Rescriptum subreptitium est ipso iure nullum, & inefficax, nullamque meretur executionem.*
3 *Delegatio obtenta non expresso in Precibus, quod Petitor Sententiam approbaverat nulla, & subreptitia est.*
4 *Revisio non est concedenda Illi, qui actu aliquo positivo tacite, vel expresse Sententiam approbavit.*
5 *Principis voluntas talis præsumitur qualis de Iure esse debet.*
6 *Succumbens in Iudicio Revisionis debet per Iudicem in Expensis condemnari.*


Entențiam latam per DD. Consules Maris Civitatis Pisarum favore Domini Melibaba de Vastan Armeni sub die 18. Novembris 1681. diximus esse exequendam, & male recursum per Dom. Seth de Saffar pariter Armenum, qui Rescriptum Revisionis obtinuit.

Quoniam cum post latam dictam Sententiam ipse denuo comparverit coram eisdem DD. Iudicibus instando pro illius exequutio-
1 ne in singulis partibus ad eius favorem facientibus, ut ex Compatitionibus diei *6.* 17, & 20. eiusdem mensis, & anni, utique per talem petitionem Sententiam dicitur approbasse, *Leg. ad solutionem Cod. de Re iudic. Ruginell. de Appellat.* §. *9. gloss.* 1. *cap.* 1. *num.* 27. *Gallerat. de Renunciat. centur.* 2. *renunc.* 173. *num.* 33. *Cyriac. contr.* 655. *Andreol. contr.* 192. *num.* 22. *&* 23.

Quam approbationem cum ipse in precibus Serenissimæ Celsitudini Suæ porrectis pro impetranda Revisione reticuerit, Rescriptum super illis emanatum, & obtentum fuit manifeste subreptitium, nullumque
2 beneficium afforte potuit Impetranti, cum explorati Iuris sit, quod Rescriptum subreptitium sit ipso iure nullum, & inefficax, nullamque mereatur exequutionem, ut est notissimum & probat *Scacc. de Appellat. quæst.* 14. *num.* 27. *in fin. Gratian. discept.* 283. *num.* 20. *Cyriac. controv. 696. num.* 1. *& seqq.* & in puncto delegationis obtentæ, non
3 expresso in precibus, quod Sententiam approbaverat, firmat *Cravett. cons.* 303. *sub num.* 13. *in fin. versic. nullitas enim, & num.* 17. *circa medium versic. nec obstat Rescriptum, Tusc. pract. concl. litt. R. concl.* 313. *num.* 16. *Cyriac. controv.* 693. *num* 5. *& Mart. Medic. decis.* 24. *num.* 28. *& seqq.*

Nulli enim dubium esse potest, quod si Principi Serenissimo narrata fuisset talis approbatio, utique Revisionis Rescriptum non conces-
4 sisset, cum de Iure concedi non debeat Revisio illi, qui actu aliquo positivo tacite, vel expresse Sententiam approbavit, *Cravett dict. cons.* 303. *num* 13. *Valosc. cons.* 51. *num.* 55. *& seqq. Muta decis. Sicil.* 82. *per tot. & signanter a num.* 3. 4. 5. 6. *& num.* 15. *vers. immo ex quo, Sousa de Revisione cap.* 12. *num.* 71.

Et Principem iustissimum, qualem Dei Gratia veneramur, minime suaderi potest concedere voluisse, quod non est omnino Iusti-
5 tiæ consonum, cum regulare etiam sit, quod voluntas Principis concedentis talis præsumitur, qualis de iure esse debet, *Leg. ex facto, & ibi gloss. num.* 4. *ff. de vulgar. & pupill.* & alibi passim.

Unde

Unde prædictis stantibus, male diximus fuisse recursum per dictum D. Seth de Saffar, & Sententiam DD. Consulum Maris Civitatis Pisarum inter dictas Partes latam fuisse, & esse exequendam, prout exequi mandavimus, victum victori in expensis condemnando, ad mentem *Reformationis generalis editæ sub die 12. Augusti 1678. fol. 14. num. 12.* in qua dicitur, quod succumbens in Iudicio Revisionis debet per Iudicem in expensis condemnari.

Ex his &c. salvo &c.

Sebastianus Marinus Prætor.
Flaminius Palma Rotæ Audit.
Cammillus Finetti Rotæ Audit. & Relat.

DECISIO XIII.

FLORENTINA NASTRORUM

diei 31. Maii 1683. cor. Dom. AUDIT. SEBASTIANO MARINI.

ARGUMENTUM.

NEgligens in adimplendis iis, ad quæ ex Sententia tenetur, dicitur in mora, & debet præstare damna, & interesse in pœnam moræ, & in odium contumaciæ, iuxta tamen liquidationem faciendam; & sicuti dolus semper præsumitur in eo, qui recusat parere Sententiæ Iudicis, ideo regula vulgata, quod quælibet causa etiam bestialis excusat a mora non militat nisi quando dolus seclusus probetur, & agentis recta intentio luculenter demonstretur.

SUMMARIUM.

1 *Qui petit a Principe Revisionem Sententiæ scientiam veram illius habere præsumitur.*
2 *Scientia præsumpta latæ Sententiæ sufficit ad sanandum intimationis defectum.*
3 *Qui negligit implementum in Sententia Mandatorum dicitur in mora, & debet præstare interesse, quod propter moram non fuit perceptum.*
4 *Actuale Depositum est superfluum, quando effectus, qui a Deposito expectantur certum est non fore sequturos.*
5 *Cum Oblatio est iudicialis habet vim depositi, & consignationis extra Iudicium.*
6 *Oblatio verbalis sufficit stante positiva recusatione Partis.*

7 *Obla-*

7 *Oblatio verbalis, ut debitorem liberet stante recusatione Partis non requiritur expressa, & specifica recusatio, sed etiam tacita sufficit.*
8 *Qui non potest libere disponere de Re sua, illam relinquere debet risico, & periculo Adversarii impedientis.*
9 *Prætensio neglecta coram Principe amplius proponi non potest.*
10 *Consuetudo aliquid faciendi in casibus similibus est retinenda.*
11 *Consuetudo uno actu constituitur.*
12 *In recedente ab eo, quod fieri solet, nec non a naturali ratione, dolus arguitur, vel saltem hoc latam redolet Culpam.* & num. 13.
14 *Ubi Consuetudo est interpres, Principis voluntatis alterari non potest.*
15 *Forma a Iudice præscripta servanda est, adeout, qui eam non observat constitutus dicitur in mala fide.* & num. 16.
17 *Iudici non obtemperans dolo carere non dicitur.*
18 *Sententia esset frustratoria, si subterfugiis eludi posset.*
19 *Exceptiones oppositæ causa differendæ Litis admitti non debent.*
20 *Qui potest arguere in expositis per ipsum malum Ius fovere, & nihilominus a Lite non desistit duritiem præsefert.*
21 *Declaratio moræ est in potestate Iudicis non Partis.*
22 *Tunc solum, quando agitur ad pœnam vitandam causa etiam bestialis excusat a mora.*
23 *Diversa est Iuris dispositio, quando agitur de mora ad pœnam, & quando de illa agitur ad Interesse.*
24 *In eo, qui recusat parere Sententiæ dolus præsumitur.*
25 *In lata culpa, & in eo, qui non cognovit causam esse iniustam, & nihilominus perseveraverit in Lite mora non excusatur.*
26 *Acta in Iudicio inter Partes producta ignorantiæ velamine offuscari non possunt.*
27 *Restauratio damni intrat in omni Obligatione ad factum.*
28 *Qui causam damni dat damnum dedisse censetur, adeout ad emendationem teneatur.*
29 *In refectione damnorum requiritur liquidatio.*
30 *Liquidatio damni facienda est in ea summa, quam Pars damnificata percepisset.*
31 *Damnum dicitur pati, qui Lucrum amittit.*



CUm inani conatu tentasset Dominus Michael Pamphius revisionem Sententiæ condemnantis illum ad obsignandum propriomet signo Nastra Domini Petri Botticelli, subiit animus, eiusdem robur eludere duabus innixus exceptionibus, videlicet, quod declarari deberet in primis cuius sumptibus, & quod cum aliqua distinctione essent obsignanda, quibus tamen neglectis contumaciam ab ipso contractam, & per tantum temporis spatium hucusque perductam, utpote productivam inte-

intereſſe Botticello reficiendum pronunciavimus, iuxta liquidationem tamen faciendam.

Non poteſt enim in dubium revocare Pamphius notitiam Sententiæ ab eo habitam, nedum ex intimatione illi facta, quæ ſola ſatisfuiſſet, ſed ex toto Sententiæ recenſito tenore in precibus S renifſimo porrectis pro illius reviſione obtinenda, vulgata, *Leg. cum precum. Cod. de liber. cauſ.* cum enunciativa prædicta contineat ſcientiam veram (quicquid poſſet dubitari de præſumpta in caſu, in quo Lex, ſeu ſtatutum illam pro forma requireret, prout extra terminos quæſtionis noſtræ loquuntur auctoritates pro Pamphio allegatæ) ſufficiens ad ſanandum etiam intimationis defectum, ubi requireretur, *Bich. dec. 82. n. 9. repetit. in rec. dec. 476. par. 9.* quare negligendo implementum mandatorum in illa dicitur in mora, ex qua proficiſcitur intereſſe præſtandum Botticello, *Leg. cum ſtipulatus ſim. 113. §. fin. ff. de verbor. oblig. Prat. diſc. 1. n. 2. tom. 1. & diſc. 49. n. 24. tom. 2.* quæ ſucceſſive aggravata remanſit, ex requiſitione iudiciali ſubſecuta ſub die 22. Iunii ad obſignandum petias 150. Naſtrorum, & aliis innumeris ſucceſſive in proceſſu regiſtratis. 1 2 3

Nec obſtat, quod Naſtra non fuerint depoſitata in arte ſerici, niſi ſub die 26. Iunii, ibi permanſura riſico, & periculo Pamphii, non autem ad effectum, ut in illis ſignum apponeret, & propterea cum illorum depoſitum fuerit factum ad alium finem, prædictum Pamphium ea de cauſa non afficiebat.

Quia (omiſſo quod petiæ 150. Naſtrorum fuerunt ad dictam Artem aſportatæ ſignum recepturæ ſub die 22. Iunii) cum Botticellus ſub die 20. eiuſdem menſis notificaverit Pamphio Sententiam, offerendo ſe promptum Naſtra vendere, quatenus illa emere vellet, aſportaturus alias ad Artem ſerici ad effectum obſignationis illorum, dicitur idcirco propriæ obligationi ſatisfeciſſe, dum è converſo Pamphius actu Sententiam impugnabat, & pro illius reviſione inſtabat, & pluries ſub diebus 27. & 30. Iunii fuerat proteſtatus, ſe nolle per quemcumque actum ab eo explicandum Sententiam approbare, & pendente adhuc Cauſa in Auditorio Principis Iudicium ſuper illius nullitate, & notoria iniuſtitia auſir intentare, *Rot. in rec. dec. 44. num. 6. par. 17.* nec requirebatur actuale depoſitum, dum ſciebar Pamphium non eſſe bullaturum, *Maur. de oblat. n. 20. & ſeqq. Capyc. Latr. conſ. 37. n. 28. Conciol. alleg. 55. n. 33. Duran. dec. 108. n. 4. & dec. 85. n. 2. & ſeqq. poſt Bonden. collect. legal.* Et cum dicta oblatio fuerit Iudicialis, habet vim depoſiti, & conſignationis extra Iudicium, *Merlin. de pignor. lib. 4. qu. 83. n. 25. Rot. poſt eumdem dec. 70. n. 4. & dec. 219. n. 13. par. 5. rec. Conciol. alleg. 55. n. 30. & ſeqq. Surd. dec. 262. n. 3. Cenc. de cenſ. qu. 107. ſub n. 36. Natt. conſ. 631. n. 2.* accedente præſertim poſitiva recuſatione Pamphii, quo caſu ſat erat 4 5

ſola

6 sola verbalis oblatio, *Gratian. discept. 639. n. 21. & disc. 786. in princ. Rot. dec. 137. n. 1. par. 2. rec. & cor. Ludovis. dec. 214. n 1. & cor. Buratt. dec. 517. n. 3. & 4. & post Merlin. de pignor. dec. 70. n. 5. Conciol. d. alleg. 55. n. 82.* Immo sufficiens erat tacita recusatio, &
7 sola litis contestatio, & contumacia, *Post. de subbast. inspect. 17. num. 182. Duran. d. dec. 108. n. 5. & d. dec. 70. n 5. post Merlin. de pignor. & dec. 109. n. 6. & 7. cor. Cerr. Conciol. d. alleg. 55. n. 33.*

Quare si ex deductis Botticellus non tenebatur ullo modo deponere, & simplicem verbalem deponendi oblationem satis fuisse liquido supra fuerit ostensum, quanto magis dicendum est adimplevisse deponendo, & modo, quo fecit, quia cum Pamphius noluisset emere, & obsignare detrectasset, adeout impedirentur Botticellus, & nastra vendere, & retinere, & cum alias prætenderet Pamphium esse in mora, non poterat illa ad artem serici asportare, nisi, ut ibi starent
8 risico, & periculo Pamphii, ut post alios dixit, *Rot. cor. Bich. decis. 283. n. 24.* & faciunt tradita per *Calvin. de æquit. lib. 1. cap. 88. n. 22. & 23.* preter quamquod, & post depositum ita conceptum adhuc Pamphius fuit pluries interpellatus ad obsignandum, sed perperam eodem obstinate nimis in sua contumacia insordescente.

Frivolam autem, nulliusque momenti fuisse, convincitur allegatam exceptionem, quod videlicet declarari deberet in primis, cuius sumptibus facienda esset obsignatio, quia Sententia demandat Pamphio impressionem tantum, & appositionem proprii signi, quare non erat cur ipse tam solicitus esse deberet de materia, quæ præparatur ab Officialibus, ab antiquis tamen Appaltatoribus exsolvenda, propterea debebat ipse comparere cum signo, & adimplere ex parte sua, ostendendo se promptum, prout bene in huiusmodi veritatis executionem postmodum fuit.

Affectatam pariter, & irrelevantem, animoque impediendi Botticello Nastrorum venditionem adinventam esse patebat altera prætensio obsignandi cum distinctione, tum quia deducta coram Principe fuit neglecta, mediante rescripto *agl' ordini*, & sic tamquam semel reiecta
9 amplius proponi non poterat, *Zuccar. dec. Lucen. 37. n. 7.* tum etiam quia in præteritum cautela prædicta numquam alias fuit adhibita, cum
10 modernus Appaltator proprio signo semper munivisset nostra antecessoris, quapropter solitum erat observandum, *Caph. cons. 491. num. 1.*
11 quod per unicam tantum vicem introducitur, *Cephal. cons. 55. n. 23. Rimin. Iun. cons. 234. n. 233. lib. 3. Magon. dec. Lucen. 14. n. 29.* & sic prætendendo recedere ab eo, quod fieri solebat, nec non a natu-
12 rali ratione, iuxta vulgatam regulam, quod tibi non nocet &c. arguitur in eo dolus, ut pluribus relatis animadvertit *Turr. de Camb. disp. 1. qu. 30. n. 10.* vel saltem latam redolet culpam, *Bald. cons.*
13 *463. sub n. 1. vers. & non exquirere de eo lib. 4. Cravett. cons. 97. n. 6. lib.*

6. lib. 1. Rot. dec. 403. *n. 6. & 7. par.* 10. *rec.* præsertim cum congruat Bannimentis tam antiqui, quam moderni Appaltus, quibus prohibetur retentio, & venditio Nastrorum artis serici, moderníque Appaltatoris signo carentium, & propterea huiusmodi solitum, ut Principis voluntatis interpres alterari non potuit, *De Luc. de Iudic. disc.* 3. *n.* 20. & utpote de forma in præterita Sententia demandata „ dovessi „ nel termine di tre giorni prossimi da detto Sig. Michel Pansi bollare, ovvero marchiare tutti i nastri d' oro, e d' argento falso, che „ detto Sig. Botticelli ha dato in nota, con il bollo, con il quale „ il detto Sig Pansi bollerà i propri nastri di tal qualità „ non poterat temere Pamphius illius omnimodam executionem contemnere, *Rot. dec.* 234. *n.* 20. *par.* 13. *recent.* adeout ob illius inobservantiam, clare dicatur constitutus in mala fide *dec.* 537. *n.* 4. *d. par.* 13. *rec.* Non obtemperans enim Iudici dolo carere non dicitur, *Leg. non potest ff. de reg. iur.* ample *Bargal. de dol. reg.* 39 *lib. 6. n. 1. cum seqq.* alias enim frustratorium nimis fuisset dicere „ che debba marchiare con „ il bollo, col quale bollerà i propri Nastri di tal qualità „ si subterfugiis, & commentis diversimode a propriis Pamphius obsignare debuisset, ad tradita per *Ger. Spin. consf.* 5. *num.* 73. *& consf. 6. n.* 17. & propterea huiusmodi exceptiones uti oppositas causa differendæ Litis non merebantur admitti, *Menoch. consf.* 704. *num.* 21.

14

15

16

17

18

19

His additur, quod cum Pamphius in Dohana, & ad fores Civitatis procurasset affixionem edictorum demandantium, quod Custodes nec Bullettas facerent, nec transitum permitterent, Nastris non obsignatis signo in eisdem Edictis impresso, consulto instabat obsignationem Nastrorum Botticelli diversimode fieri, ut sic appareret, se paruisse Sententiæ, & Botticellus eiusdem beneficio uti non posset exitandi Nastra ad tempus octo mensium restricto; præterquamquod prætensa distinctio signi semper arceret Emptores ab emendo ad evitandas vexationes, quæ illis præsto fuissent mediantibus quotidianis perquisitionibus, & prætensionibus Appaltatorum, illos incidisse in commissum.

Ex quibus corruebat illatio facta per Pamphium, quod cum in Sententia spatium octo mensium tantum Botticello pro refinitione Nastrorum constitueretur, signum erat, quod Iudices non excluserint distinctionem prædictam, immo potius admiserint, cum alias post præfixum tempus non valuisset distingui nova Pamphii Nastrorum Fabrica a præterita Botticelli, nec non etiam, quia restringendo Iudices tempus pro refinitione ad spatium octo mensium post illud Botticello Nastra vendere viderentur interdixisse.

Quia advertendum est, quod tempus octo mensium non fuit in Sententia taxative assignatum, quinimo fuerit reservata facultas illud ulte-

ulterius prorogandi, prout aliis Appaltatoribus ultra triennium fuerat prorogatum, & in tantum appositum fuit tempus octo mensium, in quantum existimarunt, potuisse Botticellum in termino prædicto Nastra refinire, prout satis clare fassus fuit idem Pamphius in precibus sub prætextu gravaminis Principi Serenissimo porrectis „ ibi „ come „ anco dal peso di dover segnare i Nastri della Fabbrica del Bot- „ ticelli con l' istesso, con cui marca quelli della Fabbrica propria, ,, con pericolo evidente di vedere perpetuata la refinizione pretesa, „ e non mai ristretta nemmeno al tempo limitato „ Quinimo Pamphii duriries evidentius elucet, cum ex denegata sibi revisione, quam Princeps Serenissimus vix degustato gravamine semper clementissime
20 indulget, poterat arguere in omnibus per ipsum expositis malum Ius fovere, & nihilominus a Lite non destitit, ut in proposito considerat *Ger. Spin. conf. 6. num. 7. & 15.*

Et dato etiam, quod exceptiones adductæ per Pamphium aliquam saperent relevantiam, nihilominus cum illæ essent Iuris, non facti, & Ius sit certum, moram contraxisse, non est ambigendum, cum illius
21 declaratio esset (prout Pamphius quoque instabat) in potestate Iudicis non Botticelli, ut post *Bero* , & alios bene rem explicat, *Ger. Spin. consult. 5. num. 30. & seqq.*

Quare casui nostro non sunt applicabiles regulæ nimium decantatæ, & per ora pragmaticorum quotidie decurrentes, & pro Pamphio modo inculcatæ, quod videlicet quælibet causa etiam bestialis excuset.
22 a mora; quia hoc procederet, quando ageretur ad pœnam evitandam, alias secus, *Cravett. conf. 233. n. 4. lib. 2. Gabr. lib. 7. tit. de malefic. concl. 8. n. 84. Barg. de dol. lib. 6. regul. 13. n 17.* diversa est enim Iuris dispositio, quando agitur de mora ad pœnam, & quando
23 de illa agitur ad interesse, *Cravett. consult. 64. sub num. 1. & consult. 192. sub num. 17.*

Tum quia regulæ prædictæ militare possent secluso dolo, positaque agentis recta intentione, alias quando, prout in casu nostro, constat de obstinata deliberatione non parendi Sententiæ, nedum factis, sed plu-
24 ribus quoque protestationibus explicata non merentur attendi, cum dolus semper præsumatur in eo, qui recusat parere Sententiæ, *dec. 129. num. 23. par. 15. recent.* prout nec adductæ regulæ locum habent in lata culpa, & in eo, qui cognovit causam esse iniustam, & nihilomi-
25 nus perseveravit in Lite, prout in præsenti, *Gabr. de malef. lib. 7. conclus. 8. num. 70. 79. & 81. Bargal. de dol. lib. 6. reg. 13. numer. 16. Ger. Spin. conf. 6. n. 23.*

Nec prætendi potest, quod ex depositione Ministrorum attis feriæis probatum fuerit solitum bullandi cum distinctione, ut a Pamphio supponebatur in facto.

Si-

Siquidem ex eorum examine manifeste colligitur Nastra antecessoris fuisse per successorem in Appaltu signata unico tantum Marchio, & Sigillo, unde attenta dispositione bannimentorum mandantium, huiusmodi Nastra esse bullanda Marchio artis, & Sigillo Appaltatoris, dicendum est fuisse signata Sigillo quo bullari debebant, non autem Sigillo antecessoris prorsus inutili, & tollebatur omnis dubitandi scrupulus ex confessione primi Appaltatoris emanata in precibus porrectis S. C. S. in quibus verbis expressis fassus fuit, Nastra sibi fuisse bullata signo sui successoris, ex quibus solitum bullandi sine distinctione, & cum solo Sigillo successoris pro tempore in Appaltu satis, superque iustificatum remansit, quæ velamine ignorantiæ Pamphius offuscare non potest, cum eadem acta in primo Iudicio inter easdemmet Partes fuerint producta, *Rot. dec. 19. n. 16. par. 16. rec.* 26

Quibus ita se habentibus, Pamphium teneri ad restaurationem damni Botticello illati ob denegatam signi appositionem non fuit dubitatum, quæ intrat in omni obligatione ad factum, *Leg. stipulationes non dividuntur vers. Cels. ubi DD. ff. de verb. oblig. dec. 479. n. 1. post Cenc. de cens.* cum dicta de causa requisitam Nastrorum venditionem 27 28
complere non potuerit, *Leg. quod si culpa in fin. ff. de eo quod cert. loc. Staiban. de interes. lib. 1. qu. 1. n. 88. Actolin. res. 63. n. 16* ob tritissimam Iuris regulam, quod qui causam damni dat damnum dedisse censetur, adeout ad emendationem teneatur, *Leg. unic. & ibi Rebuff. in præfat. n. 3. Cod. de Senten. quæ pro eo Melius observ. 36. n. 62. Turr. de camb. disp. 1. qu. 30. n. 11. decis. 221. n. 20. par. 16. rec.* quapropter reluctante Pamphio demandatam Nastrorum obligationem implere damna, & interesse præstare tenetur, *Leg. si quis ab alio ff. de re iudic. dec. 50. n. 2. par. 17. rec.* utpote morosus, & in odium contumaciæ *dec. 235. n. 2. par. 18. rec.* iuxta tamen liquidationem faciendam, prout requiritur ad refectionem, iuxta *decis. Cerr. 783. n. 8. quæ est dec. 210. n. 7. par. 14.* in ea quantitate metienda, quam Botticellus retraxisset, si requisitionum tempore Nastra vendidisset, *Dunoz. iun. dec. 461. n. 2.* cum damnum dicatur pati ille, qui lucrum perdit, *dec. 273. num. 21. par. 16. rec.* 29 30 31

Et ita utraque &c.

Flaminius Palma Rota Audit.
Sebastianus Marinus Rota Audit. & Relat.
Petrus de Angelis Audit.

DECISIO XIV.

LIBURNEN. NULLITATIS TENUTÆ

diei 10. Ianuarii 1686. cor. Dom. AUDIT. COSMO FARSETTI.

ARGUMENTUM.

QUando agitur de Melioramentis in Fundo dotalis factis utilia necessariis distinguenda sunt. Hæc fiunt ne Fundus pereat, illa, ut melior efficiatur: In necessariis verum esse potest Maritum, seu eius Hæredem Melioramentorum fructus lucrari, nec cum impensis esse compensandos. In utilibus vero fructus post solutum matrimonium decursos Mariti Hæres lucrari non potest, & si eos percepit cum expensis Melioramentorum sunt compensandi, ideoque Tenuta pro hisce fructibus nulla iudicatur.

SUMMARIUM.

1 *Ex Partita informi, & confusa Impendia non possunt dici plene, & concludenter probata.*

2 *Controversum est, an meliorans Rem alienam, vel quam debet restituere lucretur Fructus perceptos ultra sortem?*

3 *Quidquid dispositum sit in Viro, qui constante Matrimonio Fundum dotalem melioravit, fructusque eo tempore percepit, in Marito tamen divortio facto, vel in eius Herede soluto per mortem Viri Matrimonio, qui Dotem Vidua restituere debet aliis regulis quæstio resolvi debet.* & num. 4.

5 *Distinguendæ sunt Impensæ utiles a necessariis factis a Marito in Fundo dotali constante Matrimonio.*

6 *In necessariis factis, ne totus Fundus, vel illius pars pereat verum esse potest Maritum, seu eius Heredem fructus Melioramentorum lucrari, nec cum Impensis esse compensandos.*

7 *Ratio dictæ conclusionis est, quia hæ impensæ Dotem minuunt, & cum Lex ipso iure partem illam Dotis diminutam in Virum transferat iuxta Impensarum ratam, merito pro dictis Impensis fundi dotales possessionem iure proprio cum lucro fructuum retinere potest, donec sibi a Vidua de Impensis satisfiat.*

8 *Si sine necessariarum impensarum deductione Fundus dotalis Muliere restituatur conditione indebiti posset repeti.*

9 *Impensæ utiles fiunt, ut Fundus melior efficiatur.*

o1 *Hæ Dotem non minuunt.*

11 *Fun-*

11 *Fundus dotalis statim soluto Matrimonio una cum fructibus integre cum augumentis est Viduæ restituendus.*

12 *Sub utilium impensarum prætextu non potest Iure proprio, sed Iure tantum pignoris retineri Fundus dotalis, ut creditum impensarum, scilicet cum fructibus soluto Matrimonio percipiendis compensetur.*

13 *Si retentioni Fundi dotalis locus non est, nullum aliud remedium nisi negociorum gestorum superest si sine Mulieris consensu Melioramenta facta fuerunt. Actio vero contraria Mandati ad quantitatem impensarum repetendam si cum consensu mulieris sint facta.* & n. 14.

15 *Fructus Melioramentorum utilium in Fundo dotali a Viro factorum post solutum Matrimonium decursos Mariti hæres lucrari non potest. Si eos vero percepisset cum expensis melioramentorum iidem essent compensandi.* & num. 16.

17 *In Negociorum gestorum, seu Mandati actione veniunt usuræ pecuniæ pro alio expensæ.*

18 *Attenditur tamen dispositio Iuris Canonici cuius vi propriam impendens pecuniam pro alio, ultra sortem nullum interesse nisi lucri cessantis, vel damni emergentis legitime probare potest.*

19 *Hæc propositio locum habet cum verum, & expressum Uxoris mandatum de impensis faciendis, & Fundum dotalem meliorando intercesserit.*

20 *Fructus percepti post restitutionem Dotis a Muliere Iure veri, & absoluti Dominii percipiuntur.*

21 *Fructus Melioramentorum ad meliorantem spectant cum eorum sit Dominus, quamvis multi Doctores hoc impugnent.* num. 24.

22 *Limita in Melioramentis in Fundo dotali factis dummodo tantum utilia sint.*

23 *Adducitur ratio limitationis.*

25 *Melioramenta, & præcipue Ædificia extra impendentis Dominium sunt, sed Domino soli cedunt.*

26 *Incompatibile est, quod unus Soli, alter Ædificii super Solo constructi sit Dominus.*

27 *Impendens nil aliud consequi potest nisi quantitatem, & valorem expensarum in meliorando erogatarum.*

28 *Nonnulli Doctores utuntur æquitate deducta ex Leg. curabit Cod de act. empt. pro impendente.*

29 *Huic rationi responsum fuit ab aliis Doctoribus.*

30 *Præcipue autem non valet dicta obiectio in impensis utilibus factis in Fundo dotali; si enim impendens fructus dotales etiam Melioramentorum soluto Matrimonio perceptos suos faceret ultra Creditum impensarum, non æquitas pro impendente, sed magna iniquitas pro Vidua resultaret.*

31 *Quod in Mulieris, & publicæ utilitatis favorem est introductum in eius damnum non est retorquendum.*

32 *Sententia contra Ius lata executioni non est mandanda.*
33 *Gravatis concedi semper debet via nullitatis, & recursus.*
34 *Vidua notorie læsa exaudienda est per remedium restitutionis in integrum, quod illa imploravit. Quæ Restitutio a Supremo Magistratu concedi solet.* & num. 35.
36 *Cum ex lata Sententia Heres viri cum enormi damno Viduæ locupletatur, eidem Viduæ succurrendum est etiam officio Iudicis ex æquitate Leg. si me, & Titium ff. si cert. petat.*
37 *Decretum Tenutæ individuum est, & pro credito partim falso latum in totum irritum sit.*
38 *Quod dicitur Decretum substineri debere saltem pro credito vero, intelligi debet quando Decretum concessum esset pro pluribus creditis diversis, & a diversa causa, et obligatione manantibus. Tunc enim substineri posset pro illo credito vero.* & num. 39.
40 *Creditum verum dicitur quod ex actis plene, & concludenter constat.*
41 *Sententia lata non officere nequit, ut quod indebitum omnino est vere debitum dicatur.*
42 *Illud creditum, quod aliqua exceptione perentoria potest elidi, falsum dicitur, etiam ad effectum, ut possit Tenuta, & omnes actus executivi annullari.*
43 *Cum creditum fructuum indebitum prætensum creditum verum longe excedat retentionis locus non est.*
44 *Pro melioramentis utilibus nulla datur hypotheca sed pro necessariis tantum.*
45 *Melioans in necessariis tantum hypothecam in Fundo meliorato habet, & omnibus creditoribus etiam anterioribus præfertur cum ex sua pecunia salva facta dicatur pignoris causa, etiam ad aliorum commodum.*
46 *Spoliatus possessione bonorum suorum per iniustum Decretum Tenutæ ad dictam possessionem est restituendus cum fructuum, damnorum, & expensarum Refusione.*


N hac Causa inter D. Franciscam Viduam de Arsarolis, & D. Antonium Battagliam ab Illustris. Supremo Magistratu, ad referendum mihi commissa, respondi Sententiam alias latam ad favorem d. D. Battagliæ saltem in ea parte, in qua dicta Francisca fuit condemnata ad restituendum eidem Battagliæ etiam Fructus Melioramentorum soluto Matrimonio per mortem D. Sebastiani Battagliæ eius Patris, & Viri quondam D. Monardeliæ de Corsinis præfatæ D. Franciscæ ex primo Matrimonio Matris decursos, qui fructus postea fuerunt liquidati in scutis mille, & ultra, uti notorie iniustam non fuisse de iure exequendam, ideoque integram Tenutam bonorum d. D. Franciscæ a d. Battaglia tam pro sorte dicto-

rum

rum melioramentorum, quam pro fructibus indistincte captam fuisse nullam, eamdemque D. Franciscum ad Possessionem præfatorum Bonorum esse redintegrandam, cum fructuum, damnorum, & expensarum restitutione, & prout latius in mea Relatione.

Ad sic iudicandum motus, quia supposito, quod eadem melioramenta, & impendia pro eis erogata in summa, in d. Sententia expressa ex quadam partita satis informi, & confusa a libro d. D. Sebastiani desumpta relativa ad aliam notulam a D. Antonio Nunez 1 traditam plene, & concludenter fuissent probata, de quo permaxime dubitabam, ex traditis a *Garz. de expens. & melior. cap. 20. num. 22. vers. hinc autem cum n. seqq Giurb. ad consuetudin. Messan. cap. 15. gloss. 16. num. 29. & seqq. Rot. post Cenc. de cens. dec. 541. n. 1.* & aliis passim, qui possent allegari, quem articulum ad discussionem Revisionis a d. D. Francisco petitæ remisi. Et quidquid sit in quæstione illa, an Melioraus rem alienam, vel quam restituere debet, sive bonæ, sive malæ fidei sit possessor, titulum habeat, vel non, fructus melioramentorum ultra sortem perceptos lucretur, de qua sane inter 2 se discordes controvertunt Doctores, ut videre est apud *Covarr. var. resol. lib. 1. cap. 8. a n. 4. & Uffell. ac Didac. de Fer. in addit. Garz. d. tract. cap. 23. n. 54. & seqq. Leotard. de usur. quæst. 13. n. 16. & plur. seqq. Barbos. in Leg. divortio §. fin. a n. 54. ff. sol. matr.* & alios allegatos a *Bich. dec. 406. n. 39. & 40. & Cerr. dec. 484. num. 6. & seqq.* & quidquid dispositum sit in viro, qui constante matrimonio Fundum dotalem melioravit, fructusque eo tempore percepit, de qua 3 quæstione agunt, *Alex. cons. 162. num. 1. & seqq. lib. 7. Adden. ad Bart. in Leg. impensæ in med. ff. de impens. in reb. dot. & Giurb. dict. cap. 15. gloss. 8. n. 5.* qui alios allegat, in Marito tamen divortio facto, vel in eius hærede soluto per mortem Viri Matrimonio, qui 4 dotem Viduæ restituere debent, immo pro restituta ipso iure habetur, aliis regulis est quæstio resolvenda. Distinguenda enim est causa melioramentorum, seu impensarum necessariarum ab impensis utilibus 5 a marito constante Matrimonio in fundo dotali factis, nam si impensæ necessariæ sint, quæ sunt illæ factæ in necessariam reparationem, 6 ne totus fundus, vel pars illius pereat, verum esse posset maritum, seu eius Heredem respective fructus melioramentorum lucrari, nec cum impensis esse compensandos, iuxta tradita a *Garz. d. cap. 23. n. 54. Leotard. d. qu. 13. Cerr. d. dec. 484. n. 6. & seqq.* Ratio est, quia hæ 7 impensæ dotem minuunt, & cum lex ipso iure partem illam dotis diminutam, iuxta impensarum ratam in virum transferat, merito pro dictis impensis fundi dotalis possessionem iure proprio cum lucro fructuum retinere potest donec sibi a Vidua de impensis satisfiat, *Leg. quod dicitur ff. de impens. in reb. dot. Leg. dote ff. de dot. prel. Leg. unic. §. sed nec ob impensas Cod. de rei uxoriæ actione Bald. Novell. de*

dote par. 2. n. 8. Campeg. eod. tract. par. 2. cap.... Afflict. dec. 359.
n. 2. & Boss. pariter dicto tract. de dot. cap. 1. n. 62. Barbos in rubr.
par. 2. n. 30. & seqq. ff. solut. matr. quod adeo verum est, ut si si-
8 ne impensarum prædictarum deductione Fundus dotalis mulieri resti-
tueretur conditione indebiti posset repeti d. Leg. qua dicitur §. si dos,
ubi Gloss. Barbos. & cæteri scrib. Phan. de lucr. dot. in verbo dote num.
23. Barb. d. par. 3. n. 31. & Boss. eodem tract. cap. 1. n. 51. In uti-
9 libus vero, quæ fiunt, ut fundus melior efficiatur, Leg. 1. Leg. quod
dicitur in fin. cum Leg. seqq. ff. de impens. in reb. dot. aliud deciditur
10 nam cum hæ dotem non minuant d. Leg. dote, & dicto §. sed nec ob
impensas, & Fundus dotalis statim soluto matrimonio una cum fructi-
11 bus integre cum dictis augumentis sit Viduæ restituendus d. Leg. u-
nica §. cum autem Cod. de rei uxor. act. Barbos. in d. Leg. divortio §.
ob donationes n. 2. & 26. §. Hermosill. ad Lopez par. 5. tit. 1. Leg. 10.
gloss. 4. n. 221. & 222. nec sub talium impensarum prætextu possit
12 iure proprio, sed iure tantum pignoris retineri, ut creditum impensa-
rum, scilicet cum fructibus soluto Matrimonio percipiendis compen-
setur, iuxta dispositionem Text. in Leg. 1. & 2. Cod. de pig. act. & in
d. Leg. dote ff. de præl. dot. quæ compensatio etiam in dote prohibi-
ta non est, Leg. divortio §. donationes ff. solut. matrim. ibi Barbos. 1.
par. a n. 2. & plur. seqq. & n. 26. Bald. Novel. de dot. d. par. 2. n.
8. vers. item nec propter impensas, Et si retentioni locus, non esset
13 ex eo quod fundus dotalis esset Viduæ restitutus, vel maritus, seu
hæres quantitatem impensarum mallet, nullum aliud remedium nisi
14 negociorum gestorum, si sine mulieris consensu, si vero cum consensu
melioramenta facta fuissent actio contraria mandati ad quantitatem
impensarum repetendam superesset, ex Text. in dict. Leg. unic. §. sed
nec ob impensas Cod. de re uxor. act. Marescott. var. resolut. lib. 2. cap.
113. num. 6. Giurb. dict. cap. 15. gloss. 9. num. 2. gloss. 10. num. 4.
& gloss. 11. num. 10. & 15. Hinc sequitur, ut talium melioramento-
15 rum utilium in Fundo dotali a Viro factorum fructus post solutum ma-
trimonium decursos mariti hæres lucrari non possit, & si eos perce-
16 pisset, cum expensis melioramentorum iidem essent compensandi, sic
per Text. in dict. Leg. dote, & in Leg. in insulam §. fructus in fine, &
ibi Gloss. in verb. compensatis, & Bartol num. 3. versic. nec obstat ff.
solut. matrim. Fulgos. in Leg. fin. sub num. 1. ff. de fund. dotal. opti-
me distinguit Barbos. dict. rubr. par. 3. num. 31. & 32. ff. solut. ma-
trim. Bald. Novell. dict. par. 2. & num. 8. Boss. de dot. cap. 1. n. 55.

17 Et licet de Iure Civili in negociorum gestorum, seu mandati
actione veniant usuræ pecuniæ pro alio expensæ, attenta tamen Iuris
18 Canonici dispositione, qua utimur aliud est: nam propriam pecuniam
impendens pro alio ultra sortem nullum interesse nisi damni emergentis,
vel lucri cessantis legitime probati, percipere potest, ut late Leotard.

de

de usur. quæst. 33. *num.* 13. quæ propositio absque dubio locum habere debet in præfata factispecie, in qua versamur, cum verum, & 19
expressum uxoris mandatum de impensis faciendis, & Fundum Dotalem meliorando intercessérit, ut patet ex dicta partita libri dicti Domini Sebastiani exibita in fine „ ibi „ anzi a preghi della medesima „ *ad Text. in Leg.* 1. *ff. mandat. Mantic. de tacit. lib.* 3. *tit.* 7. *n.* 1.

Et ex his solidissimis Iuris conclusionibus resultat comprobatio meæ resolutionis, quia cum mariti hæres soluto matrimonio repetiisset expensas in melioramentis utilibus matrimonio constante erogatas, idemque dotalis Fundus statim post viri mortem fuisset a Domina Hærede Monardeliæ viduæ restitutus, nec ullum legitimum interesse damni emergentis, vel luceri cessantis probasset, iniusta notorie per consequens remansit Sententia, in qua Domina Francisca Monardeliæ hæres fuit ad fructum perceptorum restitutionem condemnata, cum Iure ve- 20
ri, & absoluti dominii ab ea fuissent percepti, ut clare deciditur ab Imperatore *in dict. Leg. unic. §. sed nec ob impensas, & §. cum autem in fin. Cod. de rei uxor. act.*

Et ex prædictis declaratur illa propositio super qua dicta con- 21
traria Sententia videtur fundata, quod fructus scilicet melioramentorum ad meliorantem spectent cum eorum sit dominus. Quia quidquid 22
sit in aliis melioramentis factis, præterquam in fundo dotali, in hoc tamen cum militet ratio diversa decidendi, talis propositio considerabilis non est, cum ea tantum locum habeat si melioramenta necessa- 23
ria fuissent a marito facta, quia cum ob hæc pro rata impensarum dos fuisset diminuta, & in virum translata, tum posset dici Maritus illius æstimationis doris pro rata dominus ad hoc, ut fructus lucraretur, ut bene distinguunt *Barbos. in d. rubr. p.* 3. *n.* 31. & 32. & *Rebel. de oblig. inst. par.* 1. *lib.* 7. *qu.* 1. *a n.* 5. & 9.

Præterquamquod proposito prædicta etiam extra casum nostrum 24
iuris principiis adversatur eamque falsam profitentur, *Barbos. in dict. Leg. divor. §. fin. n.* 54. *ff. solut. Matrim. Pereir. dec.* 47. *n.* 6. & 7. 25
Gabr. consf. 151. *sub n.* 9. *lib.* 1. *Leotard. de usur. d. qu.* 13. *n.* 23. & *Bieb. d. dec.* 406. *n.* 39. cum verius sit melioramenta, & præcipue ædificia extra impendentis dominium esse, sed domino soli cedere, ex 26
iuribus vulgaribus, & optime comprobat *Leotard. d. n.* 23. & incompatibile sit, quod unus soli, alter ædificii super solo constructi sit dominus, ut dicebat *Pereir. d. dec.* 47. *n.* 7. & *Bieb. d. dec.* 406. *n.* 40. & 41. & per consequens impendentem nil aliud consequi posse, 27
nisi quantitatem, & valorem expensarum in meliorando erogatarum, ex pluribus probavit *Curt. Iun. consf.* 248. *num.* 1. & 2. quem sequitur *Peregrin. de Fideicom. artic.* 50. *n.* 88. & late *Barbos.*, *Pereier.*, *Gabr.*, *Leotard.*, & *alii sup. alleg.*

Minus ad casum nostrum facit æquitas deducta *ex Leg. curabit* 28
Cod.

Cod. de act. empt. qua, spreta dicta prima ratione uti frivola, nonnulli
Doctores pro impendente utuntur *Card. De Luc. de legitim. disc. 35.*
versic bis tunc obstantibus.
29 Quia ultraquod huic rationi respondent *Gabr. dict. cons.* 151.
sub num. 9. Bich. dict. decis. 406. *num.* 39. *& Leotard. dict. quæst.* 13.
num. 24. *& seqq.* adhuc in casu nostro removetur obiectio, quia cum
Lex favore Dotis dispofuerit, ut pro impensis utilibus Dos non mi-
30 nuatur, sed semper integra remaneat, & ut nullo modo sub hatum
expensarum prætextu possit ab Hærede viri illius restitutio una cum
fructibus retardari, non Æquitas pro impendente, sed magna, & in-
tollerabilis iniquitas pro Vidua resultaret, si impendens fructus dota-
les etiam melioramentorum soluto matrimonio perceptos, suos faceret
ultra Creditum impensarum: nam in effectu Dos ob utiles impensas
diminuta remaneret, nec integra cum fructibus restitueretur, cum utili-
tati hæredis cederent, contra *Text. in dict.* §. *sed nec ob impensas, &*
§. *cum autem, & in dict. Leg. dote ff. de dot. prœl.* & sic quod in mu-
lieris, & publicæ utilitatis favorem fuit introductum in eius damnum,
31 & odium retorqueretur, contra *Text. in Leg. quod favore Cod. de legib.*
quod quam periniquum esset quilibet iudicare potest.
Cum itaque præfata Sententia uti contra Iuris apertissimas con-
clusiones lata, in dicta parte satis fuisset iniusta, & ex ea dicta Do-
mina FrancifcaVidua notabiliter, & evidenter gravata remansisset, dum
fuit condemnata ad solvendum D. Battagliæ, ultra expensas meliora-
mentorum, aliam magnam pecuniarum quantitatem pro dictis fructi-
bus, de qua nullo modo erat debitrix, merito executioni non e-
32 rat mandanda; *Bald. cons.* 174. *lib.* 3. *Gabr. cons.* 28. *num.* 7.
& 8. *lib.* 2 *Surd. cons.* 324. *num.* 8. *Nigr. de execut. Reiudic.*
cap. 6 §. 22. *&* 23. *Cancer. par.* 2. *var. resol. cap.* 15. *n.* 56. & cum
eadem Domina Francisca pro hoc evidenti gravamine ad Magistratum
Supremum aditum habuisset, deducens coram eo, qui etiam de æqui-
tate, & sola facti veritate inspecta procedit, omne beneficium sibi ma-
gis proficuum, exaudienda omnino erat, nedum per viam nullitatis,
33 & recursus, qui similibus gravatis semper concedi debet, *Scacc. de*
appell. quæst. 19. *remed.* 3. *num.* 2. sed etiam per remedium restitutio-
34 nis in integrum ab eadem Vidua tanquam notorie læsa imploratæ, *Giurb.*
dec. 77. *num.* 12. *Andreol. contr.* 79. *num.* 15. *Tost. resol.* 41. *n.* 10.
35 quæ & eidem fuit a Supremo Magistratu concessa, *ex Cancer. d. cap.*
15. *num.* 65. *versic. & istam, Odd. de restit. in integr. quæst.* 10. *n.* 34.
quæst. 73. *n.* 36. *& quæst.* 79. *num.* 15. 16. *Altograd. cons.* 24. *n.* 38.
39. *lib.* 1. iuxta praxim quam docent *Signorol. cons.* 129. *n.* 6. *in fin.*
36 quinimmo etiam officio Iudicis ex æquitate *Leg. sic me, & Titium ff.*
si cert. pet. eidem D. Franciscæ succurrendum erat, cum æquum non
esset, ut ex tali Sententia dict. D. Battaglia cum damno tam enormi
dictæ

dictæ D. Franciscæ locupletaretur, *Bald .conſ. 141. num. 7. lib. 1. Rot. par. 1. diverſor. dec. 85. num. 2. & 3. Cancer. cap. 15. n. 65. & 67.*

Ex quo deinde ſequebatur, quod cum dicto fructuum credito non vero fuiſset abſque ulla diſtinctione conceſsum Decretum Tenutæ in Bonis præfatæ D. Franciscæ, merito in totum corruere debebat, cum Decretum Tenutæ individuum ſit, & pro Credito partim falſo latum, in totum irritum ſit, *Leg. 1. §. hæc verba* „ ibi „ ſi exceptione ſubmo- „ veri potuit „ *ff. ne vis fiat, et qui in poſſ. Afflict. deciſ. 459. Cerr. deciſ. 39. num. 18. & ſeqq. & num. 24. Mareſcott. lib. 1. verſ. reſol. cap. 6. num. 2. & ſeqq* 37

Et quamvis multi dicant, Decretum ſubſtineri debere ſaltem pro Credito vero, attamen hoc intelligi debet quando Decretum conceſsum eſſet pro pluribus creditis diverſis, & ſeparatis, & habentibus diverſam originem, & obligationem, ſic *Rot. deciſ. 13 per tot. par. 2. diverſor. Mareſcott. dict. cap. 6. Zuccar. deciſ. Lucenſ. 10. num. 2* nam tunc ſuſtineri poſset pro illo credito, quod verum eſset, ut per *Rot. ubi ſup.* 38

Præterquamquod ad hoc, ut dicta objectio locum habeat de veritate crediti, ex actis plene, & concludenter conſtare debet, ſic *Mareſcott. d. cap. 6. num. 9. quem poſt Alex. Curt. Iun. Gonzad. Cravet. Rot. & alios* ſequitur *Salgad. de reg. prot. par. 4. cap. 14. n. 214.* de quo in caſu noſtro non conſtabat niſi per dictam Partitam libri dicti D. Sebaſtiani ſatis informis, quæ nec adminiculis niſi levibus ſuffulta iuſtificabatur, nec ex Sententia, ſuper qua pendent preces pro reviſione. 39

Nec obicem faciebat, quod dictum Decretum Tenutæ fuiſſet conceſſum in executionem Sententiæ, ex qua ad dictos fructus eadem D. Franciſca fuerat condemnata, quia cum dicti fructus omnino fuiſſent ex Iuris diſpoſitione indebiti, Sententia uti notorie iniuſta, & nulla, non erat attendenda, quæ licet, ut dicunt Doctores, faciat de albo nigrum, non tamen unquam operari poteſt, ut alteretur rectitudo naturalis æquitatis, ut quod indebitum omnino eſt, vere debitum dicatur, *Surd. conſ. 168. n. 39.* & illud creditum, quod aliqua exceptione peremptoria poteſt elidi, ut falſum dicatur etiam ad effectum, ut poſſit Tenuta, datio in ſolutum, & ſimiles actus executivi annullari, tradiderunt *Rum. conſ. 169. n. 26. lib. 2. Aſyn. de execut. §. 54. cap. 12. n. 1. & 2. Odd. conſ. 96. n 5. & 6.* 40 41 42

Minus dicto Battagliæ pro credito vero Melioramentorum ulla retentio bonorum in Tenuta captorum competere poterat, ut aliqui Doctores volunt, tum quia de veritate huius crediti non bene conſtat, & a Sententia illud liquidante, ut dixi, reviſio pendebat, & pro credito non certo Retentio non datur, tum etiam quia cum creditum fructuum indebitum, prætenſum creditum verum longe excedat, retentioni locus non erat, ut bene *Mareſcott. dict. capit. 6. numer. 11. & ſeqq.* 43

Quæ

Quæ vero de hypotheca pro his melioramentis competere dicebantur, insubsistentia mihi visa fuerunt, cum verius sit pro melioramentis utilibus nullam dari hypothecam, cum nullo iure cautum sit,
44 sed pro necessariis tantum *Cost. remed. subsid. in num. 10. Pacific. de salv. inter cap. 4. n. 663.* pro quibus cum tanto minus in re meliorata inesse dicatur, quantum capiunt expensæ melioramentorum necessariorum, ex hoc propterea talis meliorans tacitam hypothecam
45 habet, & omnibus creditoribus etiam anterioribus præfertur, cum ex sua pecunia salva facta dicatur pignoris causa etiam ad aliorum commodum, *Leg. 1. ff. in quibus caus. pignus &c. & Leg. interdium ff. qui pot. in pignor.*

Cum itaque ex dicto Decreto Tenutæ nullo, & invalido, dicta
46 D. Francisca fuisset possessione suorum bonorum spoliata, merito ad dictam possessionem erat restituenda cum fructuum, damnorum, & expensarum consequutione, ut per *Marescott. d. cap. 6. n. 3. 4. & 7.*

Ex quibus &c.

Cosmus Farsettus Illustris. Sup. Mag. Audit.

DECISIO XV.

LIBURNEN. PRÆTENSÆ INCOMPETENTIÆ

diei 19. Decembris 1687. cor. Dom. AUDIT. COSMO FARSETTI.

ARGUMENTUM.

CAusæ Hæbreorum Liburnensium non sunt remittendæ ad eorum Massarios, sed a Magistratu Supremo diiudicandæ: Magistratus enim iste universalem habet in tota Hetruria in Causis Civilibus Iurisdictionem a Principe ei concessam, cui etiam Hæbrei, utpote Legibus Magni Etruriæ Duci subiecti parere debent, non obstante privilegio eisdem concesso remittendi Causas ad proprios eorum Iudices quorum Iurisdictio, quoad Principem concedentem, eiusque Locumtenentem, & Consiliarios Magistratus Supremi non privativa, sed cumulativa censeri debet.

SUMMARIUM.

1 *Magistratus Supremus habet Iurisdictionem in Causis Civilibus universalem in tota Hetruria.*
2 *De Supremi Principis absoluto Imperio sacrilegium est disquirere.*

3 Lo-

3 *Locumtenens Magistratus Supremi vicem Constituentis gerit, ideoque omnia potest, quæ Constituens præter illi reservata.*

4 *Prætor omnimodam habet in tota Florentina ditione Iurisdictionem.*

5 *Remissio Causarum Supremi Magistratus ad alia Tribunalia, magis magisque eiusdem competentem Iurisdictionem universalem comprobat.*

6 *Hæbrei sicuti Legibus Locorum ubi degunt subiecti universalem Magistratus Supremi Iurisdictionem agnoscere debent.*

7 *Iudicium exhibitorium, seu Actio in factum utilis ad exhibendum est Iudicii futuri præparatoria, & qui præparatorii Iudex est Iurisdictionem etiam habet in Iudicio præparato.*

8 *Causæ continentia tunc dividi dicitur quando id, quod venit in ordinem ad Iudicium præambulum coram uno Iudice cognitum, ab illo abstrahitur, & ad alium diversum Iudicem protrahitur.*

9 *Protestatio facta coram Supremo Magistratu eius auctoritatem non prorogandi ab eo, qui præparatorium coram illo instruxit Iudicium, est superflua. Eius enim auctoritas opus non habet prorogatione, eoque solum casu protestatio valet, cum Magistratus habet limitatam Iurisdictionem.*

10 *Privilegium Hæbreis impertitum, ut in Causis inter ipsos eorum Massarios sibi Iudices habeant privative quoad alios non intelligi debet etiam quoad Principem, eiusque Locumtenentem.*

11 *Iurisdictio concessa etiam privative Iudici inferiori non intelligitur concessa in derogationem Iudicis superioris, sed solum paris.*

12 *Limitatur hæc conclusio, quando Iurisdictio minori Iudici in vim privilegii est concessa, dummodo utilitas personæ privilegiatæ concurrat.*

13 *Iterum Iurisdictio concessa privative Iudici inferiori non intelligitur concessa in derogationem Iurisdictionis Iudicis superioris, sed solum paris.*

14 *Hæbrei intra fines Principum Christianorum Iure Romanorum viventium degentes habent filios in sua Potestate.*

15 *In dubio est iudicandum pro Iurisdictione ordinaria, & universali residente in Supremo Magistratu.*



Ptime decrevit Illustriss. Magistratus dum pronunciavit Causam inter David, & Iacob Visinos ex una, & Abram de Costa ex altera Hæbreos super prætensa a dictis Visinis editione, invaliditate, ac iniustitia quarumdam obligationum, & scripturarum, a dicto Iacob Visino ad favorem præfatorum de Costa factarum non esse ad Massarios Hæbreorum Liburni remittendam, sed in eius Supremo Tribunali, allegata incompetentiæ exceptione spreta, pro eiusdem decisione retinendam.

De iurisdictione enim Supremi Magistratus in Causis Civilibus vix est, immo nec vix est, ut possit dubitari, cum ea ex Sereniss. Ma-

Magni Ducis Domini Nostri immenso beneficio in dictis Causis in tota Florentia dictione sit universalis; Nam cum in eodem Magistratu ex Clarissimis, & probatissimis Senatoribus lecto, sicut olim a prima eius constitutione personaliter, ad instar Romanorum Imperatorum, qui audientes etiam Advocatos cum Optimatibus in Concistorio sedentes Ius publice reddere solebant, ut probant *Text. in Leg. Emilius ff. de minor. in Leg. Offidius ff. de legat.* 3. *in Leg. pen. ff. de his quæ in Test. del. in Leg. divi. ff. de iur. patr.* simul residebant, sic, & ad præsens mediante eius Locumtenente ad hoc specialiter electo a publicis, & gravioribus aliis curis distractus idem Serenis. Princeps resideat, & eiusdem nomine, & authoritate omnes Sententiæ, & omnia decreta expediantur, quod conspicuum, & venerabile reddit eiusdem Magistratus Tribunal, ut de Mediolanensi Senatu observarunt, *Plot. in Leg. si quando in antiqua impress. n. 156. Cod. unde vi Garon. de Senator. in prælud. cap. 5. n. 26. cap. 7. n. 1. & 38.* & de Pedemontano *Thesaur. in præfat. ad suas decisiones sub n. 22. & 10. Ant. ab Eccles. observ. 43. n. 20. & seqq. lib.* 1. sicut de Supremi Principis absoluto, & omnimodo imperio, & authoritate sacrilegium, nec impune esset
2 disquirere, *Leg. 2. cum ibi notat. Cod. de crim. sacril.* sic de eiusdem Locumtenentis, & Consiliariorum ex Amplissimo Senatu desumptorum eidem assidentium Iurisdictione in Causis Civilibus universali eisdem concessa controverti non debet, cum Locumtenens vicem constituentis gerere dicatur, & omnia expedire possit, quæ potest con-
3 stituens præter ab ipso reservata, ut notant *DD. in Leg. unic. Cod. de offic. Vicar Leg. suggerente ubi Bart. n. 2 Cod. de offic. eius qui vic. alt. Bald. in Auth. sed novo Iure in princ. Cod. de serv. fug Dec. in Leg. si eadem, num. 8. de offic. Assess. Guid. Pap. dec. 642. num. 2. Marsil. sing. 649. Thesaur. dict. num. 22. Tondut. de prevent. par. 2. cap. 8. num. 23.* quam supremam, & universalem in dicto Locumtenente, & Magistratu ex concessione S. C. S. Iurisdictionem dictis Causis residentem canonizavit idem Serenissimus Princeps in edita Reformatione anno 1678. num.
4 1. & 2.; Et merito quia, cum Florentiæ Prætor omnimodam habeat in tota Florentia ditione Iurisdictionem, quæ ex Statutorum dispositione *Lib. 2. rubr. 18.* declinari non potest, *Angel. cons. 47. & Ancar. cons. 164. num. 1. & 2. versic. descend.* tanto magis hæc Iurisdictio residere debebat in Supremo Magistratu, qui vicem Serenissimi Principis in Causis Civilibus, & aliis Negociis substinet.

Et licet aliquando soleat idem Magistratus Causas ad alia Tribunalia remittere, id non procedit ex eiusdem Magistratus iurisdictionis defectu, quæ est universalis, & indelebilis, sed quia ob Partium inopiam, vel Locorum distantiam ad sumptibus parcendum, vel ob alias negociorum speciales circumstantias Litigantibus sic expedire existimat, quod magis, magisque eiusdem competentem Iurisdictionem
5 universalem comprobat, *ad Tex. in L. Iudicium ff. de iudic.* Cum

Cum itaque certa sit hæc universalis iurisdictio in dicto Magistratu, consequenter dicendum est eam ad omnes S. C. S. subiectos ubivis intra fines Dominii Florentini degentes se extendere, & per consequens etiam ad Hæbreos, cum & ipsi Principum Cristianorum subditi dicantur, Iure Romanorum vivant, ac Legibus, & Statutis Locorum ubi inhabitant ligentur, ex allegatis per *Ricciull. de iur. Person. in stat. Reprob. lib. 2. cap. 14. Merlin. de Legitim. lib. 3. tit. 1. qu. 7. num. 2. Surd. decis. 133. num. 2.* 6

Data igitur hac Iurisdictione universali in Magistratu etiam in Hæbreos in Causis Civilibus, cum dictus David Visinus coram eo sub prætextu, quod in dictis, & aliis obligationibus ineundis Iacob eius filius in sua potestate existens ex sua simplicitate deceptus fuisset esset conquæstus, hinc Iudicium Præambulum, seu Præparatorium Exhibitionis Aphocarum, in quibus Obligationes dicti Iacob eius filii continentur coram eodem Magistratu instituit, a quo iuxta petita etiam Ædictum obtinuit, ut a prætensis Creditoribus hæ omnes Apocæ, in Cancelleria Magistratus exiberentur, quod Ædictum etiam contradicentibus dictis Abraham, & Iacob de Costa, & de incompetentia Magistratus opponentibus, & instantibus, ut Causa ad Massarios Hæbreorum Liburni remitteretur, fuit confirmatum, eique a dictis de Costa paritum fuit, dum Apocas, & Singrapha obligatoria originalia in dicta Cancellaria, iuxta mandata sibi facta, ediderunt, ex quo Iudicio Præparatorio magis confirmata etiam remansit Iurisdictio eiusdem Magistratus in cognoscendo de Præparato; an scilicet dictæ Obligationes iustæ, & validæ fuerint? Iudicium enim Exhibitorium, seu actio in 7 factum utilis ad exhibendum est Iudicii futuri Præparatoria, *Leg. 1. & 2. ff. ad exhib. Aretin. in §. præterea num. 7. instit. de action.*, & qui Præparatorii Iudex est, dicitur etiam Iudex Præparati, ne Causæ continentia dividatur, quæ tunc etiam dividi dicitur, quando id, quod ve- 8 nit in ordinem ad Iudicium Præambulum coram uno Iudice cognitum ab illo abstrahitur, & ad alium diversum Iudicem protrahitur, ex *Text. in Leg. Ordinarii Cod. de rei vend. Leg. nulli ubi Bart. & alii*, & in specie *Add. ad eumdem Bart. in Cod. de Iudic. Afflict. decis. 354. n. 7. & seqq. Salgad. de concurs. Cred. par. 1. cap. 2. §. 2. n. 18. & aliis seqq.*

Et licet *Tondut. de Prævent. Iudic. par. 1. cap. 32. num. 50. & seq.* contra hanc propositionem nonnulla motivet, ex *Aretin. in dict. §. præterea n. 7. & 8.* hæc tamen *Tondut.* dubitatio confunditur ex *Text. in dict. Leg. ordinari Cod. de rei vindic.*, nec probatur ex *Aretino*, qui solum praxim edocet in actione ad exhibendum, quæ præterea movere non possunt, cum alias essent contra dictum *Text.* expressum *in dict. Leg. nulli*.

Nec dicant dicti de Costa sese Iurisdictionem Magistratus Supremi in parendo ædictis, & præceptis sibi iniunctis de exhibendo, non

prorogasse nec in præparatorio, cum semper hoc fecissent sub protestatione, quod eam prorogare non intendebant, sed quod Causa ad Massarios remitteretur.

9 Quia hæc Protestatio superflua omnino fuit, cum eisdem non licuisset impune hanc Competentiam negare in Supremo Magistratu, qui propriam suam Iurisdictionem exercebat, cum eo tantum casu hæc Protestatio uti animi declarativa forte eos iuvasset, si Magistratus limitatam Iurisdictionem habuisset, & in Hæbreos nonnisi prorogabilem, secus si propriam exerceret, ut fecit; nam tunc cum non cadat materia prorogationis frustratoria fuit protestatio, *Leg quia ratio ff. de condit. inst. Barbos. in Leg. pr. art. 1. n. 229. de Iud. Carleval. de Iudic. lib. 1. disp. 2. n. 975.*

Nec impedimentum Iurisdictioni Supremi Magistratus præstare poterat, quod Serenissimus Princeps in Privilegiis Nationi Hæbraicæ anno 1593. impertitis eidem etiam concessisset, ut in Causis inter ipsos Hæbreos vertentes Massarios proprios Iudices privative quoad alios haberent.

Respondetur enim, & primo, quod cum Magistratus Supremus, ut dixi, Serenissimi Magni Ducis Personam, quæ in eodem Magistra-

10 tu mediante suo Locum Tenente residet repræhesentet, & ab eo sub Serenissimi Magni Ducis Etruriæ nomine omnia decreta, & Sententiæ expediantur censeri non debet eumdem Principem Massariis Iurisdictionem privativam, quoad se concedere voluisse, cum ab eo omnis iurisdictio fluere dicatur; Sic *Menoch. lib. 2. præsumpt. 18. n. 1. & seqq. Surd. cons. 56. n. 22. & post Bald. Felin. Rot. & alios Tondut. d. tract. par. 1. cap. 1. n 2.*

Secundo quia, cum Magistratus Supremus sit omnibus aliis Magistratibus superior Iurisdictio concessa privative Massariis Iudeorum, non debet intelligi concessa in derogationem Iurisdictionis, qua frui-

11 tur Magistratus Superior, sed talis concessio privativa intelligitur, quoad alios præter se, *Roman. cons. 456. per tot. Bald. cons. 253. n. 1. lib. 5. Dec cons. 3. n. 2. & 3. Ancar. cons. 164. n. 6. Decian. cons. 118. n. 23. lib. 3. Gram dec. 30. n. 2. & seqq. & cons. 2. num. 8. post decis. Barbos.* alios allegans in *decis. 1. artic. 4. n. 99. 102. & seqq. Manzan. dec. 867. n. 5.* & sepe decidit *Rot. Flor. in mot. lib. 102. pag 154. & lib. 116. pag. 310.*

Et licet hæc conclusio soleat limitari quando Iurisdictio, ut dicebatur esset hæc Massariorum minori Iudici in vim privilegii conces-

12 sa, hæc tamen limitatio accipi debet, quando concurreret utilitas etiam personæ privilegiatæ, agat ipsa, vel conveniatur, alias enim, non est verisimile Principem concedentem voluisse ei auferre electionem illius Iudicis, quem Ius eidem tribuebat ex doctrina, *Angel. in Leg. testamenta omnia sub n. 2.* ubi plene *Cod. de test. Aretin. cons. 102. n.*

102. *n.* 1. *vers. aut Interdictio Feltn. in cap. pastoralis n.* 2. *vers. limita Quinto de offic. ord. Barb. d. art.* 4. *n.* 135.

Cum itaque dictis Visinis quorum erat electio ex *Aretino ubi supra* ob disquisitionem articulorum Iuris super validitate dictarum Apocarum, & aliis rationibus utile magis fuisset habere Iudicem Supremum Magistratum, quam Massarios Hæbreorum, ideo obstare non poterat limitatio supra deducta, sed vigere debebat conclusio generalis, quod iurisdictio concessa etiam privative Iudici inferiori non intelligatur concessa in derogationem Iurisdictionis Iudicis superioris, sed 13
solum paris, ex *Bald. Rom. Ancar. Dec.*& aliis supra allegatis.

Coadiuvabat etiam huius Supremi Magistratus resolutionem magna Æquitas, quia cum dictus David ex filii in sua potestate existentis, (ut habent eos, omnes Hæbrei intra fines Principum Cristianorum iure Romanorum viventium degentes, *Ricciul. de pers. extra grem lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 8. *& cap.* 29. *n.* 1.) obligatione uti forte 14
Institoris, a dictis de Costa prætensi, posset satis dubitari, an erga dictos de Costa remaneret obligatus, sua intererat, ut dictæ Apocæ invalidæ iudicarentur, cum ex hoc penderet an Filius rationem Institoriæ pro dicta summa mutuata reddere Patri teneretur, quod in eadem Causa, & coram eodem Magistratu expediri poterat, sic cum in hac Causa esset commixtum interesse inter Patrem, & Filium, inter quos Magistratus suam authoritatem peculiarem exercere poterat, & debebat, satis æqua fuit resolutio in deneganda Causæ remissione ad eosdem Massarios etiam ex hac ratione, & aliis superadductis, quod, & in dubio facere debebat, cum ageretur de substinenda in Magistratu Iurisdictione Ordinaria, & Universali in eo residente, pro qua in dubio erat iudicandum, & ut minus alteri Iudici concessum 15
in derogationem illius, quæ Magistratui fuit tributa, esset quam possibile sit, *Tondut. de Prævent. par.* 2. *cap.* 44. *n.* 4. & alii passim.

Ex quibus &c.

Cosmus Farsettus Sup. Mag. Audit.

DECISIO XVI.

LIBURNEN. NULLITATIS OBLIGATIONIS FILII FAMILIAS

diei 2. *Ianuarii* 1687. *cor. Dom.* AUDIT. COSMO FARSETTI.

ARGUMENTUM.

MUtuum contractum a Filio Familias inscio Patre nullum est ex Legibus Florentinis. Nec obstat, quod Filius Familias no-

men accomodaverit Negocio Mercantili Patris, quia ex hoc inferri nequit, quod Filius sit Mercator, multoque minus, quod se obligaverit ex causa Mercaturæ, quæ duo sunt necessaria ad validandam Filii Familias obligationem.

SUMMARIUM.

1 *Ex mutuo contracto cum Filiis Familias multa proveniunt mala*, & num. *6.*

2 *Lex Florentina anni* 1471. *rigorosissime sub pœna nullitatis, aliisque pœnis interdixit Filiorum Familias obligationes.*

3 *Hæc Lex moderata fuit anno* 1477. *ut non procedat, quando Filius Familias minor annis XXV. contraxit cum consensu, in Rem, vel ad favorem Patris.*

4 *Ex Statuto Mercantiæ Filius Familias maior annis XXV. cum Patris consensu, vel sine indistincte valide obligatur.*

5 *In Causis Mercatorum Summarie est procedendum.*

7 *Sententia lata contra tenorem Legis anni* 1471. *in Iudicatum transire non potest*, & num. 8.

9 *Iudices debent servire Legi, eamque exequi.*

10 *Hebrei habitantes sub Dominio Principum Christianorum dicuntur Cives Loci ubi degunt, Iure Romano, & Municipali vivunt, & Filios habent in Potestate.*

11 *Nullæ sunt Obligationes Filiorum familias Hebreorum.*

12 *De Iure Communi probibitum non est Filio familias pro Patre, & cum Patris consensu se obligare etiam in mutuo, sed solum probibitum est ne pro Patre conveniatur.*

13 *Mutuum contractum a Filiofamilias maiore annis XXV. sine Patris consensu nullum est.*

14 *Obligatio Filiifamilias* Mercatoris *de Iure Communi valida est.*

15 *Requiritur tamen ad validitatem obligationis, ut Filiusfamilias Mercator sit, & copulative contrahat* ex causa Mercaturæ, *quum hoc Privilegium non Personæ, sed causæ sit datum.*

16 *Mercator is proprie dicitur, qui Mercaturam per se, vel per alium exercet, Merces emit, vendit, & permutat, & similia agit.*

17 *Ex nudo Nomine Filii sub quo cantat Negocium, seu Ratio Mercantilis Institor Filius appellari potest.*

18 *Institoria qualitas Mercatori non convenit quia æquiparatur Actori, Procuratori, vel Negociorum Gestori.*

19 *Institor ex eo dicitur, quod alieno Negotio gerendo instet.*

20 *Mandatum speciale requiritur, ut Institor pecuniam mutuam accipere possit cum obligatione Præponentis.*

21 *Ad obligandum Præponentem debet Institor nedum contrahere nomi-* ne

ne Institorio, sed alia servare, de quibus Text. in Leg. final. de Exercitor. Action.

22 *Si Filius proprio nomine contraxit probari debet Versio in utilitatem Patris, ut Pater de in rem verso teneatur.*

23 *Excluditur versio in utilitatem Patris ex magna Inverisimilitudine, quod Pater dives opus habuerit modica Pecuniarum quantitate.*

24 *Legi antecedenti Generali derogatum non censetur a subsequenti Lege speciali.*

25 *Text. in Leg. sed Iulianus §. quamquam ff. ad S. C. Macedon. procedit in obligatione facta cum tacito Patris consensu.*

26 *Senatus Consultum Macedonianum habet locum quando Patre inscio, vel invito pecunia Filio mutua credita sit.*

27 *Explicatur Bald. in Leg. final. Cod. ad S. C. Macedonian.*



CUM usu, & moribus fuisset comprobatum Statuti Florentini dispositionem *rub.* 110. *lib.* 2. sufficientem non esse ad coercendam malitiam eorum, qui Filiisfamilias mutuam credebant pecuniam, & cum ipsis contrahebant, 1
ex quo ut plurimum ea proveniebant mala, de quibus per *Ulpian. in Leg.* 1. *ff. ad S.C. Macedon.* sapienter ideo 2
& provide Florentini Cives anno 1471. die 4. Aprilis Legem quam *Reformationem* appellant, ediderunt a Serenissimis Principibus, in quos a Populo Florentino omnis authoritatis, & Imperii summa translata fuit, cum aliis Legibus confirmatam, in qua severissime de coetero huiusmodi Filiorum familias obligationes nedum sub earum nullitate, sed etiam sub aliis pecuniariis poenis rigorosissime ad instantiam Patris, & aliorum in dicta Lege nominatorum exigendis, fuerunt interdictae, quae 3
Lex deinde anno 1477, aliqualiter fuit moderata, ut procederet, nisi Filii familias maiores annis 25. cum consensu, & in rem, vel ad favorem Patris promisissent.

Postmodum alia Lex accessit in Statutis Curiae Mercantiae *Rub.* 11. 4
§. *ancora lib.* 2. registrata, in qua fuit dispositum, obligationes Filiorum familias maiorum annis 25. cum Patris consensu, vel sine contractas indistincte validas esse.

In dispositione dictae Legis anni 1471. confisus David Visinus Haebreus Liburnensis Mercator Magistratum Supremum adiens proposuit, quod Iacob Visinus eius filius, & sub eius potestate constitutus, vir licet annis 25. maior simplex tamen potius, quam sagax a Iacob, & Abraham de Costa pariter Haebreis, & Mercatoribus notis in dicta Civitate Liburni commorantibus ad subscribendum quasdam Mutui apochas allectus fuisset, quas obligationes propterea iuxta dictae Legis dispositionem nullas declarari, eosdemque de Costa in expensis, & damnis condemnari institit.

Producta petitione, & citatis dictis de Costa, eidemque termino
brevi, competenti tamen, assignato, licet hi de Supremi Magistratus
incompetentia alias explosa opposuissent, Idem tamen Magistratus summarie, iuxta dictæ Legis præscriptum, & quia sic in Mercatorum Cau-
5 sis esset procedendum, *ad Stracc. de mercat. par. 1. num. 1. Rot. Genuen. decis. 9. num 19. decis. 96. num. 5. & decis. 171. num. 7. Melo de induc. debit. quæst. 17. num. 1. in fin. & num. 2.* qui dicit, hoc
etiam in quocumque Foro procedere, meritis Causæ cognitis, decrevit, obligationes prædictas, uti contra dictæ Legis anni 1471. sanctionem contractas, esse nullas, nec ullam mereri executionem, eosdemque
de Costa in omnibus expensis, & damnis condemnavit, prout latius
in dicta sententia diei 2. Ianuarii lata.

Quæ sententia infrascriptis solidissimis fundamentis substinetur.

Clarissima est enim dispositio dictæ Legis anni 1471. in qua post
narratos abusus, & iniquitates, quæ ex talibus Filiorum familias obligationibus fluebant, non dissimiles ab illis, quæ ex improbi Macedo-
6 nis facinoribus resultantes ansam Senatui Romano præberunt cum speciali sanctione, quæ *Senatus Consultum Macedonianum* fuit appellata,
tantis malis occurrendi, Cives Florentini rigorose non minus, quam
sancte mandarunt, Filiorum familias promissiones, ultra nullitatem obligationis ipso iure incurrendam, indicta etiam pœna pecuniaria scut.
200. indistincte in futurum esse interdictas, talesque Causas a Magistratibus intra unius mensis spatium esse terminandas. Quinimo in tanti
7 facinoris odium sanxerunt, sententias contra dictam Legem latas numquam in iudicatum transire posse, & prout latius in dicta Lege.

Cum itaque habeamus Legem generalem huiusmodi Filiorum familias obligationes improbantem, an dicti Iacob Visini promissiones,
essent invalidæ, ambigendum non erat, cum pro earum nullitate adesset casus Legis expressus, cum Lex licet dura servanda semper sit, &
8 Sententia contra casum Legis apertum lata ipso iure sit nulla, uti lata
contra Iuris publici authoritatem, quæ sacrosancta est, & reverenda, nec
a Iudicibus despicienda, cum Legi servare, eamdemque exequi ipsi
9 debeant, *Leg. omnes populi, ubi Bartol. &c. ff. de iustit. & iur. Leg. prospexit ff. qui, & a quibus, Leg. doce ancillam, Cod. de instant. Leg. illam, ubi Decio Cod. de collat. idem Decio cons. 560. num. 7. Roman. cons. 195. num. 1. Cravett. cons. 4. num. 20.* & est conclusio omnibus satis, superque nota.

Neque dubitandum est, quin huius Legis dispositio, sicuti omnes
Subditos ubique in Ditione Florentina existentes comprehendens, liget etiam Hæbreos, cum hi sub Cristianorum Principum dominio habitantes dicantur Cives Loci, ubi degunt, Iure Romano, & Munici-
10 pali vivant, filiosque in eorum potestate habebat, *Cap. 2. ubi scrib. de conver. infidel. Felin. in cap. Iudeus num. 6. de iudic. Mascard. de probat.*

probat. conclus. 944. *num.* 23. *Marquard. de iudeis par.* 3. *cap.* 4. *num.* 10. *Paris. cons.* 2. *num.* 40. *Leg.* 4. *Ricciul. de insp. pers. iur. grem.* 11
Eccles. Leg. 2. *cap.* 29. *per tot.* & in puncto de obligationibus Filiorum familias Hæbreorum idem *Ricciul. dict. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 4.

Nec præmissæ resolutioni obstare poterant exceptiones ex Reformatione anni 1477. & Statutis Curiæ Mercantiæ *d. Lib.* 2. *rub.* 11. §. *ancora* oppositæ.

Nam quoad Reformationem prædictam ex ipsius verbis omnis removebatur amaritudo, cum nil aliud disponat, nisi, ut obligationes filiorum familias maiorum annis 25. qui cum Patris consensu, vel in Patris utilitatem contrahunt, validæ sint, cum etiam de Iure 12
Communi prohibitum non sit filio familias pro Patre vel cum Patris consensu se obligare etiam in mutuo, prohibitum tantum est, ut non conveniatur pro Patre, ut animadvertit *Fabr. in Cod. lib.* 4. *tit.* 20. *defin.* 3. & 4. ideoque licet Iacob Visinus fuerit maior annis 25. cum 13
tamen nec cum Patris consensu, sed potius eo ignorante, mutuum, de quo agitur contraxisset, cessabat omnis dubitatio ex dicta Reformatione excitata.

Quo vero ad Statuta Mercantiæ maior forte videbatur difficultas, sed & hæc pœnitus removebatur, ponderando, dispositionem dictorum Statutorum circa validitatem indistincte obligationis, & promissionis, filiorum familias maiorum annis 25. non esse intelligendam de omnibus filiis familias, sed de illis filiis familias, qui Mercatores essent, & mercaturam exercerent, ut ex expressis dictæ dispositionis verbis, & sensu constat, quam interpretationem uti 14
Iuris Communis dispositioni conformem, de qua per *Mauson. de cons. exequt. ampl.* 10. *num.* 70. comprobavit etiam *Rot. Florent. in lib. mot.* 99. *a* 106. *vers. etenim*, ubi alia motiva allegantur, Quinimo, nec satis est, ut filii familias sint mercatores, sed etiam neces- 15
se est copulative, ut contrahant ex Causa Mercaturæ, cum hoc privilegium non personæ, sed causæ sit datum, *Bald. in Leg. Macedoniani num.* 5. *in fin. & in Leg. fin. num.* 8. *Cod. ad Macedon. & cons.* 187. *num.* 1. *in fin. lib.* 4. *Alex. cons.* 113. *num.* 1. *& seq. lib.* 7. *Bec. caus.* 5. *num.* 15. *lib.* 1. *Cavalc. alios referens decis.* 31. *num.* 16. *part.* 1. *Cost. de rat. rat. insp.* 43. *num.* 8. *&* 9. *Mauson. d. ampl.* 10. *num.* 70. *vers. subdeclarat*, *Giurb. decis.* 88. *sub num.* 12. sed tantum abest, quod dictus Iacob Visinus fuerit Mercator, & in Causam Mercaturæ a se exercitæ contraxisset, cum potius contrarium sit, cum notorie appareret, dictum Iacob non fuisse Mercatorem, nec causa Mercaturæ mutuam pecuniam suscepisse, cum Negocium omne, & ipsius utile, & incommodum non ad illum, sed ad Patrem spectet, & ideo cum non constitisset, nec constare possit, ipsum Iacob Visinum Mercatorem, seu Negotiatorem esse, dictæ eius

obli-

obligationes sub censura dicti Statuti Mercantiæ cadere non pote-
16 rant, cum Mercator Is proprie dicatur, qui mercaturam per se, vel per alium exercet, merces emit, vendit, permutat, & similia agit, sic *Alciat. in Leg. mercis num. 16. ubi Rebuff. ff. de verbor. signif. Strac. de mercat. part. 1. num. 4. 60. & 72. Dec. cons. 268. in princ. vers. 2. Cravett. cons. 100. num. 1.* ubi alii citantur, & *Mauson. d. ampliat. 10. num. 71.*

Ex quo sequitur, quod etiamsi esset verum, quod dictum Negocium sub dicti Iacob nomine appellaretur, ut contendebant dicti de Costa, quod verum non est, nec ab eis fuit probatum, attamen
17 nec ex hoc poterat dictus Iacob Mercator nominari, sed ex dicto *nudo*, quod erat *Nomine*, ad summum Institor diceretur *Rot. Gen.*
18 *decis. 71. num.* 4. Et eidem non secus, quam si Procurator, Actor, seu Negociorum gestor esset, Mercatoris qualitas, & nomen non conveniret, cum Institor ex eo dicatur, quia alieno negocio geren-
19 do instet *Leg. 1. & Leg. institor. cum Leg. seq. ff. de inst. act. Merlin. contr. 51. num. 8. lib. 2.*

Sed quando etiam hoc Mercatoris nomen eidem sine veritatis præiudicio tribuendum esset, non tamen pro eius obligatione validanda constabat de secundo extremo, quod erat, ut causa mercaturæ obligatio facta fuisset, immo contrarium, quod patet.

Nam, aut intendebant dicti de Costa pecuniam mutuam a dicto Iacob Visino acceptam ab eo in causam Mercaturæ & Negocii paterni fuisse conversam & proinde Patrem præponentem remansisse obligatum, aut prætendebant in causam alterius Negocii a dicto Iacob proprio nomine exerciti pecuniam mutuam fuisse susceptam.

Primo casu inanis videbatur prætensio, quia, licet dictus Iacob fuisset etiam institor paterni Negocii, quod verum non esse supra diximus cum tamen nullum mandatum speciale habuisset ad pecuniam mutuam vel cambio sumendam, vel ad merces emendum, aut aliud agendum,
20 pro quo explendo opus esset pecunia *iuxta Text. in Leg. quicumque §. non tamen ff. de inst. act.* immo officii tacito nomine contraxisset, nullo modo dictus David obligatus remanere poterat. Institor enim negocio expresse præpositus, ut præponentem obliget etiam ad res, pro quibus mandatum speciale non habet, sed tacitum, nedum institorio
21 nomine contrahere debet, sed & alia servare, de quibus est *Text. in Leg. fin. ff. de exercit. & ibi Bart. vers. in iudic. Alex. cons. 44. num. 6. lib. 2. & cons. 217. num. 141. lib. 7. Paris. d. cons. 93. num. 50. & seq. lib. 1. Menoch. cons. 98. num. 74. & cons. 119. num. 12. Aretin. in §. si igitur num. 6. instit. quod cum eo. Roncbegal. in Leg. eamdem in principio n. 159. & seq. plene Rot. Gen. decis. 14. n. 15. 18. 88. 90. & 122. Bim. cons. 10. a num. 31. & 36. & cons. 216. num. 22. Giurb. d. decis. 88. num. 13. Gen. de script. priv. lib. 4. de libr.*
rat.

rat. instit. num. 35. 66. *& plur. seq. late Gratian. decis.* 178. *num.* 2. 3. 8. 9. Et si non institorio nomine sed proprio contraxisse, dd. de 22
Costa asserant, probare debebant pecuniam in rem Patris utiliter fuisse versam, ut idem Pater saltem de in rem verso teneretur *Leg.* 1. *et tot. tit. ff. de in rem vers. et Cod. eod. tit.*

Et quod dictus Iacob prædictam pecuniam non causa Negocii paterni, sed pro propriis & peculiaribus usibus a dictis de Costa mutuam sumpsisset, validissime arguebatur ex magna inverisimilitudine, quod d. David Visinus Mercator notorie ditissimus pro suo Negocio petiis 14. 120. 25. 40. &c. & etiam 600. in pluribus vicibus sumptis opus habuisset, coniunctis protestationibus ab eodem David statimac hæc rescivit publice contra dd. de Costa factis, iuxta *Text. in Leg. si filius fam. & ibi gloss. ff. ad S. C. Maced.* ex quibus hæc facti veritas 23
magis, magisque elucidabatur, ex traditis *ab Alb. cons.* 95. *n.* 6. *lib.* 1.

Secundo vero casu, si dicti de Costa prætendant, d. Iacob valide ex propria persona obligatum ex d. mutuo remansisse, cum tamen non constaret, eumdem Iacob Negocium, quod ipsius esset, exercuisse, eo minus poterat erga dd. de Costa remanere ex d. mutuo obligatus, resistente omnino d. Lege anni 1471. interpretata ab alia Lege anni 1477. quibus a Lege Curiæ Mercantiæ non fuit derogatum, nisi in casu, quod filius familias Mercator esset, & in causam Mercantiæ ab ipso exercitæ contraxisset, ut supra diximus, quæ requisita omnino deficiunt in casu præsenti, cum dictus Iacob nec Mercator sit, nec in Causam Mercantiæ contraxerit, ut supra probatum fuit, quare merito dictæ obligationes ex dicta causa a præfato Iacob factæ validæ esse non poterat, cum dictæ Legi anni 1471. uti generali a subsequenti Lege dictæ Curiæ non fuisset derogatum, ex *Bart. in Leg.* 24
omnes populi num. 31. *in fin. ff. de instit. & iur. Alex. cons.* 40. *num.* 7. *lib.* 4. *Dec. cons.* 195. *num.* 3. *Mascard. de stat. int. concl.* 8. *num.* 70. *& seq.*

Ex præmissis patet obstare non posse *Text. in Leg. sed Iulianus* 25
§. *quamquam ff. ad. S. C. Macedon.* Quia ibi Pater tacite saltem consensum pro filii obligatione præstitit, dum mercibus comparandis eum præposuit, pro quibus pecunia erat opus, ut supra dictum fuit ex *Text. in Leg. quicumque* §. *sed & si pecunia ff. de instit. act.* quare non incongruum erat, & filio Senatus Consultum Macedonianum prodesse non posse, quod locum habet, cum Patre inscio, vel invito pecunia filio mutua credita esset *Leg. si tamen & Leg. si* 26
filius fam. ff. ad S. C. Maced.

Prout nec obstat, quod distinguendo dixit *Bald. in d. Leg. fin. num.* 8. *in fin. Cod. ad S. C. Maced.* cum ibi supponat *Baldus* filium 27
familiam Mercatorem esse, & Mercaturam proprio nomine exercere, unde, & verisimiliter præsumi potest Mercaturæ causa se obligasse;

At

At in casu præsenti aliud est, non enim constat d. Iacob Mercatorem fuisse, nec exercuisse Mercaturam, quare & corruere debet illa præsumptio, & in omnem casum ex coniecturis supra deductis, & ex ipsarum apocarum lectura satis constat, pecunias prædictas non ex causa mercaturæ, sed ut Iacob prædictus in alios usus, & forte illicitos eas expenderet acceptas fuisse.

Ex quibus, &c.

Cosmus Farsettus Supr. Magistr. Audit.

DECISIO XVII.

FLORENTINA LEGATI

diei 6. Iulii 1688. cor. bo. me. Dom. AUDIT. COSMO FARSETTI.

ARGUMENTUM.

Legatum relictum Puellæ „ *venendo il caso di maritarsi, o di Monacarsi* „ non solum quoad solutionem, sed etiam quoad substantiam est conditionale; At pro illo assequendo non est necesse ut conditio, post mortem Legantis adimpleatur, sed sufficit, ut Testatore vivente quandocumqre purificetur.

SUMMARIUM.

1 *Ex verbis* venendo il caso *eruitur Legatum esse conditionale, quoad solutionem.*

2 *Legatum in futurum collatum, & in effectu præstandum dicitur conditionale quoad substantiam.*

3 *Conditio in futurum adimplenda conditionem proprie in se non causam continere dicitur.*

4 *Conditio adiecta executioni Legati, & ipsam Legati substantiam respiciens conditionale reddit Legatum* num. 5. *maxime si Testator Legatum solvere expresse nolit nisi conditione adimpleta.*

6 *In Legato conditionali pro eius consequtione non est necesse, ut conditio post mortem Testatoris adimpleatur sed quando agitur de conditione mixta sufficit si eo vivente fuerit quandocumque purificata.*

7 *Legatum pro nuptiis spiritualibus, vel carnalibus verum non est evanescere si nuptiæ vivo Testatore sequantur.*

8 *Dictio* pro *non causam finalem denotat, sed conditionem proprie demonstrat, quæ quovis tempore purificata efficit ut Legatum debeatur.*

9 *Cau-*

9 *Si Causa cesset non per illius extinctionem, sed per adimplementum & consummationem debetur Legatum.*

10 *Opinio illorum, qui causam finalem in vita Testatoris adimpletam finitam, & extinctam vocant fallax est.*

11 *Distinctio, quod prædicta non procedant in Extraneo dotante exploditur.*

12 *Doctrina* Mancnr. conf. 147. num. 2. & seq. *locum habet in casu, in quo Legatum esset præstandum die Nuptiarum.*

13 *Legatum pro nuptiis debetur quamvis tempore conditi Testamenti mulier nupta sit, dummodo hoc ignoret Testator; non autem si id sciat.*

14 *Si Legans sciat conditionem post Testamentum esse adimpletam & Testamentum non revocaverit Legatum omnino debetur.*



Llustrissima Domina Marchionissa Francisca de Salviatis in suo ultimo, cum quo decessit elogio, proprio caractere conscripto, suo universali hærede instituto Illustrissimo Dom. Marchione Ioann. Vincentio eius nepote, inter cætera sic legavit „ Item lascio alla Signora Eleonora figlia del Sig. Marchese „ Bernabò Malaspina, e della Signora Gostanza Gherardesca, al „ presente fanciulla, scudi mille, che servino per monacarsi, volen„ do, o maritandosi, per augumento di dote, e detti scudi mille si „ sborsino solamente venendo il caso di monacarsi, o maritarsi, e non „ altrimenti, e per una volta tanto, e mancando detta Signora avan„ ti fosse monacata, o maritata, sostituisce la seconda figlia di detti „ Sigg. chiamata Giovanna, e mancata questa, voglio, che in det„ to Legato entri la terza, detta Cassandra, nel medesimo modo „ della prima, e seconda. „

His sic dispositis, ante mortem Testatricis præfata Domina Leonora Monasterium S. Mariæ Candelarum huius Civitatis, facto prius per Illustrissimum Dominum Marchionem eius Patrem solito deposito Dotis, habitum Monacalem suscipiendo, fuit ingressa, sed ante illius Professionem morte repentina correpta obiit eadem Domina Testatrix; Hinc controversia orta fuit, nam cum prædicta Domina Eleonora professionem emittere vellet, a Domino Marchione Io. Vincentio petiit ut sibi Legatum solveret, quod constanter idem Dom. Hæres recusavit, asserens Legatum ex dicto ingressu ante mortem Testatricis esse caducatum, cum omnino cessasset causa, ex qua Testatrix ad ita legandum mota fuit, & ita extincta causa finali, & dispositionem ipsam extinctam prætendebat.

Nobis ex communi Partium consensu a Serenissimo Magno Duce delegata, Partibus sæpe auditis, & eorum Iuribus diligentissime excussis, in sententiam tandem unanimiter devenimus, ut legatum præ-

prædictum deberetur, & propterea d. D. Marchionem Vincentium esse condemnandum, prout ad illud præstandum ex infrascriptis motivis eum condemnavimus.

Primo quia prædictum Legatum relictum per *monacarsi volendo,*
1 *o maritandosi, per augumento di dote, e si sborsino solamente venendo il caso di monacarsi, o maritarsi &c.* nedum quoad solutionem, de qua non videtur dubium ex verbis „ *venendo il caso* „ *ad Bald. cons.*
2 *241. num. 1. vol. 1. Surd. cons. 268. num. 8. cons. 452. num. 39. Ludovis. dec. 296. num. 5. & post Cravett. Becc. Tusc. Rub. & alios, Barbos. claus. 15. & 56.* sed etiam quoad substantiam est conditionale, cum futurum respiciat, & in effectu præstandum sit, si Domina Eleonora Monaca efficiatur, vel nupserit, ut per *Io. de Imol. cons. 114.*
3 *num. 9. Angel. cons. 30. num. 2. & 3. cons. 308. num. 2. vers. tertio lib. 1. Tusc. concl. 342. num. 19. lit. D Galganett. de condit. et demonstr. par. 2. cap. 3. quest. 2. Casanatt. cons. 35. num. 23. et seq.* non obstantibus illis verbis *per monacarsi*, tum quia per modum etiam causæ finalis a Testatore prolatæ, cum in futurum sit adimplenda, conditionem proprie in se, non causam continere dicantur, ut
4 notant *DD. in Leg. si ita legatum 13. in fin. ff. de condit. & demonstrat. Bart. in Leg. 1. ff. eod. & cons. 21. num. 5. lib. 2. Duran. de condit. impossib. part. 3. cap. 2. num. 14.* tum etiam quia conditio
5 adiecta executioni legati, & ipsam legati substantiam, quæ alias esset pura, conditionalem reddit, maxime si Testator solvi legatum expresse nolit, nisi ipsa conditione adimpleta, ut contra *Bald. cons. 286. num. 4. lib. 3. rectius* censuerunt *Angel. cons. 120. n. 3. Alex. cons. 55. num. 2. lib. 2. Gabr. cons. 150. num. 3. & 4. vol. 2. Mantic.*
6 *de coniect. ult. volunt. lib. 12. tit. 20. num. 3. Sett. decis. 31. num. 29. Giovagn. cons. 41. n. 46. lib. 1. Beltram. ad Ludovis. decis. 115. n. 13.* Cum itaque legatum prædictum conditionale fuerit, pro legati ipsius consecutione non erat necesse, ut conditio post mortem Testatoris adimpleretur, sed cum fuerit mixta sufficiebat, si eo vivente fuisset quandocumque purificata, *Leg. hæc conditio 10. & Leg. conditionem 90. ff. de condit. & demonstrat. Leg. si quis hæredem ubi Bart. Bald. Castr. & reliqui Scitæ Cod. de subst. & subst. Castrens. d. cons. 308. num. 2. in fin. Erman. a Cest. late in Leg. cum tale §. si arbitratur ampliat. ult. num. 30. ff. de condit. & demonstrat. Gomez var. resolut. lib. 1. cap. 12. num. 68. & ibi novissimi addent. n. 66. Surd. cons. 393. num 53. Peregrin. de fideicomm. artic. 16. n. 133. Par. de Lar. de Cap. & Arminens. lib. 1. cap. 21. num. 30. Casanatt. cons. 35. num. 8. & 32.*

Hinc facile detegitur erroneam fuisse opinionem eorum, qui voluerunt legatum pro nuptiis spiritualibus, vel carnalibus evanescere
7 si nuptiæ vivo Testatore sequantur, inter quos connumerantur *Bald. cons.*

conf. 493 *lib.* 5. *Paschal. de patr. potest. part.* 3. *cap.* 6. *num.* 52. quasi quod illa dictio *pro* nonnisi causam finalem denotet, qua cessante, & legatum cessare debeat, quia ultra quod *Bald. conf.* 493. *&* *Alba conf.* 52. aliter reprobavit *hac Rot. apud Magon. decis.* 7. *num.* 14. *&* 15. adhuc verius est, hanc dictionem *pro* in simili legato non causam finalem, quæ de sui natura, ut supra diximus, presens vel præscriptum tempus respicit, sed cum in futurum fuerit collata dispositio, conditionem proprie demonstrare, qui quandocumque purificata, legatum deberi *ex Castr. Cost. Gomez*, & aliis, ut supra allegatis quin imo etiamsi illa verba *pro nuptiis* causam finalem solummodo ex præfatorum DD. opinione designaret, quod cessante causa, cesset effectus, quasi quod causa finita, idest extricta finiatur legatum, cum potius hic causa cesset & finiatur non per illius *extinctionem*, sed per ADIMPLEMENTUM & CONSUMMATIONEM, ex quo legatum non inutile, sed corroboratum, & firmatum remanet, sic *Castr. in Leg. filiæ legatum in fin. C. de Legat. & ibi Bald. num.* 1. *& Leg. huius ff. de legat.* 2. *idem Castro conf.* 148. *lib.* 2 *& conf.* 51. *n.* 2. *lib.* 3. *Crass. in* §. *legatum quest.* 58 *n.* 3. *in fin. Casanatt. d. conf.* 35. *num.* 15. *&* 27. *Surd. conf.* 393. *num.* 52. & rationem *Bald. d. conf.* 493. & aliorum, qui causam finalem in vita Testatoris adimpletam, finitam, idest extrictam vocant, maxime fallacem esse dicunt *Surd. conf.* 393. *num.* 51. *versic. quinto & Casanatt. d. num.* 27. tunc etenim causa finalis extincta diceretur, si Legataria Monaca non fuisset effectu, vel minime nupsisset. 8 9 10

Prout etiam, ex præmissis, exploditur distinctio, *a Paschal. & Bald.* & aliis allegata, quod prædicta non procedant in extraneo dotante: Nam cum huius quæstionis resolutio non dependeat ex illo, an Testator dotare teneatur, nec ne, sed *ex adimplemento causæ finalis*, seu *conditionis*, ex quo Legatum non resolvitur, ut supra diximus, quod cum in utroque casu tam Patris, quam extranei legantis vigeat, sequitur, quod talis distinctio substineri non possit, & ideo doctrina *Bald. conf.* 493. ex qua sententia conclusionem hausit *Paschal.* communiter esse reprobatam, imo eumdem *Bald. in d. Leg. filia Cod. de Legat. & in d. Leg. Lucius* 22. *de legat.* 2. contrarium rectius tenuisse tradit *Casanat. d. conf.* 35. *num.* 26. qui in dotante extraneo consuluit, prout etiam *Castr. d. conf.* 51. *lib. Lar. d. cap.* 24. *num.* 30. & alii passim, qui indistincte loquuntur. 11

Minus obstant opposita ex *Manent. conf.* 147. *num.* 2. *& seq. lib.* 2. quæ locum habere possent in casu, in quo Legatum esset præstandum *die nuptiarum*, tunc enim si mulier tempore mortis Testatoris sit nupta, Legatum forte non deberetur, cum iam tempus, quo solvi deberet, sit clapsum ut tempus temporis functionem non recipiat, *Natt. conf.* 486. *num.* 30. *& seq. idem Manent. d. conf. num.* 4. 5. *& seq.* 12

ultra quam quod *Menent. d. cons.* 147. *& Alb. cons.* 52. & pletique
13 alii loquuntur, quando nedum tempore *mortis*, sed & *conditi Testamenti* mulier esset nupta, & tunc quæstio alia distinctione, scientiæ nempe, vel ignorantiæ Testatoris, esset resolvenda, ut si Testator nuptam esse mulierem ignoraverit, Legatum debeatur, secus si sciverit; cum de aliis nuptiis tunc intellexisse credendum sit, *Leg. si ita scriptura §. si Pater ff. de legat. 2. Leg. si iam facta ff. de condit. & demon-*
14 *strat. gloss. in Leg. hac conditio vers. post testamentum ff. eod. tit. Sarmient. select. interpret. lib. 2. cap. 1. num. 8. Spin. in spec. Testam. gloss.* 14. *num.* 152. qui casus ideo distat a præsenti, ut contraria conclusione eius resolutio confirmetur, quod si Legans sciat conditionem post Testamentum esse adimpletam (ut procul dubio supponi debet in Domina Nostra Testatrice, cum monacationes sine scientia & interventu consanguineorum, maxime inter Magnates, & Nobiles, fieri non soleant) & testamentum non fuerit revocatum, legatum omnino ex præsumpta mente Testatoris defuncti debeatur, cum tales conditiones nonnisi semel soleant adimpleri, *Alber. in Leg. cum his §. si mulier n. 5. ff. de condit. & demostr. Castr. d. cons. 51. ubi Adden. num. 6. lib. 3. Dec. cons.* 483. *num.* 3.

Et ita utraque, &c.

Flaminius Burghesius Rotæ Audit.
Ioannes Argentus Rotæ Audit.
Carolus Blanchellius Rotæ Audit.
Cosmus Farsettus Rotæ Aud. & Relat.

DECISIO XVIII.

EADEM FLORENTINA LEGATI QUOAD PROFESSIONEM LEGATARIÆ.

diei 6. Iulii 1688. *cor. bo. me. Dom.* AUDIT. COSMO FARSETTI.

ARGUMENTUM.

Legatum relictum *per monacarsi* obtineri potest etiam a Novitia, quæ ingressa fuit Monasterium viva Testatrice, quoties Professionem emisit post illius obitum.

SUMMARIUM.

1 *Monacus proprie, & vere dicitur non qui habitum suscepit, sed qui professionem legitime emisit.* 2 *In*

2 *In Testamento vulgari sermone conscripto Testatoris verba naturaliter sunt intelligenda.*

3 *Conditio* „ si Monasterium ingrederetur „ *per solum ingressum ante professionem purificatur.*

4 *Secus* „ *in conditione alia* „ si Monaca efficietur.

5 *In Testamenti interpretatione, vulgari etiam sermone scripti ab ipsa verborum proprietate recedendum non est, etiam in casu Testatoris imperiti.*

6 *Conditio nuptiarum purificata non dicitur per sola sponsalia de futuro.*

7 *Argumentum a nuptiis carnalibus ad nuptias spirituales procedit.*

SEcundum fundamentum, ex quo ad sic sentiendum fuimus moti deduximus quia, posito etiam, quod prædicta primo loco allegata cessarent, quæ verissima sunt, adhuc cum præfata Domina Eleonora professionem post mortem Testatricis emisisset, non potest dici causa finalis Legati extincta in vita Testatricis, cum *Monacus* proprie, & vere dicatur non qui habitum suscepit, quia tunc *Novitius* appellatur, sed qui professionem legitime emisit, iuxta illud vulgare, quod habitus monacum non facit, sed professio, *cap. porrectum ubi gloss. cap. ex parte, & cap. ad apostolicam de regular. gloss. in cap. primo in verbo dedicanda de rer. dom. cap. inter corporalia & ibi Abb. num. 10. de translat. Episcop. in punct. Bero cons. 28. num. 4. lib. 1. Purpurat. cons. 188. num. 2. in fin. lib. 1. Guttier. Canon. quæst. lib. 2. cap. 9. num. 21. e 107. Surd. decis. 303. num. 3. e 4.* 1

Et quamvis idem *Surdus num. 5. in med.* velit hanc conclusionem esse limitandam in testamento vulgari sermone, conscripto, cum 2
tunc Testatoris verba naturaliter sint intelligenda, quod etiam voluit *Sim. de Pret. de interpret. ult. volunt. lib. 1. interpret. 1. dub. 3. solut. 11. num. 15. fol. mihi 39.* non tamen in casu supposito a firmata conclusione recedendum putavimus, cum *Surdi* doctrina vera possit esse in illo casu, in quo conditio esset apposita, *non si Legataria Monaca efficeretur, sed si Monasterium ingrederetur.* Nam ex quo novitia etiam Monasterium ingredi naturaliter dicitur, mirum videri non debet, si per solum ingressum ante professionem, huiusmodi conditio dicatur purificata, secus in alia conditione, *si Monaca efficietur* 3
nam cum ex solius habitus susceptione quis Monacus non fit, iuxta 4
iura supra allegata, & supradictum vulgare adagium, habitus Monacum non facit, de quo etiam *per Rot. apud Pen. decis. 1355. n. 17.* non fuit cur recedere debuissemus etiam in Testamento vulgari sermone scripto ab ipsa verborum proprietate, a qua etiam in casu Testatoris imperiti non facile recedendum esse tradit ex *Grat. cons. 108.*

num. 12. vol. 2. Mantic. de coniect. ult. volunt. lib. 3. tit. 5. num. 7. Et eo magis cum huic conclusioni non solum proprietas verborum, favor Legatariæ, & causæ ex qua Legatum est relictum, sed & Testatricis mens adstipuletur. *Tum quia* voluit Legatum exbursari in eventu Monacationis, & sic non de solo ingressu, sed & de professione cogitavit, quo tempore solet Dos irrevocabiliter solvi cum in ingressu tantum deponatur. *Tunc* etiam *quia* parificavit nuptias spirituales cum carnalibus, cum in utroque casu legatum solvi voluerit, & sicuti per sola sponsalia de futuro non diceretur purificata conditio
6 nuptiarum *Leg. eum fuerit ubi Bart. & cæt. ff. de condit. & demonstrat.* sic & de spiritualibus dicendum est, ut purificata non sit earum conditio, nisi per professionem, ex qua dic Monacus irrevocabiliter efficitur, & valet argumentum a nuptiis carnalibus ad spirituales *cap. cum*
7 *de traslat. Prelat. cap. eum inter de elect. Oldrad. cons. 62. Paris. cons. 32. num. 10. lib. 4. Everard. in loc. arg. 33. & alii passim.*

Ex quibus, &c.

Flaminius Burghesius Rotæ Audit.
Iohannes Argenius Rotæ Audit.
Carolus Blanchellius Rotæ Audit.
Cosmus Farsettus Rotæ Aud. & Relator.

DECISIO XIX.

LIBURNEN. EXHIBITIONIS LIBRORUM

diei 9. Decembris 1688. cor. bo. me. Dom. AUDIT. ENEA CAVALCANTI.

ARGUMENTUM.

PRescindendo a Sociis, Administratoribus, & similibus in vim Styli florentini, Mercator non tenetur edere Petenti Libros, nisi indicato nomine Libri, & folio, & in qua parte quis exhibitionem sibi fieri velit. Hoc vero procedit dummodo tria illa requisita adsint *Existentiæ* nempe librorum de tempore motæ Litis, & *Interesse* petentis, & omnis calumniæ suspicio amoveatur. Æquitas autem postulat ut inter Actorem, & Reum reciproca Librorum exhibitio fiat, dummodo *Mandatum* vel expressum, vel saltem tacitum describendi partitam controversi interesse probetur.

SUMMARIUM.

1 *Probata existentia Librorum de tempore motæ Litis, & Interesse Petentis, debet Actor Reo, & Reus Actori Libros exhibere.* 2 Si-

2 *Signanter concurrente tertio requisito, nempe quod deficiat calumniae suspicio.*

3 *Id multo aequius procedit Rei potius, quam Actoris favore.*

4 *Inter Mercatores, qui ex generali consuetudine tenentur conficere, & custodire Libros non est necesse, quod probetur eorum existentia de tempore motae litis si de ea constet de tempore anteriori, ac non probetur amissio.*

5 *Amissio Librorum non probatur mercatoris iuramento licet sit persona valde legalis.*

6 *Interesse Petentis exhibitionem librorum probatur ex eo quod dignoscatur libros petitos quoquo modo ad causam facere posse.*

7 *Probatur etiam solo Petentis iuramento.* Limit. num. 4.

8 *Calumniae suspicio locum non habet ubi editio petitur a Reo adversus Actorem, seu a debitore adversus creditorem, quia praesumitur hoc facere ad dilatandum iudicium.*

9 *In Curia Florentina indistincte Actor tenetur ex aequitate canonica edere Reo, & vice versa.*

10 *Florentiae Stilus est, quod praescindendo a sociis, administratoribus, & similibus Mercatores non coguntur edere petenti, nisi indicato nomine Libri, & folio, & in qua parte quis exhibitionem sibi fieri intendat.*

11 *In editione standum est consuetudini Locorum.*

12 *Illa tantum pars libri quae attinet ad petentem est edenda.*

13 *Ne per indirectum Mercatorum, aliorumque Civium negocia pandantur in praeiudicium pubblicum.*

14 *Interesse Petentis exhibitionem non probatur cum illius generico iuramento.*

15 *Doctores, qui firmant sufficere iuramentum super Interesse intelligendi videntur de Iuramento super* speciali *non indefinito interesse.*

16 *Ut intret Aequitas reciproce edendi inter Actorem, & Reum requiritur* mandatum, *vel tacitum, vel expressum, quod in Libro, vel Libris describeretur partita controversi interesse.*

17 *Si cum Notario, vel Argentario contraxi non requiritur mandatum* expressum, *quia sufficit tacitum emergens ex contractu.*

18 *Qui petit editionem Librorum in actis allegare debet* mandatum *fuisse datum, seu datum praesumi.*

19 *Quando summarie Iudici ostenditur quod petentis interest, etiam deficiente mandato Tertius tenetur edere ad favorem Tertii.*

20 *Sicut quis cogitur pro alio testificari, ita edere saltem actione subsidiaria in factum tenetur.*

21 *In Hyspania non usuvenit titulus de edendo in Supremis Senatibus, ubi attenta veritate iudicatur.*

22 *Stylus Senatus Pedemontani est, quod Iudex iubeat ad se deferri Libros, & si reperiat iustam edendi causam, iubeat edi.*

23 *Liquidatio debiti a Debitore facta, sed a Creditore in Libris omissa tamquam dolum redolens non præsumitur.*

24 *Doctores, qui librorum exhibitionem etiam sine mandato videntur concedere, vel non descendunt ad inquirendum de mandato, sed potius illud supponunt in interesse, quod requiri firmant.*

25 *Vel loquuntur in casu styli particularis.*

26 *Vel hoc asserentes in casu Tertii non sunt extendendi ad casum de Actore & reo inter se de exhibitione disceptantibus.*

27 *Editio saltem reciproca Actoris & Rei non nisi in æquitate nititur contra Iuris rigorem; & proinde hic rigor videtur compensandus cum interventu Mandati saltem taciti.*

28 *Exceptio pertinens ad Iudicium ordinarium non est attendenda, sed reservanda, quando de iudicio exequutivo quæstio est.*

29 *Vigore Epistolæ opportune recognitæ competit Via exequtiva.*

30 *Sequestri confirmatio exigit plenam crediti iustificationem.*

31 *Libellus inepte conceptus ad obtinendam confirmationem sequestri non vitiatur stantibus clausulis salutaribus.*

32 *Non est attendendus cortex verborum, sed sensus, & mens Proferentis.*



Llustrissimus Dominus Marchio, & Senator Franciscus Ferroni, cum usque de anno 1658. negociationis causa moraretur Amstelodami, inde una cum D. Octavio Tenzini altero ibidem Negociatore misit ad *Liburnum* quandam Navim frumento plenam pro dimidio utrisque spectantem directam D. Iosepho Armano Liburni Negociatori, ut pro eis frumentum ibidem venderet. Hic audita gravi, tunc temporis, frumenti pœnuria apud militias Venetas in Insula *Cretæ* ob invasam per Turcas, atque obsessam, & postea deplorabiliter devictam totam Insulam, ut rem utilem, adeoque gratam faceret Amicis, illuc eamdem impulit Navim, ut utilius venderetur frumentum: venditione sequuta pro pretii solutione habuit cedulam petitrum quinquemillium (ut vulgo dicitur ab octo realium) sibi solvendarum a Serenissima Republica Veneta, quam cedulam statim trasmisit Venetias ad Dominum Ioannem Piatti ibidem Negociatorem, ei imponendo dictæ summæ exactionem in favorem dict. Dominorum Ferroni, & Terzini cum declaratione quod tota summa ad eos pertinet, & ad unumquemque pro dimidio, & cum ordine, quod de hac te ipsos redderet commonefactos, & cum eis teneret propositum.

Pluribus inde subsequtis, quorum consulto omittitur narratio, tamquam minus ad præsentem inspectionem conducens, die 19. Iulii 1687. idem D. Marchio in Curia Liburni commisit sequestrum apud D. Ioannem Antonium Huigens super Effectibus aliisque rebus spectantibus ad Hæredes dicti D. Ioanni Piatti. Prosequens deinde pro obtinenda sequestri confirmatione, dato prius dictis DD. Hæredibus

ab-

absentiæ Curatore, die 18. Augusti præsentavit suum principalem Libellum, ubi narratis prædictis, & ultro narrato, quod collusive dictus D. Ioannes Piatti remisit dictam cedulam ad dictum Dominum Iosephum Armano ad effectum compensandi, prout compensavit illius valorem cum dicta Serenissima Repubblica, & quod interest eiusdem D. Ioannis tamquam partem habentis in dicto Negocio Liburni, & de his ipse Dom. Actor non habuit notitiam nisi post decoctionem dicti D. Iosephi, propterea concludit petendo condemnari dictos Hæredes reos conventos, & pro eis dictum Curatorem in dicta summa petiarum 5000. cum interesse ad rationem sex pro centenario, & anno, & ad hunc effectum sibi confirmari dictum sequestrum, ut latius in dicto Libello ad quem &c.

Tandem die 18. Decembris 1687. fuit in Causa pronuntiatum cum assignatione dierum viginti pro dictæ cedulæ exhibitione in actis alias, &c.

Per appellationem dicti Curatoris devoluta Causa ad hoc Tribunal institit idem Curator condemnari dictum Dominum Actorem ad exhibendos libros suæ prædictæ Negociationis exercitæ Amstelodami in computis habitis cum dicto D. Iosepho, cum dicto D. Ioanne, & hæredibus Piatti, & cum dicto D. Octavio, & sociis Tenzini cum opportuno Iuramento super interesse dictæ exhibitionis, & cum declaratione, quod institit in hac exhibitione ad effectum docendi, quod D. Actor solum Iosephum Armanno voluit habere pro Debitore, vel quod fuerit satisfactus, seu concordatus ab aliquo ex prædictis, & quod stante longa Negociatione prosequuta post dictam decottionem inter dictum D. Actorem, & ipsos Dominos Reus nullam de hac re habuit contra eos prætensionem.

Superatis nonnullis difficultatibus, quæ ceciderunt super dd. Librorum existentia die 14. Septembris 1688. fuit pronunciatum exhibendos esse Libros in partibus tantum concernentibus debitum, & creditum dicti D. Actoris cum dicto Iosepho occasione dicti frumenti, cum suis successive relatis Libris, reservata facultate alias iudicandi super cæterorum prædictorum computorum, seu Librorum exhibitione petita.

Instantibus postmodum utrisque Partibus super reservationis declaratione, accepta resolutione, quod ad Iudicem controversi libri transportarentur, hisque transportatis, & bene observatis una cum D. Antonio Francisco Boddi Perito, ad hunc effectum electo cum, & sine ulla discrepantia Partium, & cum commoditate illum informandi, ac libertate cum eo confabulandi, & post dictam observationem dicti Periti accuratam reperto nullum resultare ab ipsis libris interesse, ut supra declaratum a dicto Curatore appellante, tandem die Nona subsequentis Decembris dictus D. Actor fuit absolutus ab exhibitione

dicto-

dictorum cæterorum petitorum librorum. Pro reddenda huius postremæ resolutionis petita per Reum ratione

Reperitur satis communiter receptum quod, posthabito Iuris rigore, ex æquitate Canonica fundata in sancto eruendæ quoquo modo veritatis præcepto, hodie probatis illis duobus requisitis *Existentia* nempe librorum de tempore motæ litis, & *Interesse* petentis debeat Actor Reo, & viceversa Reus Actori libros in Iudicio exhiberi pe-
1 tenti edere, ut de stylo *Rotæ*, pluriumque aliorum Tribunalium, & quidem supremorum plurimis recensitis authoritatibus tradit *Parex. de instrum. edit. tit. 7. resol. 1.* late a *num. 8. ad n. 14. Roman. cons. 383. n. 8. Fachin. cons. 36. num. 9. lib. 2. Ciriac. contr. 13. n. 71.*
2 & cum aliorum caterva *Rota in volanti decis. cor. R. P. D. Bourlemont in Romana Pecuniaria, seu Attentatorum Merc. 16. Novembris 1678.* plurimis aliis collectis *Post. de manut. observ. 99. num. 1.* signanter
3 concurrente tertio requisito, nempe, quod deficiat calumniæ suspicio, ut apud *Rot. decis. 115 num. 1. part. 17. recent.* quamquam id totum multo æquius procedat Rei potius, quam Actoris favore per *Textus in Leg. 1. Leg. prætor art. 4. ff. de edend. in Leg. fin. Cod. eod. Parex. d. resol. 1. num. 6.*

Immo quando exhibitio fieri petitur a Mercatore, qui ratione officii saltem ex generali consuetudine tenetur conficere, ac custodire libros non est necesse, quod probetur eorum existentia de tempore motæ litis, dummodo de ea constet de tempore anteriori nisi pro-
4 betur amissio *Rot. d. decis. 115. num. 2. & seq. & decis. 38. num. 5. part. 17. rec. & in prædicta cor. Bourlemont.* ubi nec statur Mercatoris iuramento super amissione licet sit persona valde legalis, & *d. decis. 115. num. 5. Adden. ad Buratt. decis. 278. num. 10. ad 14. & ad*
5 *Ludovis. decis. 129. num. 7. Dunozzett. Iun. decis. 531. num. 6. & decis. 555. num. 3. Menoch. de arbitr. cas. 209. num. 16. & seq.* cum aliis apud *d. decis. cor. Bourlemont*. In præsenti autem casu D. Actor quoad hoc existentiæ caput dimisit altercationem.

Interesse autem satis probatur ex eo quod dignoscatur libros
6 petitos quoquo modo ad Causam facere posse *Rot. d. decis. 38. n. 3. part. 17. recent.* & per possibile *d. decis. 115. num. 8. & 9. part. 17. recent. Adden. ad Buratt. decis. 343. per totum*. Et probatur etiam so-
7 lo petentis Iuramento, *Cavaler. decis. 82. n. 2. Gratian. discept. 736. num. 20.* cum aliis apud *Ridolph. in Prax. part. 2. cap 3. num. 41. & Adden. ad Buratt. d. decis. 266. num. 8.* & interesse in hoc casu fuit ut supra deductum, scilicet quia prætendebatur ex dictis Libris deducere, quod D. Actor solum Iosephum Armano voluerit habere pro debitore, vel quod fuerit ab eo, vel a Dominis Tenzini, seu Piatti satisfactus, seu concordatus, vel tandem, quod ipsos Dominos Piatti non habuerit pro Debitoribus, ut dictum fuit supra in *vers. per appellationem*. Proin-

Proinde ex hoc, ostenso interesse, excluditur omnis calumniæ suspicio, quæ regulariter facilius intrat ubi (ut in præsenti casu) Editio petitur a Reo adversus Actorem, seu a Debitore adversus Creditorem, quia præsumitur, hoc facere ad dilatandum Iudicium, atque solutionem, *Rot. d. decis.* 115. *n.* 1. 10. *&* 11. *part.* 17. *recent.* 8

Licet hæc omnia vera sint in suo casu, reflectebatur autem primo loco, quod in hac Curia Florentina non est clausis oculis recepta dicta communis opinio, de qua testatur *Parex. de Instrum. edit. tit.* 7. *resol.* 1. *a num.* 8. *ad* 14. cum aliis relatis supra in *vers. Reperitur &c.* scilicet, quod indistincte Actor teneatur ex æquitate canonice edere Reo, & viceversa; Nam Florentiæ stylus est, quod præscindendo a Sociis, Administratoribus, & similibus, non cogatur inter cæteros specifice Mercator Adversario petenti edere, nisi indicato nomine Libri, & foleo, & in qua parte quis exhibitionem sibi fieri intendat recte *Cabal. cons. decis.* 123. *num.* 30. *lib.* 2. *Rota Nostra lib. Motivor.* 111. *a* 446. *post Castrens. in Leg. Prætor ait sub n.* 4. *ff. de edend.* immo *Castrens in Leg.* 1. *in fin. Cod. eod.* dicit Florentiæ existere ordinamentum non aliter cogendi Mercatorem edere, & *Castrensem* in hac parte licet erronee citatum sequitur *Pacian. de probation. cap.* 66. *num.* 39. *lib.* 1. & in hoc standum esse Locorum consuetudini tradit idem *Pacian. d. cap.* 66. *num.* 59. & fundatur in ratione *Leg. Argentarius* §. *edi*, *& ibi Bart. cum aliis ff. de edend.* nempe quod illa tantum pars, quæ ad petentem attinet, est edenda, & de qua inter Partes controvertitur, *Magon. decis. Lucens.* 5. *n.* 10. *Natt. cons.* 8. *num.* 1. *&* 3. *Pacian. ubi supra num.* 38. *& seq. Gen. de script. priv. lib.* 4. *tit. an Mercatores num.* 59. *fol. mihi* 254. ne per indirectum Mercatorum, aliorumque Civium negocia pandantur in præiudicium pubblicum *Leg.* 2. *Cod. de alim. pupill. præstand. Leg.* 2. §. 1. *Cod. quando, & quibus quæ pars debeatur lib.* 10. 9 10 11 12 13

Inde sequitur, quod in casu huius styli Florentini multo fortius non sufficit iuramentum in genere super interesse, quando nec sufficit, præciso hoc stylo saltem per indirectum, *Merlin. decis.* 709. *n.* 7. *Pacian. d. lib.* 1. *cap.* 62. *in addit. litt. E & cap.* 63. *num.* 158. cui cum aliis adhæret *Rot. Nostra d. lib. motivor.* 111. *a* 446. ubi habet, mea variis ex causis interesse, & iurare posse mea interesse videre facta aliorum, & Authores superius laudati, qui volunt sufficere Iuramentum, videntur intelligendi de *Iuramento* super speciali, non indefinito interesse. 14 15

De facto, in casu nostro, nedum non fuit facta indicatio libri, & folei a petente, sed nec alia declaratio fuit facta quam, quæ superius est insinuata in *vers. per appellationem*.

Secundo ponderabatur, quod ad effectum ut intret d. Equitas reciproce edendi inter Actorem, & Reum, requiritur *mandatum* vel ex- 16

expressum, vel saltem tacitum, quod in Libro, vel Libris describeretur partita illius controversi interesse, vel quia talem descriptionem exposceret Mercatoris officium, stylus, seu negocii natura; vel quia describi fuerit iussum, seu conventum inter Partes, ex *Text.* satis claro in *Leg. si quis ex Argentariis 6. §. ex hoc edicto vers. pertinere autem ff. de edend.* „ ibi „ pertinere autem videtur ad me ratio, si „ modo eam tractaveris me mandante &c. „ & cum aliis concordantibus pro indubitato firmant *Castrens. in Leg. 1. sub num. 4. Cod. de edend. Feltn. in cap. ex epistola num. 13. extra de probat. Dec ibidem num. 111.* cui adheret *Rot. cor. Dunozz. decis. 531. in fin.* & pluribus collectis late examinat, & firmat *Pacian. de probat. d. cap. 63. a 1. per plures 22. seq.* ubi specialius ad rem nostram *num. 9.* & de communi testatur *num. 2.* quod duo copulative requirantur, nempe Mandatum, & interesse *Gaill. observ. 106. num. 1. lib. 1. Parex. de edit. instrum. tit. 5. resol. 1. num. 56. Facbin. contr. lib. 11. cap 89. per tot.*
17 examinat articulum, & *in fin. vers. ego puto* ad rem nostram, concludit quod si cum Notario, vel Argentario contraxi non requiritur mandatum expressum quia sufficit contractus, nisi dicatur in hoc interesse mandatum tacitum.

Ex hac potenti ratione emanavit præcitatum primum decretum de die 24. Septembris 1688. quo fuit condemnatus D. Actor edere libros in partitis dicti frumenti ut supra positi in debitum dicti Iosephi Armano, quia cum D. Actor esset tunc Mercator, cum Ioseph scripserit recepisse frumentum, & vendidisse, & cedulam pretii exigendam transmisisse ad D. Ioannem Piatti videtur ei mandasse ut poneret in Libro de hac re partitam in debitum eiusdem Iosephi secundum stylum Mercatorum, quia inter eos vertitur contractus de vendendo frumento, & precio remittendo. Sed quia, nec Mercatorum stylus nec natura negocii patebatur, quod Ioannes Piatti tacite, vel expresse mandasset se describi in Libris D. Actoris Debitorem frumenti, vel pretii, cum nihil fuerit actum inter hos, quam quod Piatti præstaret diligentiam de cedula exigenda, & de summa exacta D. Actori remittenda, & ob id fortiter in hoc Iudicio Piatti substinet se nec cedulæ nec prætii esse debitorem, merito videatur ei deneganda, prout fuit denegata petita exhibitio Librorum in partitis concernentibus negociationem inter ipsum D. Ioannem Piatti, eiusve successores, & D. Actorem, & multo fortius inter D. Actorem, &
1 dictos DD. Tenzini ob defectum dicti mandati, vel expressi, vel taciti, seu præsumpti; tanto magis, quia in actis debebat saltem allegare mandatum fuisse factum, seu factum præsumi, licet deinde id non probasset, ut docet *Pacian. de probat. d. cap. 36. n. 10. lib. 1.*

Obiiciebatur non esse necessarium hoc mandati requisitum, tum ex autoritate recitatorum supra in *vers. reperitur*, qui inter requisita obti-

obtinendæ exhibitionis ibidem non ponunt hoc mandatum, cum strictius ex authoritate *Gaill. d. observ.* 106. *num.* 2. *lib.* 1. qui postquam *num.* 1. dixit, quod Tertius, nempe Notarius, Mercator, &c. non tenetur edere ad favorem Tertii deficiente mandato id limitat *d. num.* 2. ubi summarie Iudici ostendat, quod petentis intereſt, quia sicut quis cogitur pro alio testificari, ita edere saltem actione subsidiaria in factum *Parex. de edit. instrum. tit.* 5. *precitata resol.* 1. *num.* 19
57. ubi reprobata opinione tradita *num.* 56. dicit in eodem casu Tertii, in puncto Iuris verius esse, quod sufficiat interesse sine mandato ex *Facbin. & Alphar.* ibidem relatis; ultro deducebatur *Cavaler. decis.* 80. *per tot.* qui in eodem casu Tertii dicit sufficere interesse, & existentiam librorum, *Larrea allegat. fisc.* 5. qui *n.* 5. dicit, quod in Hyspania non praticatur titulus de edendo in Supremis Senatibus ubi attenta veritate iudicatur, cum aliquibus aliis, qui non descendunt ad inquirendum, an requiratur mandatum. 20 21

Pro obiecti resolutione, simulque pro practicanda æquitate, ac veritate inquirenda, salvo utriusque Partis interesse, placuit sequi stylum Senatus Pedemontani, de quo testatur *Osascus decis.* 57. *num.* 8. cui adheret *Facbin. contr. d. lib.* 11. *cap.* 84. *in fin.* nempe, quod Iudex iubeat ad se deferri Libros, & si reperiat iustam edendi causam, iubeat edi, quo impleto cum assistentia Periti, aliisque circumstanriis superius insinuatis in *vers. Instantibus postmodum &c.* quia fuit repertum nullatenus posse petentem iuvari ex d. Libris in hac Causa debuit cum iisdem *Osasch. & Facbin.* denegati petita editio. 22

Tanto magis, quia in Libro nuncupato *Giornale D. a* 29. leguntur ex causa dicti frumenti de die 19. Aprilis 1659. petiæ 2500. cum declaratione dictæ Cedulæ „ ibi „ resta in mano a Gio. Piatti „ per farne la diligenza di riscuoterla ec. „ propterea, si creditor quoquo modo, quaque via vel ab Armano, vel a Piatti, vel a Tenzini fuerit in parte, vel in totum concordatus, seu satisfactus (ut deduci prætendebatur) debebat in hoc Libro, vel aliis subsequentibus relatis poni in creditum Debitoris a fronte, seu adversus dictam partitam debiti, quæ omissio tanquam dolum redolens, non præsumitur *Leg. dolus Cod. de Dol. except. Leg. quoties* §. *qui dolo ff. de probat.* & 23
hunc Librum in exequtionem prædicti Decreti primi de die 14. Septembris 1688. appellans vidit, & potuit, & potest relatos alios Libros videre.

Et ultra hanc libentissime indultam æquitatem videndi d. Libros observatur, quod doctrinæ superius in obiecto relatæ nempe *Gaill. & Parex.* erant ut rimatio ipsa ostendit minus applicabiles, vel quia non descendunt ad inquirendum de *mandato*, quod potius suppo- 24
nunt in interesse quod requiti firmant, cum *mandati* requisitum fundetur principaliter in authoritate *textus* superius relati in *vers. secundo*

do ponderabatur, *&c.* vel quia loquuntur in casu Styli particularis, ut
25 *Larrea loc. cit. Gaill.* inquam & *Parex.* tanquam limitantes regulam
textualem firmatam in dicto *vers. secundo ponderabatur &c.* & limitantes in casu Tertii non sunt extendendi ad casum nostrum diversum
26 ab illo, quia hic sumus *inter Actorem*, *& Reum*, alias non est limitatio, sed destructio regulæ, quando eius natura est, imo illam con-
27 firmare *Tusch. litt. L concl. 356. num. 12. & concl. praced.* & diversa militat ratio, quia inter hos editio saltem reciproce nonnisi in æquitate nititur contra iuris rigorem, qui non patitur arma de domo Rei sumi, & proinde videtur compensandus hic rigor cum interventu *mandati* saltem taciti, quæ circumstantiæ desunt in casu Tertii, ut patet. Imo *Gaill. d. num.* 2. limitans mandati requisitum in casu Tertii, ubi summarie fuerit Iudici ostensum interesse Petentis, con contrariatur præsenti resolutioni fundatæ in dicta visitatione Librorum, quæ demonstravit irrelevantiam ut supra, hinc *Parexa* remanet solus, qui fundatur in *Fachineo*, qui contrarium dicit, ut supra, & in *Albano* quem inapplicabilem ostendit rimario.

Informantes pro Appellante oretenus dicebant velle revidere computa dictorum Negociatorum, si resultet reliquum quid saltem compensabile. Replicabatur autem, quod hæc exceptio pertinet ad iudicium ordinarium, & non est de facili liquidabilis unde est reser-
28 vanda ad suam opportunitatem cum versemur in Iudicio exequtivo, nempe in confirmatione sequestri, *Ridolph. in prax. part. 1. cap. 8. n. 177. Manz. cons. 130. num. 3. & seq. Scacc. de re iudic. gloss. 14. quest. 10 num. 10. & quest. 11. num. 36. Rot. Nost. lib. mot. 118. a 358.*
29 cum etiam vigore epistolæ opportune recognitæ (ut in casu nostro) competat Via exequtiva, *Genua de script. priv. lib. 3. cap. 1. n. 32.*
30 Et libellus principalis a D. Actore porrectus plusquam satis sonat in dictam confirmationem sequestri, seu confirmationem secundi Decreti, quæ exigit crediti plenam iustificationem, *Carocc. de sequestr. part. 1. quest. 1. num. 1.* & licet in eiusdem Libelli conclusione legatur „ con„ dennarsi al pagamento di detta somma, &c. „ quæ verba videantur minus propria petitionis dicti secundi Decreti, seu confirmationis sequestri; tamen quia virtualiter id operantur plenæ probationes, seu iustificationes ut supra in hoc casu requisitæ, inepte expressum non
31 vitiat, stantibus potissimum clausulis salutaribus *Scacc. de Iudic. lib. 1. cap. 50. num. 20. & a num. 25. ad fin.* nec hoc casu est attendendus
32 cortex verborum, sed sensus, & mens proferentis, idem *Scacc. de Iudic. gloss. 3. quest. 1. sub num. 9.*

Et ita utraque &c.

Eneas Cavalcanti Rotæ Auditor.

DE-

DECISIO XX.

FLORENTINA CONTRIBUTIONIS

diei 1. Aprilis 1689. cor. b. m. Audit. Sebastiano de Marinis.

ARGUMENTUM.

Communitates Locorum intuitu viarum, ad expensas occasione munitionis Ripæ, & reparationis Aggerum, contribuere non tenentur, sed soli Domini Prædiorum adiacentium, quorum utilitatem opus principaliter concernit, sumptuum onus subire debent.

SUMMARIUM.

1 *Collectæ distributio regulatur a causa, ob quam fit, ita, & taliter, ut ad eam contribuere non teneantur illi, quos causa eadem non concernit.*

2 *Forenses, qui non deliquerunt non tenentur subire onus Collectæ impositæ a Communitate pro solvenda pœna in quam inciderat.*

3 *Similiter ad eam, quæ pro Custodia imponitur non tenetur ille, qui non est obligatus custodiam peragere.*

4 *Qui commodum sentit, & incommodum sentire debet.*

5 *Expensæ in reparatione Aggerum reputari debent factæ ad utilitatem; principaliter Prædiorum adiacentium.*

6 *Dominus mercium non tenetur contribuere pro expensis factis in restauratione* Navis *per vim tempestatis damnum passæ: Expensæ enim istæ magis instruendæ* Navis *gratia, quam conservandarum mercium factæ reputantur.*

7 *Impendens in re sua ad peragendum aliquod opus, ex quo vicinus utilitatem consequatur non potest vocare vicinum in contributum.*

8 *Relatio facta super statu rei, & ad generalem decisionem controversiæ, facit ius quoad omnes.*

9 *Et per specialem Principis approbationem cum precepto de observando obtinet vim Legis.*

10 *Rescriptum Principis non facit Ius nisi inter Partes, non autem inter alios.*

11 *Limita ubi emergit simile negotium, quod potest eadem forma definiri.*

12 *Rescriptum Principis generaliter, & per modum regulæ universalis conceptum vim habet Legis generalis.*

13 *Quando habemus legem aliquid clare determinantem, hanc servare debemus.*



Uum ad avertendum damnum, quod a Flumine *Bisentio* prope Castrum *Campi* excurrente vicinis agris imminebat, oporteret munire Ripam, & reparare Aggerem alias in hunc finem constructum, exorta fuit coram Magistratu Conservationi Viarum, & Pontium præposito controversia inter Prædiorum Dominos, & Communitatem dicti Castri super Contributione, ad quam illi hanc evocabant ea sub ratione, quod munimentum prædictum proficiebat cuidam Viæ supra Aggerem existenti, & Causa Nobis ad referendum commissa respondimus Communitatem prædictam non teneri contribuere.

Moti autem fuimus ad sic referendum, quia munitio Ripæ, & reparatio Aggeris cum in finem fieri debet, ne adiacentibus Prædiis ab Aquarum exundatione detrimentum causetur, neque horum Domini damnum sterilitatis sentiant, quare hi quorum utilitatem opus concernit, sumptuum onus subire debent, & non alii prægravari: Quan-
1 doquidem Collectæ distributio regulatur a causa, ob quam fit, ita & taliter, ut ad eam contribuere non teneantur illi, quos causa eadem non concernit, *Bartol. in Leg.* 1. *num.* 30. *versic. quæro ergo utrum Cod. de Muner. & in quo loco lib.* 10. *& in Leg.* 4. §. *Actor. ff. de Rè iudic. & ibidem etiam Ripa in princ. num.* 30. *& in cons.* 183. *num.* 26. *Berous cons.* 150. *num.* 50. *lib.* 3. *Natt. cons.* 175. *num.* 5. *&* 6. *& cons.* 58. *num.* 9. *&* 10. *Riminal. Iun. cons.* 413. *num.* 2. ubi in puncto de Reparatione Aggeris loquitur *lib.* 4. *Surd. cons.* 289. *num.* 8. *& decis.* 285. *num.* 6. *Klockius de Contribut. cap.* 2. *num.* 92. *Cobel. ad Bullam S. Mem. Clem. VIII. super Bon. Regimin. Commun. cap.* 35. *num.* 40.

Ex quo infert *Bartol. in Leg. aut facta* §. *fin. ff. de pœnis*, quod Forenses, qui non deliquerunt, non tenentur subire onus collectæ im-
2 positæ a Communitate ad solvendam pœnam, in quam inciderit, & tradunt *Butr. & Abb. in Cap. dilectus filius, il* 2. *de symon.* & similiter ad eam, quæ pro custodia imponitur, non evocantur illi, qui ad peragendam custodiam non tenentur, *Bartol. in Leg. unic. Cod. de aur.*
3 *Coron. lib.* 11. ubi, quod Forenses hanc Collectam solvere non tenentur, *Purpur. in Leg. placet, col.* 14. *versic. omisso quærere, Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis Castrens. cons.* 317. *ad fin. Surd. dict. decis.* 275. *num.* 8. *Cobel. loc. citat.*

Nec relevat, quod per Aggeris reparationem Communitas prædicta commodum consequatur ex eo, quod id conferat ad conservationem Viæ ibidem existentis, quæ Aggere non refacto amitteretur cum incommodo hominum dicti Loci, qui eiusdem Viæ utilitate habent, quique dum sentirent commodum conservationis, debent etiam propor-
tio-

tionabiliter pati incommodum sumptuum in reparatione Aggeris necessariorum, per regulam vulgatam, quod, qui sentit commodum debet 4
sentire incommodum, de qua in *Leg. secundum naturam ff. de Reg. Iur. cum concord.*

Quia quidquid sit, an in rei veritate publica dici possit Via super Aggere prædicto existens, & an ea opus habeant homines Loci, ut illam conservari cum sumptu expediat, satis ad excludendam obligationem contribuendi exuberare visum est, quod opus, de quo agitur, principaliter non fiat ad Viæ utilitatem, sed Prædiorum adiacentium, quæ ab Aquarum inundationibus tueri oportet; Licet namque in con-
sequentiam, inde etiam Viæ, id sit profuturum, non tamen est hoc 5
attendendum, sed utilitas Prædiorum, in quorum commodum principaliter opus peragitur, ad *Leg. verum ff. de Furt. Leg. is qui ff. de liber. caus.* & facit *Leg navis adversus ff. ad L. Rhodiam, de Iactu*, ubi I. C. decidit Dominum Mercium, non teneri contribuere in expensis factis in
restauratione Navis, quæ per vim tempestatis damnum passa, alias iti- 6
neri perficiendo, mercibus, & ad locum destinatum vehendis impar fuisset, quia sumptus instruendæ Navis gratia magis quam conservandarum Mercium gratia factus reputatur, & *Leg. si quis nec cautum* ubi late *Iason. ad plura infert notabilia ff. si certum petat. Leg. final. ff. de impens. in reb. dat. fact. per quem Textum notat. ibi Alberic. de Rosat.* quod impendens in re sua ad peragendum aliquod opus, ex quo vicinus utilitatem consequatur, non potest vocare Vicinum in Contribu-
tum ad expensas pro ratione utilitatis, quæ in consequentiam ad hunc 7
provenit, & sequitur *Alciat conf. 60. num. 6. lib. 5.* & conferunt tradita in aliis similibus terminis ab *Avendan. de exequen. mandat. par. 2. cap. 3. num. 4. Petr. Anab. de muner. inter tract. Magnos tom. 12. pag. 22. Albert. Bruni de augument. eorumd. tract. tom. 17. conclus. 20. num. 17.*

Sed neque præmissa in dubium revocare licuit, postquam Serenissimus Magnus Dux Dominus noster Clementissimus consulendo indemnitati Communitatum, quæ sæpius harum contributionum occasione vexabantur, litibusque involvebantur, re mature discussa per Iudices a S. C. Serenissima delegatos, qui retulerunt easdem Communitates Locorum, intuitu Viarum publicarum existentium intra ambitum districtus contributioni obnoxii non teneri contribuere, Relationem ap-
probando mandavit hanc in futurum inviolabiliter observari, etiam cum 8
clausula derogatoria, nedum, quia huiusmodi relatio tamquam lata super statu Rei, & ad generalem controversiæ decisionem facit Ius, quoad omnes *Leg. ingenuum ff. de stat. homin., ubi Bald in addict num. 1. Pinellus in Leg. 1. Cod. de bon. mater. par. 3. num. 33 Covar. in Praxi quæst. cap. 13. num. 5. versic. nempe, Urceol. de transact.* late

quæst. 55. per tot. & præsertim num. 25. & seqq. Rot. decis. 130. *num.* 7. *quæst.* 9. *decis.* 298. *par.* 13. *& dec.* 333. *num.* 5. *par.* 17.

Verum fortius, quia per specialem Principis approbationem cum
9 præcepto de observando, vim legis obtinuit, cui parendum est *Leg. prim.* ibi „ quodcumque igitur Imperator per Epistolam, & Subscriptio- „ nem statuit, vel cognoscere decrevit, vel de plano interlocutus est, vel „ Edicto præcepit, Legem esse constat „ *ff. de Constitut. Princip. & Leg. final. Cod. de legib.* facit *Cap. multi quæst. prim. ubi gloss. in verbo similia, Cap. licet in regulis, quæst.* 3. ubi pariter *gloss. verbo formam*, & tradunt generaliter *Canonistæ in Cap. in causis de re Iudic. Felin. in rubric. de Rescriptis num.* 1. ubi limitando regulam, quod Rescriptum
10 Principis non facit Ius, nisi inter Partes, non autem inter alios, dicit secus esse, ubi emergit simile negotium, quod potest eadem forma definiri, *Iason. in Leg.* 1. *ff. de Constit. Princip & in Leg.* 1. *ff. de Fe-*
11 *riis num.* 23. *&* 24. *Socc. de Platea in Leg. neque, Cod. de decur. lib.* 10. *Ludovic. Roman. cons.* 268. *num.* 1. *& per tot. ubi etiam Mandos. in addit. lib.* 6. *Cravett. cons.* 135. *num.* 39. *Suarez de legib. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 11. & fuit alias ponderatum in *Florentina Incompetentiæ* 26. *Iunii* 1688. *§ ita e converso cum plurib. seqq.*

Eo magis quia tunc non agebatur de alicuius particularis negotii, seu controversiæ decisione, sed de definiendo generaliter, & per modum regulæ universalis hanc quæstionem, an Communitates Locorum intuitu Viarum ad expensas occasione munitionis Ripæ, & reparationis Aggerum contribuere teneantur, quo casu nulla cadit dubitatio, quin Princeps approbando sententiam DD. Delegatorum, & præcipiendo
12 illius publicationem, & observantiam, voluerit Legem condere generalem, ac certam dare formam circa prædicta in futurum servandam, in quibus terminis sententiam, vel Rescriptum illius confirmatorium Legis vigorem habere inficiari nemo posset, ad tradita per eumdem *Suarez loc. cit num.* 16. *& seqq. ac num.* 22. *& per Rotam Nostram in prætitata Florentina Incompetentiæ* §. *cum vero, & seqq.*

Quando igitur habemus Legem clare determinantem, Communitates ad huiusmodi onera expensarum non teneri, hanc servare, omni
13 cessante disputatione debemus *Gloss. in L. Ancillæ Cod. de Furt. Ancaran. cons.* 351. *num.* 4. *Surd. cons.* 53. *num.* 6. *& cons.* 58. *num.* 3.

Et ex his ita &c. utraque &c.

Ascanius Venturinus Rot. Audit.
Antonius Micalorius Rot. Audit.
Sebastianus Marinus Rot. Audit.

DE-

DECISIO XXI.

ARRETINA DONATIONIS

diei 4. Martii 1690. cor. bo. me. Dom. AUDIT. ANTONIO MICHALORIO

ARGUMENTUM.

VOcato in Donatione proximiore de Familia Donatoris, & probata utraque qualitate proximitatis nempe, & Agnationis Proximior de Familia admittitur ad successionem, excluso remotiore. Probationes utriusque qualitatis desumuntur ex Arbore genealogica Familiæ legitimis documentis comprobata, & quoad Agnationem non obicem faciunt factiones, quibus iamdiu divexata fuit Italia, & ex quibus Familiæ dividebantur, nam hæc uti accidentalia naturalem sanguinis identitatem non tollunt.

SUMMARIUM.

1 *Qualitas proximitatis, & Agnationis desumitur ab historia genealogica famliæ.*

2 *Quod enim ad primam qualitatem spectat, probationes desumi possunt ex Libris publicis.*

3 *Probationes desumptæ ab aliquo enunciato contractu non principaliter sed incidenter, satis probant ad effectum successionis.*

4 *Enunciativa verba plene probant cum agatur de Contractu peracto a centum ferme annis.*

5 *Filiatio plene probatur ex Arbore genealogica, atque ex Fide Baptismi.*

6 *Ex Fides Baptismi, quæ non exprimat nomen Matris, & liqueat de nativitate, ac antecedenti matrimonio, sumi potest plene probatio.*

7 *Litteræ Donatoris, quæ declarant aliquem Consanguineum proximiorem, per se sufficientem prebent proximitatis probationem, donec de contrario doceatur.*

8 *Verba assertoria alicuius parentelæ descripta in epistola probant, donec probetur contrarium.*

9 *Assertia non perfunctori, & inconsiderate, sed a serio reflectente facta, admittitur.*

10 *Literæ exaratæ post donationem plene probant, cum habeant primordium veritatis.*

11 *Quod vero spectat ad aliam qualitatem Agnationem scilicet, probatio resultat ex eadem Arbore genealogica.*

12 *Medium, per quod quis coniungitur, debet esse pertinens, ut per eum quis admittatur ad succedendum.*

13 *Cognatio non attenditur, ubi est contemplata Agnatio.*

14 *Si Fœmina proximior fuisset inhabilis, & exclusa a successione, eius exclusio operaretur quoque exclusionem descendentium, in quos ipsius flueret inhabilitas.*

15 *Emolumentum donationis delatum proximiori coniuncto debetur etiam Fœminis, quæ veniunt sub nomine proximioris.*

16 *Eo magis quando substitutio proximioris non habet tractum successivum, sed vocatio consumitur in primo admisso.*

17 *Et fortius quando Donator fœminas non excludat, sed expresse vocat.*

18 *Cessante inhabilitate, & probata utraque qualitate in fœmina, potuit eam tribuere Descendentibus.*

19 *Italia divexata tamdiu fuit a factionibus Guelphis, & Ghibellinis, ex quibus etiam familiæ dividebantur in nigros, & albos, & licet ambo ab antiquissimo communi stipite descenderent, tamquam extranei habebantur.*

20 *Extinctis his factionibus, statimac animorum scissura cessavit, & pax, & concordia Civium coaluit, odiosa hæc nomina exularunt, ac statutum fuit, ut hæc accidentalia non tollerent naturalem sanguinis identitatem, atque Agnatitiam qualitatem.*

21 *Si Donator vocationi proximioris coniuncti addidisset pronomen* sua *habens hanc specialem a colore distinctionem locum haberent divisiones factionum.*

22 *Gradus successibilis intelligitur intra decimum, ultra quem ad transversales ius succedendi regulariter non defertur.*

23 *Ultra decimum successio porrigitur, cum constat de voluntate Disponentis.*

24 *Substitutio facta in Contractu non regulatur iuxta naturam Fideicommissorum.*

25 *Donatio facta ab eo qui erat munda civiliter moriturus ob ingressum in Religionem pro ultima voluntate reputatur.*

26 *Statutum Aretinum decernit in computatione graduum servari Ius Canonicum.*

27 *Regula est, quæ Rem, quæ est breviter enarrat, non ut ex regula Ius sumatur, sed ex Iure, quod est regula fiat.*

28 *Regulæ sunt ad instar clausulæ generalis de cuius natura est, ut referatur ad antecedenter disposita, non autem ad extranea, & impertinentia.*

Dominus



Ominus Ioannes Maria Bacci religionem, in qua deinde sub nomine S. Caroli professionem emisit ingressurus, quo curis exutus humanis liberius quæ sursum sunt quærere valeret, omnia bona sua donavitque Domino Equiti Petro Fratri germano, eique sine filiis quandocumque decedenti substituit D. Iuniperam Sororem, quam si sine filiis pariter decedere contingeret, voluit bona donata spectare ad proximiorem dicti Donatoris, de Familia tamen de Baccis.

Defunctis sine Prole Petro, & Iunipera, bona sic donata a Tertiis possessoribus, in quos fuerunt alienata, vindicare curavit D. Fabius quondam Martini de Baccis, tanquam ex donatione prædicta ad ipsum uti proximiorem devoluta, contra quem deinde iudicium intentarunt DD. Antonius Maria, & Bostolus pariter de Baccis contendentes bona donata, ad ipsos pertinere tamquam agnatos longe proximiores d. D. Fabio, & Sententiam in partibus contrariam reportarunt, quam hodie in gradu Appellationis ad Illustrissimum Magistratum delatæ retulimus confirmandam.

Moti fuimus, quia validitas Sententiæ non controvertebatur, & Iustitia convincebatur, ex quo in D. Fabio concurrit utraque qualitas in successore volita a Donante, adest de familia de Baccis, & uti eidem quincto cognationis gradu, iuxta civilem computationem coniunctus, proximior est dd. DD. Anton Maria, & Bostolo, qui revocata ad communem stipitem coniunctione a donatore, per duodecim gradus 1
distare dignoscuntur, iuxta huius Nobilis Familiæ genealogiam descriptam a P. Gamurrino, *Istor. genealog. delle Fam. Nobil. Toscan. & Umbr. pag.* 324.

Quo enim ad primam qualitatem constat ex libris publicis Dohanæ Aretii, quod sub die 23. Maii 1590. Fabius Senior, iunioris Avus paternus denunciavit Matrimonium a se contractum, cum Virginia filia Petri quondam Caroli de Baccis, qui fuit Avus pariter paternus dicti Donatoris, & sic cum huius Amita cum dote scutorum 2800. pro qua etiam apparet ab eodem Fabio soluta Gabella, qui a- 2
ctus denunciationis, & solutionis gabellæ, quemadmodum plene ex eisdem libris probantur *Leg. in fraudem §. quoties ff. de iur. fisc. Leg. quedam §. Nummularios cum relat. a Gen. de Script. priv. lib. 4. tit. de lib. rat. offic. pub. n.* 33. *& seqq. & n.* 40. ubi pro tertio contra tertium. Ita inde resultat probatio Matrimonii inter dd. Fabium, & Virginiam, iuxta ibidem enunciata contracti, quia cum hic non agi- 3
tur de fædere Matrimonii principaliter, sed incidenter ad effectum successionis, leviores sufficiunt probationes, ut per *Cephal. in cons.* 435. *n.* 76. *lib.* 3. *Paris. cons.* 57. *n.* 41. *&* 46. *par.* 14. *Rot. cor. Buratt. dec.*

decis. 260. *num.* 9. *tom.* 1. *& decis.* 530. *num.* 13. *tom.* 2. ubi aliæ Decisiones allegantur, quodque ad id dotalia etiam sufficiant Instrumenta, per *Text. in Cod. illud. Auth. ut fratr. filii* dixit, *Roman. sing.* 451. *ante fin. Add. ad Pamphil. dec.* 340. *n.* 8. *in fin. & ad Buratt. dec.* 530. *num.* 18. *Rot. dec.* 389. *num.* 13. *par.* 13. *recent.* præsertim cum agatur de matrimonio antiquo, & contracto a centum ferme annis citra, in quibus terminis enunciativa verba plene probant, *ut per Marc.*
4 *cons.* 24. *lib.* 1. *n.* 3. *Gen. de verb. enunciat. lib.* 2. *qu.* 33. *n.* 16. *&* 17.

Quod vero ex dictis Fabio, & Virginia natus fuerit Martinus, & ex Martino Fabius iunior Reus conventus liquet tum ex Arbore genealogica, de qua supra, tum ex Fide Baptismi utriusque, quibus iunctis ad-
5 miniculis, filiatio plene probatur, *Rot. dec.* 511. *num.* 1. *par.* 5. *& decis.* 229. *num.* 6. *&* 7. *par.* 10. *recent.*

Nec obstat, quod Fides Baptismi Martini non exprimat nomen matris, & sic non probet eum ex Virginia ortum, nam cum ex prædictis liqueat de nativitate anno 1591. ac antecedenti matrimonio Fabii eius Patris cum Virginia iam contracto in anno 1590, & eius morte anno 1620. hinc etiam liquet ex eadem Uxore fuisse susceptum, ne alias
6 illegitimæ nativitatis redarguatur, quem dicti Actores non ostenderunt, ut ponderabat *Rot. cor. Coccin. dec.* 1373. *n.* 6. *& seqq.*

Et omnem adimunt scrupulum literæ eiusdemmet P. Caroli Donatoris ad dictum D. Fabium exaratæ sub die 15. Septembris 1653. in quibus asseruit post mortem Petri fratris nullum ei superesse consanguineum masculum, proximiorem ipso D. Fabio, quæ per se sufficientem
7 prebent proximitatis prædictæ probationem, donec de contrario doceatur, *Cin. & Salicet. in Leg. non Epistolis Cod. de probat.* ubi etiam *Bald.* notat, quod verba assertoria alicuius parentelæ descripta in Epistola probant, donec probetur contrarium ab impugnante talem assertionem,
8 *Peregrin. de Fideicomm. artic.* 43. *n.* 72. *&* 73. *& ibi Ansal. in addit. vers. quincto observo, fol.* 292. iuxta *Lugdunen. impress.*

Præsertim cum hæc assertio non fuerit perfunctorie, & inconsiderate facta, sed a serio reflectente occasione mortis unici fratris, quem
9 dictus P. Carolus scribens, habebat ad *Peregrin. & Ansal. loc. cit.*

Nec obicem facit, quod literæ fuerint exaratæ post donationem, & sic iure futuris successoribus iam quæsito, quia cum habeant ex prædictis primordium veritatis, cui innititur adhuc plene probant, ex pon-
10 deratis per *Fontanell. dec* 560. *num.* 18.

Quo vero ad aliam qualitatem, quod scilicet dictus Fabius sit ex eadem Agnatione, & Familia de Baccis, probatio resultat ex eadem Arbore genealogica huius Familiæ, descripta per *P. Gamurrinum in sua Historia Familiarum Nobilium Etruriæ, & Umbriæ*, qua utuntur dicti DD. Antonius, & Bostolus Actores, contra quos plene probat dum
11 fuit ab ipsis producta, qui in ea se fundant ad probandam propriam

Des-

Descendentiam, *leg. publia Mevia §. in fin. ff. depositi*, *Leg. cum pretium C. de liber. caus.* cum late congestis per *Parex de Instrum. edit. tit. 7. resol. 3. num. 1. tom. 2. Ludovis. dec. 238. n. 5.*

Non obstat, quod medium, per quod quis coniungitur debeat esse pertinens, ut per eum, quis admittatur ad succedendum, iuxta 12
Bald. cons. 188. lib 1. cum aliis per *Rot. cor. Dunozet. Iun. dec. 14. n. 14.* coniunctio vero D. Fabii, per quam Donatori proximior est, sit per cognationem, quæ non attenditur, ubi est contemplata agnatio, ut ex adductis per *Rot. dec. 89. n. 10. par. 6. & dec. 53. num. 4. & seqq. par. 7. rec.* 13

Quia iuxta memoratam Sententiam, quæ non est pacifica ex congestis a *Michaior. de Fratr. par. 3. cap. 14. n. 16.* obiectum procederet, si D. Virginia, per quam D. Fabius est D. Carolo donanti proximior, fuisset iohabilis, & exclusa a successione si viveret; tunc enim eius exclusio, operaretur quoque exclusionem Descendentium ab 14
ea, in quos ipsius flueret inhabilitas, ut dicit *Rot. loc. alleg.* sed in casu nostro nulla in D. Virginia aderat inhabilitas, quinimo si vixisset de tempore mortis D. Iuniperæ ad eam pertinuisset emolumentum Donationis delatum proximiori coniuncto de Familia de Baccis, cum 15
etiam Fœminæ Agnatæ veniant sub nomine proximioris de Familia, *Leg. voluntas patris Cod. de Fideicom. Leg. pronunciatio 195. in fin. ff. de verb. signif.* cum cumularis *per Peregrin. de Fideic. art. 22. n. 46. & seqq. & Rot. cor. Ludovis. dec. 293. n. 23. & dec. 464. num. 12. Dunozet. Iun. dec. 46. n. 2. e 3. Ubald. dec. 890. n. 2. Coccin. decis. 1036. n. 13. & in rec. dec. 568. n. 4. par. 18.*

Eo magis quando substitutio proximioris, ut in terminis nostris non habet tractum successivum, sed vocatio consumitur, & expirat in primo admisso, iuxta distinctionem *Molin. de primog. lib 1. cap. 6. n. 38.* quem sequutus est Senatus Pedemontanus apud *Thesaur. Iun. in addit. ad Senior. dec. 37.* 16

Et fortius quia ipsemet Donator Fœminas nedum non exclusit, sed expresse vocavit, quando Domino Equiti Petro sine filiis decedenti substituit D. Iuniperam sororem, cum enim hinc constet de verisimili 17
mente Donatoris tanto magis fœmina venit appellatione proximioris, ut per *Ottobon. dec. 111. num. 7.*

Hinc cessante prætensa inhabilitate medii coniunctionis prædicti, verificatur in Domino Fabio utraque qualitas Proximitatis, & Agnationis ad exclusionem remotiorum, mediante persona D. Virginiæ matris, quæ nupta in Familia retinere potuit Agnationem, & tribuere Descendentibus eam proximitatem, quam ex eius persona consequebantur, ad 18
late tradita per *Curt. Sen. cons. 49. num. 5. Mandell. Alba cons. 86. & 87. Cravett. cons. 831. n. 3. & cons. 877. n. 11. lib. 5. Franc de Ponte cons. 134 n. 30. & seqq. Molphes cons. 18. n. 17. & seq. lib. 2. Fusar.*

sar. cons. 18. *& 19. & de substit. quæst.* 357. *num.* 8. *Mantic. de co-*
niect. lib. 8. *tit.* 12. *n.* 10. *Paschal. de patr. potest. par.* 4. *cap.* 9. *num.*
69. *& seqq. Roxas de incomp. cap.* 6. *n.* 316. *par.* 1. *Barbos. de appellat.*
verb. signif. artic. 3. *in fin. Carol. Ant. De Luca de lin. leg. par.* 1.
artic. 6 *num.* 104.

Secundo non obstat, quod ex *P. Gamurrin. in præcitata Historia*
Familiarum Nobilium dicebatur, non unam, & eamdem esse Bacciorum
Familiam, licet ab antiquissimo communi stipite descendat, sed aliam
appellari Bacciorum alborum, alteram vero nigrorum, ex quo in Baccio,
& Angelo fratribus, a quorum Angelo P. Carolus Donator, & DD. An-
tonius, & Bostolus, a Baccio vero Dom. Fabius proveniunt scissuram
passa, & his Colorum nominibus, una ab altera distincta fuit cum me-
19 moratorum fratrum, alter Guelfæ, alter vero Ghibellinæ factionibus,
quibus tunc universa divexabatur Italia nomen dederunt, unde infere-
batur vocationem proximioris de Familia coarctandam esse ad Baccios
nigros, ex qua dicti P. Carolus, & Actores proveniunt, & nullatenus
extendendam ad illos de Familia Baccia alba ex qua D. Fabius, tam-
quam reputatos ab eadem Familia extraneos, iuxta ea, quæ habentur
apud *Caren. resol.* 103. *num.* 6. *Andreol. controv.* 338. *num.* 6. *& Rot.*
decis. 15. *par.* 7. *recent.*

Nam prærerquam, si vera sunt, quæ in proposito refert *P. Gamur-*
rinus, assumptio horum colorum, non fuit huic familiæ peculiaris, sed
universalis toti Civitati, immo Provinciæ in has factiones scissæ, nec
fuit præordinata ad secernendum familiam a familia, sed ad distinctio-
nem Personarum factiosorum, quæ prout uni, vel alteri factioni fave-
bant, albæ, vel nigræ appellabantur, ac proinde extinctis pridem his
factionibus statimac animorum scissura cessavit, & pax, ac concordia
Civium coaluit, odiosa hæc nomina exularunt, nullamque ad effectum,
de quo agitur merentur considerationem, etiamsi memorata occasione
scissuræ huius Familiæ antiquiores Insigna prædictis Coloribus diversi-
20 ficare consuevissent, cum hæc accidentalia naturalem sanguinis identita-
tem, & in ea fundatam Agnatitiam qualitatem non tollant, ut in pro-
posito dicebat *Card. De Luc. de Fideicom. disc.* 149. *n.* 10.

Responderur ulterius, obiectum procedere posse, si Donator vo-
21 cationi proximioris coniuncti de Familia tamen de Bacciis, addidisset
pronomen *sua*, vel aliud restrictivum ad contentivam proximam, &
habentem specialem hanc a colore distinctionem, secus vero dum Fa-
miliam in genere, & indefinite fuit contemplatus, ut per *Rot. decis.*
31. *n.* 14. *par.* 19. *rec. De Luc. de lin. leg. resp.* 14. *n.* 17.

Cæterum petitioni eorumdem DD. Actorum a Donatore distan-
tium per 12. gradus, obstabat etiam defectus coniunctionis in gradu
22 successibili, hoc est intra decimum, ultra quem ad transversales Ius
succedendi regulariter non defertur etiam in Fideicommissis Familiæ
reli-

relictis, *Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 8. n. 37. Castill. contr. lib. 5. cap. 93. n. 16. Peregrin. de Fideic. art. 22. n. 33.* & alii ab his allegati, eoque tantum casu ultra decimum successio porrigitur, cum constat de voluntate disponentis; et præsertim cum agitur de Fideicommisso successivo, & perpetuo in Familia, quæ circumstantia hic 23
deficit, dum Donator vocavit simpliciter proximiorem Coniunctum, quo casu Fideicommissum expirat in primo admisso, *Mantic. de coniect. tit. 12. n. 34. Molin. de Primog. lib. 1. cap. 6. n. 25. versic. his tamen Ridolphin. alleg.* 119. *num.* 7. ubi de magis recepta opinione testatur.

Nec subsistit replicatio, quod agatur de substitutione facta in Contractu, quæ non regulatur, iuxta naturam Fideicommissorum in 24
ultima voluntate relictorum, ex notatis a *Surd. dec.* 144. *n.* 22. quia omisso an donatio proprie contractus sit, & quomodo in ea ordinatum Fideicommissum substineatur per *Leg. quoties Cod. de donat* quæ *sub modo* obiectum tollit circumstantia, quod agatur de donatione 25
facta ab eo, qui erat mundo civiliter moriturus ob ingressum in religionem, quæ pro ultima voluntate reputatur, ex cumulatis a *Rot. dec.* 31. *n.* 2. *par.* 19. *rec.*

Demum obicem hunc non tollit Statutum Aretinum, *lib.* 4. *rub.* 26
26. de regul. statut. quatenus decernit in computatione graduum servari ius canonicum, iuxta cuius normam DD. Actores a Donatore distant sexto tantum gradu; quia ipsiusmet rubricæ tenor ostendit dispositionem non pertinere ad eas successiones, quæ Iure Communi Romanorum, & ex successorio edicto deferuntur, qualis est illa, de qua in præsens agitur, sed ad ea tantum, quæ Statuta ipsa concernunt, tamquam regulæ ad rectam Statuentium mentis interpretationem, 27
circa ea, quæ ab ipsis sunt antecedenter constituta; Nam, ut inquit *Paulus I. C. in Leg. pr. ff. de reg. iur.* regula est, quæ rem, quæ est breviter enarrat, non ut ex regula ius sumatur, sed ex iure quod est regula fiat, utque *ibidem ait Bartol.* hæ regulæ sunt ad instar 28
Clausulæ generalis, de cuius natura est, ut referatur ad antecedenter disposita, non autem ad extranea, & impertinentia, *Leg. qui ad agendum Cod. de procurat.* cum similibus frustra recensendis.

Et ex his ita utraq.

Ascanius Venturinus Rotæ Audit.
Sebastianus Marinus Rotæ Audit.
Antonius Michalorius Audit. & Relat.

DE-

DECISIO XXII.

LIBURNEN. HYPOTECARIA

Iovis 31. Ianuarii 1691. cor. bo. me. Dom. AUDIT. ÆNEA CAVALCANTI.

ARGUMENTUM.

Dominium rei penes debitorem de tempore contracti debiti concludenter probandum in actione hypothecaria non dicitur probatum ex donatione facta a marito uxori quoties ista, vel fuit emissa pro assecuratione dotis, vel fuit facta ex inhonesta causa, ex qua uxor non potuit acquirere dominium.

SUMMARIUM.

1 *Creditor petens satisfieri non cum fructibus, sed cum capitali bonorum dicitur intentasse actionem hypothecariam in Petitorio, non Salvianum in Possessorio.*

2 *Actor in actione hypothecaria probare debet dominium rei hypotheca subiecta penes debitorem, præsertim ubi agit contra Tertios Possessores.*

3 *Deficiente Statuto* Liburni *recurritur ad Florentinum utpote Civitatis Dominantis.*

4 *Statuto Florentino cavetur iisdem probationibus concludi in hypothecaria, quibus concluditur in Salviano.*

5 *Donatio facta a Marito habito respectu ad dotem dicitur propter nuptias, & est mera hypotheca, seu assecuratio dotis, licet appelletur a contrahentibus augmentum dotis.*

6 *Nec ullum transfert dominium, seu possessionem in mulierem donatariam.*

7 *Si vero dicta Donatio consideretur tamquam simplex Liberalitas, tunc sine rei traditione, et absque clausula constituti nullum transferre potest dominium.*

8 *Traditionibus non nudis pactis dominia rerum transferuntur.*

9 *Hypotheca etiam generalis ad præsentia, & futura, non ad præterita trahitur.*

10 *Hypotheca generalis bonorum amplectitur etiam nomina debitorum.*

11 *Et operatur ut utili Salviano agi possit.*

12 *Limita ubi saltem constet quod debitores confiteantur se debere.*

13 *Donatio facta ex stylo Hebreorum a sponso sponsæ in præmium virginitatis, videtur dicenda potius ex causa libidinis, ac proinde illicita, ac nulla.*

14 *Obser-*

14 *Observantia, quæ non fuit in contradictorio iudicio canonizata, vel legitime præscripta non attenditur.*

15 *Dum Statuta requirunt solemnitates in contractibus Mulierum in genere, amplectuntur Mulieres celibes, coniugatas, & viduas.*

16 *Ubi Statuta adiiciunt clausulam irritativam contractus, in casu omissionis consensus alicuius personæ videntur eum requirere* pro integratione, non pro interesse *consentientis.*

17 *Ubi alicuius consensus requiritur pro integratione, non pro interesse consentientis, consentiens non potest consentire in eo contractu, in quo habet commodum, vel interesse.*

18 *Familiæ substentatio pertinet ad Virum, non ad Uxorem, nisi in subsidium.*

19 *Quando obligatio Uxoris præsumitur extorta blanditiis, seu minis viri, tunc dicta Uxoris obligatio, considerari debet in figura simplicis Fideiussionis.*

20 *Cessatio lucri non probatur nisi concurrat, mora Debitoris, consuetudo negociandi in Creditore, & quod habuerit particulares occasiones emendi census, & quod tantum fuisset lucratus.*

21 *Damni emergentia iustificari debet probatione damni vere, non ficte obventi Creditori, & moræ debitoris.*

22 *Fructus ex Pignore percepti imputantur in sortem.*

23 *Pactum standi simplici assertioni creditoris quoad iustificationem interesse damnorum præsumitur dolosum, & simulatum ad palliandas usuras, nisi aliunde damnum probetur.*

24 *Nullitates opponi possunt a Reis conventis non obstante quod non opponantur a muliere in cuius favorem sunt inductæ præsertim ubi mulier non declaravit actus valere, & Rei agunt de excludendo Actore.*

25 *Ubi contractus est nullus stante clausula irritanti Statuti non est locus declarationi validitatis.*

26 *Nec dicta declaratio tenet ubi tertius opponens habet interesse.*

27 *Etiamsi Principalis expresse probiberet.*

28 *Item quando nullitas est detecta, quæ per quemcumque potest opponi.*



Ominus Ioannes Baptista Boldrini in suo principali Libello usque de die 30. Ianuarii *1686.* præsentato coram D Gubernatore Liburni, narratis pluribus suis creditis instrumentariis, atque hypothecariis adversus Palumbam Mirraccia Uxorem Iudæ Levi Ebreos facientibus gravem summam petiarum 2298. ultra fructus in summa petiarum 736. usque in illam diem desuper decursos, ac in futurum decurrendos, narratoque quod quædam Domus Liburni sita, & latius in eodem Libello descripta, hodie possessa per D. Franciscum Milos, & filios, & hæredes olim D. Claudii Bardi, sic sibi pro dictis credi-

tis anterius obligata, & hypothecata eo quod pertineret ad dictam Palumbam Mattaccia suam debitricem, conclusive in hæc (quæ sequuntur) verba, petiit „ Condennarsi li predetti Milos, e Bardi a „ relassar libera, e spedita detta Casa a detto Sig Comparente, e „ successivamente mettersi il medesimo in attual possesso di detta „ Casa per doverne tirare i Frutti tenutarii, e venire a suo luogo, „ e tempo alla subastazione in forma &c. „ Qui modus conclusi-
1 vus petendi satisfieri non cum Fructibus sed cum distractu bonorum expressam sonat actionem Hypothecariam intentatam in petitorio, nullatenus vero Salvianum interdictum in possessorio, ut bene explicat & distinguit *Grattan. decis. Marcb.* 208. *n.* 9. *Rot. dec.* 43. *n.* 3. *par.* 1. *&* *dec.* 34. *n.* 3. *par.* 2. *divers.* quibus aliisque laudatis adhærat *ead. Rot. dec.* 398. *n.* 44. *par.* 9. *rec.* Et post plura hinc inde excepta, & replicata (de quibus inferius) fuit die prima Octobris 1687. pronunciatum ad favorem Actoris plene iuxta petita,

In hoc autem Iudicio appellationis per Reos succumbentes interpositæ, iuribus utriusque Partis ad trutinam revocatis, fuit primi Iudicis revocata Sententia prædicta, fueruntque Rei absoluti a petitis per Actorem cum absolutione Partium a litis expensis.

Ad cuius revocatoriæ Sententiæ iustificationem, prætermisso etiam, quod Actor in hoc petitorio hypothecariæ actionis iudicio debebat probare dominium dictæ Domus penes Palumbam debitricem, iure communi inspecto, signanter quia agit contra Tertios Possessores
2 ex causa onerosa, nec ullam habentes causam a Palumba per collectos apud *Pacif. de Salv. interd. insp.* 1. *cap.* 3. *n.* 80. *& insp.* 2. *cap.* 1. *num.* 36. *& seqq.* & punctualius ad rem nostram *num.* 53. *& seqq.* vel saltem possessionem, inspecto Statuto Florentino Civitatis domi-
3 nantis, ad quod recurritur in defectum Statuti Liburnensis, *Peregrin. dec.* 1. *per tot. Rot. Nostr lib. mot.* 107. *pag.* 374. quo Statuto Florentino *lib.* 2. *cap.* 60. cavetur iisdem probationibus concludi in hypothecaria, quibus concluditur in Salviano. De quibus probationibus non
4 potuit docere, nisi per Donationem eiusdem Domus anno 1625. in capitulis matrimonialibus factam a dicto Iuda viro eidem Palumbæ, quæ donatio tamquam facta habito respectu ad dotem Viro traditam, vel dicitur propter nuptias, & est mera hypotheca, seu assecuratio dotis, licet appelletur a contrahentibus augumentum dotis, per punctualiter col-
5 lectos apud *Surd. cons.* 164. *num.* 16. *&* 17. ac proinde nullum tran-
6 stulit dominium, seu possessionem Domus in Palumbam, *Cutell. de donat. disc.* 1. *partic. antic. num.* 12. vel considerata tanquam simplex donatio, seu augumentum dotis, quia in Instrumento desuper celebrato legitur nudus titulus sine rei traditione, & absque claususa constituti
7 aliisque consuetis clausulis, nec pariter potuit in illam ullum transferre dominium, seu possessionem Domus, quia traditionibus non nudis pa-
ctis,

ctis, seu titulis dominia rerum transferuntur, famigerata *Leg. traditionibus Cod. de pactis*, cum aliis concordantibus ad materiam *Cutell. de* 8
donation. disc. 2. partic. 2. num. 77. & seqq. Imo & totum, quod fuisset translatum, fuit retrodatum, per retrodonationem anni 1647. de qua latius inferius, factam ab eadem Palumba ipsi donanti Iudæ viro eum constituto &c. Adeoque in facto deesse in Palumba tam dominium, quam possessio dictæ Domus de tempore obligationum Actori factarum, cum hypotheca etiam generalis ad præsentia, & futura, non ad præterita trahatur, *Leg. fin. Cod. quæ res pign. oblig. poss. Merlin. de pignor.* 9
lib. 2. quæst. 1. per tot.

Nec relevat replicatio, quod stante generali hypotheca bonorum facta per Palumbam in dictis Instrumentis ad favorem Actoris, quæ amplectitur nomen Iudæ viri debitoris dictæ Domus donatæ, *Pacific. de* 10
Salv. interd. insp. 3. cap. 2. num. 195. & seqq. Ciriac. contr. 338. n. 3. & seqq. & contr. 339. num. 10. & seqq. & operatur, ut utili Salviano 11
agi possit contra dictam Domum, iuxta *Pacific. ibid. num. 196.* aliosque plurimos; nisi simul saltem constaret, quod Iuda confiteatur se debere Uxori dictam Domum, quod est unum ex tribus requisitis ad hunc effectum per Doctores traditis, ut admonet idem *Pacific. ibid. n. 207. Rot.* 12
dec. 760. par. 2. rec. late *Merlin. de pign. lib. 2. quæst. 30. ex num. 30. Gratian. discept. 507. n. 4. & 14.* quidquid sit de aliis duobus requisitis minus necessariis.

Prætermisso etiam, quod similis donatio facta ex Stylo Hæbreorum a Sponso sponsæ in præmium virginitatis, ut legitur in dictis Capitulis 13
matrimonialibus, videtur dicenda potius ex causa libidinis, & ob metum virginitatis lucrum, ac proinde illicita, reprobata, ac nulla, ex noto *Text. in Leg. si ita stipulatus fuero 97. §. fin. ff. de verb. oblig.* de quo ultra innumeros alios *Rot. dec. 138. n. 7. & seqq. par. 5. rec. Card. de Luc. de Dot. disc. 165. n. 6. vers. prout licet &c. & n. 7. vers. quarta &c.* cum non constet talem stylum, sive observantiam fuisse obtentam in contradictorio Iudicio, vel legitime præscriptam, & ubi, ut hic est 14
destructiva Legis, *Rot. decis. 115. num. 24. par. 8. recent.* cum aliis innumeris.

Prætermissa tandem nullitate creditorum Actoris, quia respectu eorum, quorum Instrumenta sunt celebrata in Civitate Massæ, cum Statutum locale requirat in contractibus mulieris ultra decretum Iudicis consensum viri, & Patris respectu coniugatæ, ubi in Patris defectum notat alios gradatim, & in vocatorum defectum postremo vocat Mundualdum de consensu D. Commissarii eligendum, videtur idem Statutum requirere talem consensum ad integrandam personam mulieris, non 15
vero pro interesse Viri, & aliorum consentire debentium, tum quia requirit consensum pro genere muliebris sexus, non pro sola specie mulieris coniugatæ, dum ibidem expresse amplectitur celibatum, coniu-

gium, & viduitatem mulieris, ut bene notat *Martiimedic. exam.* 57. *num.* 8. *Gabr. conf.* 2. *num.* 117. *lib.* 2. tum etiam quia adiecit clausu-
16 lam irritativam contractus in casu contraventionis, *Soccin. sen. conf.* 23. *num.* 2. *vers. aliquando, & secundo &c. lib.* 4. cui adhæret *Gips. inter collect. apud Marin. allegat.* 107. *num.* 12. *Rot. post Zacch. de oblig. eamd. decis.* 241. *n.* 45. *& seqq. & par.* 5. *rec. dec.* 73. *n.* 14.

Ubi vero talis consensus est requisitus pro dicta integratione non pro interesse consentientis, videtur opinio crebrius recepta, reiectis pluribus aliis distinctionibus, quæ per Doctores fiunt in hoc articulo, quod consentiens non possit consentire, seu authorare in eo
17 contractu, in quo habet commodum, seu interesse, sed ultra tales consensus requiritur decretum Iudicis, seu Mundualdus in dicto Statuto ordinatus, late examinat *Gips. apud Marin. d. alleg.* 107. *per tot. Pich. ad Statut. Urb. gloss.* 15. *per tot. Rot. post ipsum decis.* 59. *num.* 9. *Tusch. litt. A. conclus.* 565. *per tot.* qui Mundualdus scivit adhiberi, ultra Iudicis decretum, quando Palumba fecit Viro dictam retrodonationem anno 1647. de qua infra. Et in casu nostro adest solus consensus Viri, & filiorum satis palpabile habentium ibidem interesse, dum Palumba, vel fideiubet pro Viro, vel cum ipso, & filiis correa debendi accipit pecuniam in mutuum, cum declaratione pro
18 sustentanda familia, quæ sustentatio est ad onus Viri, non vero Uxoris, nisi in subsidium *Marin. resol. lib.* 1. *cap.* 275. *n.* 3. *&* 4. *Surd. de aliment. tit.* 8. *privil.* 48. *num.* 6. Imo talis declaratio, & principalis obligatio Palumbæ præsumitur extorta blanditiis, seu minis
19 Viri, et ipsa remanet simplex fideiussitrix, *Post. resol.* 89. *num.* 1. *& seqq. Thesaur. dec.* 223. *n.* 2. *Maur. de fideiuss. par.* 2. *cap.* 3. *sect.* 10. *per tot. Rot. Nostr. Lib. Motiv.* 106. *pag.* 131. *e* 132.

Et quando contractus etiam omnes, quibus Actor nititur, pro omnibus deductis creditis, essent validi pro sorte principali (quod stantibus præmissis concedi non potest) adhuc fortiter claudicarent pro interesse, seu fructibus desuper prætensis, cum ex Processu non constet de iustificatione Cambiorum, super quibus in Instrumento diei 21. Iulii 1677. protestatur Actor velle recipere mutuatam summam petiarum 790. nisi intra assignatum ibidem terminum satisfieret, nec in hoc, nec in aliis Instrumentis constat de ullo iusto titulo, sive damni emergentis, sive lucri cessantis, nec unquam in Processu reperiuntur iustificata requisita talium titulorum, *Castrens.* videlicet *in Leg.* 3. §. *fin. num.* 3. *ff. de eo quod cert. loc.* mora nempe Debitoris, quod creditor fuit solitus negociari, vel ni fuerit negociari solitus, saltem
20 habuerit particulares occasiones emendi Census &c. Et quod tantum fuisset lucratus respectu lucri cessantis, de quibus apud *Castill. contr. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 14. *& seqq. Mart. Med. dec.* 14. *ex n.* 9. *ad fin. Mascard. de prob. conf.* 934. *per tot. Staiban. de interes. lib.* 1. *quæst.* 16. *ex*

16. ex n. 7. Leotard. de usur. qu. 74. fere per tot. Et respectu damni emergentis non legitur iustificatum damnum vere, non ficte obventum Creditori, nec mora Debitricis, ut constituendo differentiam inter hoc damnum, & dictum lucrum cessans requiri tradunt *Leotard. de usur. quæst. 75. num. 23. & passim per tot. Staiban. de intereß. lib. 1. qu. 18. usque ad num. 10. Castill. d. cap. 1. num.* 80. Imo quia ex aliquibus dictorum Instrumentorum constat Creditorem titulo pignoris &c., habuisse aliquas Ædes, videtur clarum, quod pensiones sint in sortem imputandæ, ut post *Divi Lucæ* Evangelium *Mutuum date nihil inde sperantes*, de quo *in cap. consuluit* 10. §. *verum quia extr. de usur.* materiam digerit *Card. de Luc. de camb. disc. 24. & disc. 29. fere per tot.* 21 22

Nec quicquam operatur inita conventio, quod Contrahentes quoad iustificationem interesse damnorum &c. velint stare simplici assertioni Creditoris, quia nec ipsa expressa confessio, & pactum Debitricis sufficeret, sed præsumeretur dolosum, & simulatum ad palliandas usuras, nisi aliunde quam a tali conventione, seu Partium assertione probetur tale lucrum, seu damnum &c. *Staiban. de intereß. lib. 2. tit. 11. quæst. unic. num. 133. & seqq. Leotard. de usur. quæst. 70. num. 10. & seqq. Castill. contr. lib. 2. dict. cap. 1. num. 76. & seqq. Gratian. discept. 387. num. 10. & 11. Carleval. de Iudic. disp. 8. sect. 6. num. 95.* ultra alios plurimos. 23

Quod huiusmodi præmissæ nullitates potuerint opponi, prout fuerunt appositæ a prædictis Reis conventis non obstante quod non opponantur ab ipsa Muliere, in cuius favorem sunt inductæ, videtur clarum ubi (ut in præsenti) mulier numquam declaravit, vel actus valere, & Rei agunt de excludendo Actore *Gratian. discept. 855. num. 18. & 19. post Surd. dec. 108. a num. 19. ad 21.* ubi quod post oppositam nullitatem non est amplius dictæ declarationi locus. Item ubi contractus est ipso Iure nullus stante prædicta clausula irritanti Statuti Massæ, quo casu publicæ utilitatis gratia, nec est locus dictæ declarationi, *Surd. d. dec. 108. num. 11. & seqq. Hodiern. ibidem num. 1. Gratian. discept. 691. a num. 6. ad 10.* sic nec tenet dicta declaratio ubi tertius opponens habet interesse, ut hic *Gratian. d. disc. 691. n. 15. vers. accedat, & discept. 865. num.* 10. imo etiamsi principalis expresse prohiberet, *Vant. tit. qui poss. de null. dic. a num. 6. ad 21. vers. 4. & ult. Rot. Nostr. lib. mot. 119. pag. 424. Capyc. Galeot. contr. 14 num 53. lib. 1.* Item quando nullitas est detecta, quæ per quemcumque potest opponi, *Gratian. d. discept. 691. num. 17. & dict. discept. 895. num 21. Rot. dec. 176. num. 11. par. 1. divers.* Et quando, ut hic, opponitur per viam exceptionis, *Gratian. discept. 691. num. 18. Rot. Nostr. lib. motiv. 119. pag. 424.* Et ita &c. 24 25 26 27 28

Æneas Cavalcanti Rot. Audit.

DECISIO XXIII.

EADEM LIBURNEN. HYPOTECARIA SUPER RETRODONATIONE

Iovis 31. *Ianuarii* 1691. *cor. bo. me. Dom.* AUDIT. ÆNEA CAVALCANTI.

ARGUMENTUM.

TRanslatio dominii Rei donatæ non obstante alienationis prohibitione fieri potest ab Uxore donataria ex Causa Pia, qualis est illa eximendi Virum a periculo carcerationis.

SUMMARIUM.

1 *Pacta dotalia non possunt immutari in præiudicium, sed in solam mulieris utilitatem.*

2 *Qui aliquid asseruit non admittitur ad probandum contrarium, nec auditur tanquam dolosus.*

3 *Mulier, ut Marito subveniat non obstante qualibet municipalium Sanctionum prohibitione potest se obligare, & quemcumque actum obligatorium facere.*

4 *Necessitas non abstringitur Legibus.*

5 *Quæ intuitu pietatis, & spiritu Dei aguntur non subiiciuntur ullæ humanæ Legi.*

6 *Causæ veritas præsumitur ubi adest decretum Iudicis interpositum, cum Causæ cognitione.*

7 *Qui contra propriam assertionem venit exceptione doli submovetur.*

8 *Creditor non habet Ius adversus bona a Debitore alienata prius quam Creditor illius evaderet.*

9 *Verisimilitudo magni facienda ad substinendum actum.*

10 *Uxor consentiens alienationi factæ a Viro, quo casu dicatur ipsa vendidisse?*

11 *Consentiens venditioni dicitur ipse vendere quando Res est illius propria, secus vero si sit aliena.*

12 *Quando vero consentiens non est Dominus, hinc amittit Iura sibi competentia super Re vendita.*

13 *Debita afficiunt solummodo bona præsentia, & futura, non vero præterita.*

14 *Limitata facultas nonnisi limitatum parit effectum.*

15 *Posito quod dignoscatur satisfactum menti Donantis sufficit, quod formalitas Reide futuro remaneat impleta per æquipollens.*

16 *Omis-*

16 *Omissio alicuius solemnitatis ratione destitutæ non mutat voluntatis substantiam, nec actum vitiat.*

SOlidius, strictiusque (præmissis tamen nullatenus spretis) eo Votum hoc inniti videtur, quia licet Iuda Vit in Capitulis matrimonialibus donaverit dictam Domum Palumbæ Uxori per Instrumentum de die 19. Augusti 1625. & cum retrodonantis prohibitione expresse adiecta in præcedenti Apoca dictorum Capitulorum, quæ prohibitio debet censeri repetita in dicto Instrumento, licet, de ea nulla ibidem fiat mentio, *Boss. de Dot. cap.* 8. *num.* 122. *& seqq.* quia pacta dotalia non possunt immutari in præiudicium, sed in solam mulieris utilitatem, not. *Leg.* 2. *ff. de pact. dotal.* late *Cardin. Mantic. de tacit. lib.* 12. *tit.* 32. ex n. 10. 1

Prohibitione hac tamen non obstante propter superventum deinde anno 1647. imminens periculum carcerationis Iudæ Viti, potuit, & voluit, imo debuit Palumba Uxor facere (quam fecit) dictæ Domus retrodonationem ex prædicta expresse adiecta causa finali, liberandi illum a dicto imminenti carcerationis periculo, satisfaciendo eius Creditoribus, a quibus vexabatur, propter cuius vexationis timorem a Liburno aufugerat Massam, & ut Liburnum redire posset ad negociandum, & substentandam cum negociatione familiam, quæ finalis causa legitur expressa in Instrumento dictæ retrodonationis de die 1. Martii 1647. Massæ celebrato cum Decreto Iudicis, causa cognita, interposito, etiam Mundualdo secundum localis Statuti censuram ad supplendum consensum Viti, qui in rem propriam authorare non poterat (ut dictum fuit supra) & ad supplendum aliorum Coniunctorum consensum a Statuto vocatorum pro tali consensu præstando, quorum nullum habebat in Massæ Territorio, ut in eodem Instrumento legitur, cui assertioni tanquam factæ ab ipsa Palumba standum est, itaut ipsa volens impugnare contractum, nec admittatur ad probandum contrarium, nec audiatur tanquam dolosa, ut contrariis resolutiis firmat *Maur. de fideiuss. par.* 2. *sect.* 8. *cap.* 56. *n.* 13. *mihi a* 419. 2

Debet enim Uxor subvenire Viro in miseriis, seu calamitatibus constituto, ut in captivitate Hostium, Carcere, eiusve imminenti periculo, & similibus, quia talium infortuniorum debet esse particeps propter carnis, & fortunæ unitatem cum illo, ac proinde non alienum, sed proprium, hoc casu, debitum agnoscere dicitur, & ex hac causa quæ dicitur pia, & necessaria non obstante beneficio *S. C. Velleian. Auth. si qua mulier*, aliave qualibet municipalium Sanctionum, prohibitione, potest iuridice, & validissime se obligare, consentire, oppignorare, cedere, renunciare, vendere, fideiubere, & quemcumque 3 alium actum, sive contractum obligatorium facere, *Cephal. cons.* 51. *n.* 21. cum aliisque congestis, adhæret bene enucleans *Maur. de fideiuss.*

par.

par. 2. *ſect.* 8. *cap.* 3. *a n.* 73. *uſque ad* 86. *mihi a* 351. ubi plurimos colligit quntum tranſcriptio omittitur *Surd. conſ.* 367. *ex num.* 14. *& dec.* 86. *n.* 6. *& Hodiern. ibid. Gratian. diſcept.* 108. *num.* 2. *& ſeqq. & diſcep:.* 952. *n.* 6. *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 7. *gloſſ.* 2 *par.* 6. *Giurb. obſerv.* 80. *n.* 10. *& ſeqq. Paſchal. de virib. patr. poteſt. par.* 3. *cap.* 5. *ſub n.* 13. *Urſel. concl.* 84. *n.* 142. *&* 149. *Merlin. de pignor. lib.* 2. *qu.* 18. *n.* 81. *& ſeqq. Dom. Urceol. conſ.* 24. *n.* 41. *Rot. poſt Pich. ad Statut. dec.* 17. *poſt Cenc. de cenſ. dec.* 33. *apud Martin. And. dec.* 79. *poſt Pacific. de Salv. deciſ.* 171. *n.* 6. *cor. Buratt. dec.* 401. *n.* 10. *& par.* 1. *rec. dec.* 731. *num.* 3. *& alibi plures Card. De Luc. de Dot. diſc.* 95. *n.* 3. *&* 8. ubi fortiorem dicit eſſe dictæ neceſſitatis cauſam, & magis proximam, ut Maritus onera matrimonii portet, debitum matrimoniale ſolvat, aliaque maritalia munia ſubeat.

Nec in hoc caſu mulier tenetur ſervare ullum pactum, ſeu conventionem hoc eſt prædictam antecedentis donationis prohibitionem, nec legem ullam, ullamve ſolemnitatem, ſive Statutorum, ſive Iuris Imperialis, eo quod neceſſitas non abſtringitur Legibus Divinis, multo
[4 minus humanis, & facit permiſſum id, quod cæterum eſſet prohibitum, ut univerſaliter cum pluribus recollectis tradit *Barboſ. axiom.* 157. *n.* 1. *& ſeqq. & præced. axiom.* 156. *num.* 1. & ſpecialiter in puncto noſtro *Maur. de fideiuſ. dict. cap.* 3. *num.* 84. adducta ratione *num.* 85. quia,
5 quæ intuitu pietatis, & ſpiritu Dei aguntur nullæ prorſus humanæ Legi ſubiiciuntur, *& d. cap.* 56. *num.* 14. & ultra fere omnes ſuperius congeſtos in locis iisdem, & cum ſola alicuius *num.* mutatione, & alios apud ipſos, & apud *Maur.* collectos tradunt *Bonden. collect.* 16. *n.* 14. *& ſeqq. & num.* 49. *& ſeqq. Trentacinq. var. reſol.* 2. *ſub num.* 14. *verſic. primus eſt &c. Rota in antiq. deciſ.* 1. *de Donat. & poſt Pacific. de Salv. deciſ.* 111. *num.* 4. *& deciſ.* 112. *num.* 1. *& par.* 4. *rec. deciſ.* 210. *& deciſ.* 39. *num.* 11. *par.* 11. *& cor. Buratt. deciſ.* 925. *num.* 11. *Merlin. Pignat. contr. cap.* 39. *num.* 4. *cent.* 1. ultra cæteros relatos apud ipſos. Quod ſit dictum ex abundanti, quia iam ſatis fuit ſuperius oſtenſa validitas dictæ retrodonationis, eo quod fuit citra neceſſitatem obſervata ſolemnitas per dictum Statutum Maſſæ ordinata.

Veritas d. Cauſæ liberandi Virum ab imminenti carceratione, & ut poſſet redire Liburnum ad ſubſtentandam cum mercaturæ, & negociationis induſtriis familiam, nedum præſumitur ratione decreti a Iudice, ut dictum fuit, interpoſiti cum Cauſæ cognitione, & opportunis cer-
6 tiorationibus, ut in præmemorato Inſtrumento legitur, itaut transferat in Actorem onus concludenter probandi contrarium, *Vaſquez contr. illuſtr. cap.* 39. *num.* 12. *& ſeqq. Card De Luc. de aliment. diſc.* 31. *num.* 21. *Rota cor. Cavaler. deciſ.* 407. *num.* 6. *cor. Bich. dec.* 240. *num.* 21. *cor. Pamphil. deciſ.* 434. *num.* 7. *&* 8. & alibi pluries.

Et

Et quia Palumba ipsa retrodonans tales deduxit causas, atque asseruit, propter quod si contra talem assertionem vellet venire, & actum 7
impugnare exceptione doli submoveretur, ut bene ratiocinato articulo, reiectisque contrariis firmat cum cœteris laudatis *Maur. de fideiuss. dict. par. 2. sect. 8. cap. 56. num. 13.* & multo minus videretur audiendus Actor, qui non plus iuris habet, quam ipsa Palumba, potissimum 8
quia nonnisi longe post talem retrodonationem cæpit illius fieri Creditor, adeoque de illo tempore nullum habebat ius adversus eum, eiusque bona, ex præcitata *Leg. fin. Cod. quæ res pign. oblig. poss.*

Sed quod magis est eadem causa satis verificata probatur ex eo quod eodem actu, atque contextu Instrumenti d. retrodonationis coram iisdem Testibus, eodem Notario rogato, & in continenti Vir retrodonatarius confirmat, & quatenus opus sit de novo vendit dictam Domum iisdem Emptoribus, quibus anno 1645. eam vendiderat acceptis in computum pretii scutis 1327. qui actus dilucide ostendere videtur quod ab iis emptoribus carceratio imminebat pro dicta summa scutorum 1327. ex quo noverunt pro libera sibi venditam, & traditam d. Domum, quæ vere non erat libera, sed aliena. Imo verisimiliter d. carceratio nonnisi ab his Emptoribus imminebat, quia nonnisi his post d. retrodonationem constat fuisse satisfactum per d. Iudam retrodonatarium; tanto magis quia non constat, quod deinde Iuda amoverit scuta bis mille, vel aliquam eorum partem sibi a dictis Emptoribus de dicto anno 1645. pro residuo pretii dictæ Domus assignata in Dohana Liburni, inde non amovenda, absque eorumdem Emptorum consensu pro securitate d. Emptionis, nam si Iuda alios habuisset de dicto anno 1647. Creditores, qui urgerent, tentasset dictæ summæ amotionem aliter Emptores cautelando, ut & alios dimitteret Creditores, & posset pacifice Liburnum redire, prout spreto tali tentativo in facto rediit cum familia, & permansit sine creditorum vexatione, & bene solvendo reputatus, deinde etiam ab ipso Actore, ut ostendunt Instrumenta Creditorum ab ipso producta in hac causa. Et hæc verisimilitudo videtur magni facienda signanter ad substinendum 9
actum iam factum, tamquam cognata naturæ, & semita Veritatis, quæ potestati Legis æquipollet *Bardellon. cons. 86. num. 11. & 12. Tusch. litt. V. concl. 161. per tot. Mart. Med. decis. 58. n. 33. 54. & seqq. Rot. dec. 245. n. 19. p. 7. rec. Rota Nostra Lib. Mot. 124. pag. 242.*

Vel ergo dicimus, quod Palumba in dicta retrodonatione proprium accomodando consensum alienationi d. Domus ex prædicta causa finali, & ad effectum prædictum sublevandarum dd. calamitatum, dicatur ipsa vendidisse per iura late collecta apud *Castill. contr. lib. 5.* 10
cap. 89. num. 112. & seqq. quo casu non potest ipsa, nec alter ab ea causam habens molestare Possessores, sed tantum agere ad pretium contra Virum, ut advertit *Castill. ibid.* quia consentiens venditioni

ditioni Rei propriæ dicitur ipse vendere, contra vero quando Res non
11 est propria consentientis, ut melius concordando contrarios explicat *Dond. conf. 58. num. 3. & seqq. Salgad. labyr. credit. par. 2. cap. 16. num. 84. & seqq.*

Vel dicamus, quod tantum retrodonavit, ut Vir venderet, seu aliter Creditoribus satisfaceret, ut verius videtur desumi ab ipsis Instrumenti verbis, cuius Rei inanis hic est enunciatio, hic unus exurgit effectus, quod Palumba usque de anno 1647. per dictam retrodonatio-
12 nem exuta prorsus remansit iuribus, quæ habebat in Domo signanter, quia statim obtinuit sui finis implementum, nempe Viri liberationem a prædictis Creditorum vexationibus, ut late comprobat *Cutell de donat. disc. 3. partic. 6. num. 14. 24.* & alibi pluries, ac proinde debita per eam postea contracta cum Actore nullatenus afficere valuerunt bona illius præterita, sed solummodo præsentia, & futura, ut fuit superius
13 repetitum cum *Leg. fin. Cod. quæ res pign. oblig. poss. Merlin. de pignor. lib. 2. quæst. 1. per tot.*

Nec tandem obstat, quod Palumba consenserit in dicto Instrumento alienationi d. Domus tamquam in futurum faciendæ, non vero tanquam factæ de præterito, quasi respectu factæ de præterito, non potuerit haberi ille finis liberandi Virum a dd. vexationibus Creditorum, qui poterat consequi solvendo eis cum pretio a facienda alienatione retra-
14 hendo, adeoque limitata facultas non nisi limitatum parit effectum, ex *Barbos. axiom. 40. num. 3.*

Nam ultra, quod hoc obiectum satis est resolutum supra in *versic. sed quod magis est &c.* ubi fuit ostensum, quod verosimillime tunc temporis non aderant alii Creditores, quam illi qui præcedenter anno 1645. emerunt dict. Domum, & in facto incontinenti post dictam retrodonationem fuit iisdem ad cautelam de novo vendita, adeoque fuit impleta hæc formalitas venditionis futuræ, & integer fuit retrodonantis finis consequtus non minus ex præterita, quam ex futura venditione, ut demonstratur in *dict. vers. sed quod magis est &c.* & sic ex ipsis facti circumstantiis cessat prorsus obiectum.

Sed reflectebatur quoque in Iure, quod posito, quod dignoscatur satisfactum menti Retrodonantis per Viri liberationem prædictam, suf-
15 ficit, quod hæc formalitas venditionis volitæ de futuro, remaneat impleta per æquipollens, *Rot. Ianuen. dec. 210. n. 3. & 4. Rot. dec. 177. n. 12. par. 2. & dec. 353. n. 1. par. 3. rec. Conciol. alleg. 21. a n. 3. ad fin. Rot. Nostr. lib. mot. 112. pag. 421. & lib 106. pag. 129.* proinde, quod alienatio subsequatur potius quam præcedat dictum consen-
16 sum, habita substantia, sineque plene consequto, ad quem ipse consensus dirigebatur, remanet levis solemnitas ratione destituta, cuius omissio facti, seu voluntatis substantiam non mutat, nec actum vitiare valet, *Alex. cons. 141. n. 10. lib. 2. Rot. Nostr. dict. lib. motiv. 106.*

pag.

pag. 128. *&* 129. Obiectum enim Palumbæ in illo actu non fuit alienatio domus, ut de futuro potius, quam ut de præterito, sed sola Viri liberatio; cum ergo ex tali retrodonatione vere exortus sit eiusdem liberationis effectus plenatius, nullatenus est curandum de modo venditionis futuræ potius, quam præteritæ, per regulam *Leg.* 3. *ubi Bald. Cod. de instit. & substit. Tusch. lit E. concl.* 5. *num.* 1. *&* 8. *& seqq.* cui adhæret *Barbos. axiom.* 8. *num.* 5. apud quos attenditur effectus non modus. Exuberavit propterea Retrodonatarius procedendo ad dictam novam venditionem, & undequaque videtur remanere eiusdem retrodonationis vis semper magis, magisque consolidata.

Et ita utraque &c.

Æneas Cavalcanti Rotæ Audit.

DECISIO XXIV.

MINIATEN. INDEBITI

Iovis 10. *Iulii* 1692. *cor. bo. me. Dom.* AUDIT. ÆNEA CAVALCANTI.

ARGUMENTUM.

Indebiti solutio non probatur ex nullitate Apocharum Censuum ob defectum denunciationis Officio Gabellæ, nisi idem defectus concludenter probetur, vel ostendatur, quod dictæ Apocæ redoleant pravitatem usurariam.

SUMMARIUM.

1 *In condictione indebiti Actor probare debet concludenter suam intentionem quia indebitum non præsumitur.*
2 *Ab allegante solutionem indebiti, causa erroris cui repetitio nititur est probanda.*
3 *Unicus Testis non probat quia vox unius, vox nullius.*
4 *Præsertim ubi versamur in re gravi.*
5 *Interventus solemnitatis Extrinsecæ præsumitur post triginta annos.*
6 *Denunciatio officio Gabellæ non est facienda eodem actu celebrationis Apocæ sed intra Mensem.*
7 *Ad excludendam probationem indebiti, sufficit sola possibilitas in contrarium.*
8 *In casu, quo Debitores in Apocha census assumpserint sibi onus denunciatio-*

ciationis faciendæ, & Gabellæ solvendæ, & relevandi creditorem a damnis ob non implementum, loco liquidationis damnorum intrat idem interesse conventum.

9 *Potissimum quia nullitas non provenit ex defectu formæ traditæ, per Bullam Pianam.*

10 *In nullitate resultante a Gabella non soluta, vel ex non facta denunciatione exigitur rigorosa probatio librorum Gabellæ.*

11 *Nec difficultas, vel impossibilitas obtinendæ dictæ rimationis exonerare valet a d. probationis onere, sive illud transferre in adversarium.*

12 *Accusator nec pro fisco facit ullam probationem nisi aliunde accusatio probetur.*

13 *Et accusatus est absolvendus.*

14 *Indebitum concludentius probandum erit cum actor cognovit debitum per realem solutionem.*

15 *Ignorantia Iuris etiam municipalis nimirum excusat.*

16 *Quando non constet quod nemo ex contrahentium assumserit sibi onus faciendæ denunciationis, & solvendæ Gabellæ idem remanet utrique Parti commune.*

17 *Et hoc casu non intrat repetitio indebiti, si translatum fuerit dominium.*

18 *In hac materia Gabellæ non solutæ propria turpitudo allegari potest.*

19 *Limita ubi tamen agitur de lucro captando, non de damno vitando.*

20 *Transactio cessare facit repetitionem indebiti.*

21 *Et non interveniente dolo etiam immoderata læsio transactionem non vitiat, licet cæterum rescindatur contractus, quoties læsio est ultra dimidium.*

22 *In indebiti repetitione duo sunt probanda, primum solutionem fuisse indebitam, secundum factam fuisse per errorem.*

23 *Census valet quamvis contractus per Apocam privatam.*

24 *Quia Bulla S. Pii V. ubi de Instrumento publico mentionem facit loquitur enunciative, non dispositive.*

25 *Lex Gabellæ non resistit contractui ab initio, sed impedit deinde executionem propter defectum denunciationis.*

26 *Ubi error non cadat in facto, sed in solo iure, ignorantia neutrum excusat.*

27 *Licet solvens indebitum non repetat, imputat tamen solutas usuras in sortem.*

28 *Annullatio contractus exsurgens, ex defectu Gabellæ non solutæ non tollit obligationem naturalem, sed solam civilem.*

29 *Ubi Census contractus habuit implicitum statum validitatis Fructus debentur usque ad diem oppositæ nullitatis.*

30 *Et cum nullitas non proveniat ex defectu formæ traditæ per Bullam debentur saltem ratione damnorum, & interesse.*

31 *Nil*

31 *Nil tam naturale est, quam pacta servare.*
32 *Annullatio ex defectu denunciationis contractus Officio Gabellæ non procedit ob defectum solemnitatum, sed tantum ratione prohibitionis, & in odium non denunciationis.*
33 *Lex Gabellæ disponens de Censibus vitalitiis uti pœnalis extendi non potest ad casum Censuum perpetuorum.*
34 *Nec ex identitate, vel ex maioritate rationis in materia adeo odiosa dicta extensio fieri potest.*
35 *Ubi in Statuto legitur scripta ratio disponendi tunc dispositio trahitur etiam ad casum non expressum.*
36 *Limita ubi Statutum est simul correctorium, ac pœnale.*
37 *Per subauditos intellectus Iuri Communi non licet derogare.*
38 *Signanter ad indebite inferendum damnum notabile.*
39 *Irrationale est inducere locupletationem Debitoris cum Creditoris iactura.*
40 *Causa etiam colorata sufficit ad evitandam pœnam restituendi, vel in sortem imputandi accepta.*
41 *Et ignorantia excusat respectu aliarum pœnarum citra nullitatem actus.*
42 *Rota Nostra interpetravit Edictum Officii Gabellæ sub titulo* delle Compre, e Vendite *procedere etiam in censibus perpetuis.*
43 *Contra hanc Rotæ opinionem stat resolutio Magistratus Gabellæ in filia relat. 33. a 105.*
44 *Clausula irritans adiecta inStatuto inducit formam servandam inContractu.*
45 *Propter nullitatem ex defectu formæ non servatæ Census resolvitur in mutuum, & fructus cedunt in extinctionem sortis.*
46 *Limita ubi clausula irritans est adiecta solemnitati, seu formæ servandæ in ipsa celebratione contractus, non vero ubi est adiecta oneri post celebrationem contractus implendo.*
47 *Obligatio naturalis impedit repetitionem indebiti, seu imputationem.*
47 *Annullatio propter gabellam non tollit obligationem naturalem, sed solam civilem.*



Enditis usque de die 11. Iulii 1683. per Dominos Hyacintum, & Silvium Bucaloffi Miniatenses nonnullis bonis olim Andreæ Passerotti, eiusque filio Ioanni Baptistæ pariter Miniatensibus cum confessione Venditorum de recepto pretio in summa scut. 650. ante celebrationem Instrumenti de dicta die desuper initam; Emptor deinde de die 9. Martii 1689. periit coram D. Vicario d. Civitatis S. Miniati condemnari Venditores ad sibi tradendum reliquatum dd. bonorum non integre traditorum, una cum fructibus, & prout in eius libello de dicta die. Adversus hanc petitionem die 21. eiusdem Martii, Rei conventi post datas exceptiones per viam reconventionis exposuerunt quod per Apocas privatas imposuerunt super quibusdam eorum bonis plures annuos Census, ipsosque ad rationem 7. pro centenario vendiderunt

dictis Actoribus; Primum scilicet de anno *1669.* pro scutis 200. Secundum de anno *1671.* pro aliis scutis 200. , & tertium de anno 1675. pro aliis scutis 250 quod cum dictis scutis 650. pretio dictorum bonorum venditorum fuit extincta omnium istorum Censuum sors ascendens in totum ad eamdem summam scutorum 650. quod ante celebrationem dictæ venditionis anni 1683. solverant in computum dd. annorum censuum summam scutorum 401. 4. 3. & post eamdem Venditionem aliam summam scutorum 58. in computum scutorum 84. residui tunc anno *1683.* insoluti dd. annuorum Censuum, quod prædictæ Apocæ privatæ Censuum nunquam fuerunt denunciatæ Officio Gabellæ quando erant intra mensem denunciandæ sub pœna nullitatis comminatæ per eiusdem Officii Statuta, ac Legum, nec unquam fuit pro eis soluta gabella; Propterea ob tales defectus institerunt declarari nullos dd. Census, & successive condemnari Actorem ad sibi restituendos dd. sc. 401. 4. 3. & sc. 58. in dictam Causam fructuum indebite perceptorum. Et fabricato desuper Processu emersit die 17. Octobris *1691.* ex consilio Sapientis Sententia, qua Actor obtinuit iuxta petita in sua conventione, & Rei pariter secundum id, quod in reconventione petierant, absolutis Partibus ab expensis.

Devoluta ad hoc Tribunal Causa per solius Actoris appellationem in partibus solummodo sibi contrariis, & sic in solo capite reconventionis, quia quoad conventionis Caput, Actores nedum non appellaverunt, sed excipiendo institerunt in totum confirmari Sententiam Iudicis a quo, negocioque discusso, fuit pronunciatum pro revocatione dictæ Instantiæ d. Iudicis a quo cum absolutione Actoris a petitis per Reos in dicto Capite reconventionis, & utriusque Partis a litis expensis.

Potissima huius resolutionis ratio eo nititur, quia Appellati defecerunt in salutari suo, hoc est in concludenter, ut par erat, probanda suæ reconventionis intentione; versamur enim in expresse intentata condictione indebiti, scilicet in receptione annuorum censuum tanquam indebite perceptorum, in qua Actor debet concludenter probare suam
1 intentionem, quia indebitum non præsumitur, *Leg. cum de indebito 25. §. si vero ff. de probat. cap. 15. qui conqueritur extr. de solut.* cum aliis concordantibus, ac proinde causa erroris, cui indebiti repetitio nititur est probanda ab allegante solutionem indebiti, scilicet in *Leg. 1. Cod. de*
2 *cond. indebit. Natt. in addit. ad Alex. cons. 83. lib. 1. Rot Ianuen. dec. 3. num. 2. & dec. 5. num. 5. Rot. cor. Coccin. dec. 92. num. 2. & dec.* 384. *num. 1.* quamvis probatio consistat in negativa, *cor. Bich. dec. 74. num. 9. & 11. & dec. 77. num. 3. & seqq. & cor. Merlin. dec. 26. n. 2. decis. 463. num. 1. decis. 508. num. 2. & decis. 594. num. 1. cum aliis Rot. Nostra lib. motiv. 107. pag. 461. & seq. lib. 108. pag. 152.* & alibi passim.

Et

Et quidquid sit, quod per Testes ab eisdem Appellatis inductos
sufficienter constet in substantia, quod pretium dictæ Venditionis fuerit
concordatum inter Partes, ut cederet in extinctione sortis, præceden-
tium Censuum, nec alio pecuniæ interventu Venditoribus in facto fuerit
solutum, nonnisi ex unico Teste, nempe ex Notario dictæ Venditionis 3
rogato constat de temporibus superius insinuatis dd. Apocarum censua-
lium, & vox unius, vox nullius, nota *Leg. Iuris Iurand. ibique DD. Cod.
de Testib. & de Iure Canonico, & Divino Mancin. controv. Sacr. Iur. dis-
sert. fin. num.* 10. late *Farinacc. de Testib. quæst. 63. num. 1. & plurib. 4
seqq.* signanter quia versamur in re gravi, & in onere concludentissimæ
probationis, ut infra *Farinacc. d. quæst. 63. num. 30.*

Non probato enim concludentissime tempore celebrationis dd. Apo-
carum præsumi valent adeo præterito celebratæ, ut intret præsumptio
interventus dictæ solemnitatis, licet extrinsece, scilicet denunciationis
Officio Gabellæ, ad quem effectum sufficit cursus annorum triginta, 5
*Caball. cons. 66. lib. 1. Ger. Spin. cons. 46. & 47. per tot. Rot. cor.
Buratt decis. 120. num. 40. & seqq. & cum plurimis Sabell. in Summ.
§. solemnitas 22. num. 1. & 2. tom. 4.* signanter, quia talis denunciatio
non est facienda eodem actu celebrationis dd. Censuum, sed intra 6
mensem, *Gratian. disceptat. 867. num. 53. Buratt. dict. decis. 120.
num. 38. 41. & seqq.*

Tanto magis, quia ad excludendam indebiti probationem sufficit
sola possibilitas in contrarium, *Cyriac. controv. 263. num. 11. & 72.* 7
*& controv. 264. num. 14. Leotard. de Usur. quæst. 76. num. 45. Rot.
cor. Bich. dec. 77. num. 12.* Et possibile est ultro, quod Debitores in
dictis Apocis assumpserint sibi onus denunciationis faciendæ, & ga-
bellæ solvendæ, & relevandi Creditorem a damnis ob non implemen- 8
tum, quo casu loco liquidationis damnorum intrat idem interesse con-
ventum, *Rot. post Salgad. labyr. Credit. decis. 7. fere per tot.* potissimum
quia nullitas non provenit ex defectu formæ traditæ per Bullam, ut 9
bene distingunt *Leotard. de usur. quæst. 59. num. 6. 17. & seqq.*

Fortius quia, qui se fundat in dicto defectu denunciationis,
seu Gabellæ non solutæ, & sic in nullitate ex tali defectu resultante
etiam citra hunc debiti casum, qui præ cœteris rigorosiorem exigit 10
probationem librorum Gabellæ, *Bart. in Leg. in illa stipulat. num. 5. 6.
& 7. & ibi Adden. ff. de verb. oblig. Vant. de nullit. tit. a quo, &
quib. mod. num. 1. 2. & 3.* & cum aliis pluribus *Rot. Nostra lib. mot.
32. pag. 71. lib. 12. pag. 544. lib. 58. pag. 110. lib. 80. pag. 502.
lib. 91. pag. 98. lib. 99. pag. 307. & alibi.* Nec Testes examinati ul-
latenus de hoc defectu deponunt, sed tantum de illo Gabellæ non
solutæ, cuius pœna est tantum pecuniaria non vero nullitas.

Nec difficultas, sive etiam impossibilitas obtinendæ d. rimationis 11
exonerare valet a dictæ probationis onere, sive transferre in Adversa-

rium onus probandi contrarium ex *Textu* satis claro in *Leg. Actor* 23. *Cod. de probat. Cyriac. dict. controv.* 263. *num.* 12. multoque minus id operari valuit, seu ullum probationis effectum facere innomina, accusario fere in calculo ferendæ sententiæ facta dicto Gabellæ Officio, quod de præteritis temporibus fuerint celebratæ dictæ Apocæ censuum, nec fuerint unquam denunciatæ, neque Gabella soluta, quia Accusator
12 nec pro Fisco ullam facit probationem, nisi aliunde accusatio probetur, *Conciol. resol. crimin. in vers. accusato, resol.* 6. *per tot.* & accu-
13 satus est absolvendus, idem *Conciol. in vers. absolutio resol.* 5. *per tot.*

Imo concludentius, & evidentissime erat in præsenti probandum indebitum, itaut probatio concluderet per necesse, quia appellati cognoverunt debitum per realem solutionem, quam ipsi in
14 reconventione confitentur, & pluries in processu, *Rot. dec.* 592. *num.* 27. *&* 28. *par.* 5. *rec.* ubi cum pluribus Rotæ Decisionibus aliisque auctoritatibus rationem affert, quia nemo præsumitur velle id solvere quod non debet, & ex quo fecerunt hanc solutionem oriatur præsumptio gravans possibilitatem insinuatam supra in *vers. tanto magis*, quod in dd. Apocis assumpserint sibi onus denunciationis, atque Gabellæ solvendæ, eoque magis, quia notarius in dicto suo examine dicit fragmenta laceratæ scripturæ remansisse, in suo scamno, & sicut recuperatunt ab eo, & produxerunt illa recuperatarum ita præsumuntur recuperasse, & alia fragmenta dictarum Apocarum, & ideo hæc non produxisse, nec constaret de tali sibi assumpto onere. Nec relevaret assertio, quod nisi de tempore reconventionis pervenerit ad eos scientia Statutorum, ac Legum Gabellæ dictam nullitatem comminantium,
15 quia ignorantia Iuris etiam municipalis nominem excusat, ex *Leg. quod te* 5. *ff. si cert. petat. Rot. dec.* 159. *num.* 8. *& dec.* 287. *num.* 13. *par.* 6. *& dec.* 166. *num.* 17. *par.* 8. *recent. Carpan. ad Statut. Mediolan. in prælud. num.* 515 *& seq.* nec excusat a vi decreti irritantis *Barbos. clausul.* 40. *num.* 8. *& seq.*

Vel quando constaret, quod ipsi Debitores non assumpserint sibi onus, adhuc remansisset utrique Parti commune nisi ostenderetur expresse
16 iniunctum Creditori, ut de veriori firmat *Cenc. de censib. par.* 2. *cap.* 1. *quæst.* 1. *artic.* 2. *num.* 6. *& Rot. Nostra dict. lib. motiv.* 93. *pag.* 260. *versic. quod autem mutua &c.* Adeoque verteretur ex utraque parte turpitudo omissæ denunciationis, quo casu non intrat repetitio in-
17 debiti, quando fuit translatum rei dominium, ut in presenti casu per collectos apud *Tepat. var. tit.* 525. *cap.* 11. *versic. licet ubi ec.* Imo
18 licet in hac materia admittatur posse allegari propriam turpitudinem, per collectos apud *Rot. Nostr. lib. motiv.* 103. *pag.* 335. & alibi passim, id tamen limitabatur ubi agitur de lucro captando, non de
19 damno vitando, *Bargal. de dol. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 71. & quod Debitores agant de lucro captando demonstratur inferius.

Vel

Vel saltem ex quo Testes deponant, quod ideo Creditor, consensit recipere solutionem, ac extinctionem dictorum Censuum potius in Bonis stabilibus, quam in pecunia numerata, his verbis „ perchè „ diceva detti Censi esser fatti per Scritta privata, che non era stata „ pagata la gabella, che per altro non gli sarebbe tornato il conto „ pigliar detti Beni, e far detta compensazione „ dignoscitur transactio desuper inter Partes inita, quæ Transactio cessare facit indebiti 20
repetitionem, *Leg. 2. Cod. de cond. indeb Mozz. de Contract. tit. de indeb. de caus. quæ fac. cess. num. 7. mihi a 26. col. 4.* ubi cum congestis, si non intervenit dolus, etiam immoderata læsio non vitiat hanc transactionem, licet cœterum rescindatur Contractus, quoties læsio est 21
ultra dimidium.

Et tandem duo erant probanda, primum solutionem fuisse inde- 22
bitam, secundum factam fuisse per errorem, *Mozz. de contract. tit. de indebit. tract. de indeb. cui detur com. num. 2. mihi a 27. col. 1. Leg. 1. in princ. ff. de cond. indeb. Leg. cuius per errorem ff. de reg. cum aliis concordantibus.*

Sed circumscriptis etiam omnibus usque adhuc insinuatis, alio ex capite cessat prætensa repetitio per condictionem sive indebiti, sive ob causam, sive sine Causa, aliamve similem, scilicet, quia posito, quod non ostendatur dictas Apocas redolere pravitatem usurariam, quæ non inde exoritur, quia Census sint initi per Apocam 23
privatam, nam verior, & communiter recepta est hodie opinio *coram Boccac. de censib. par. 1. n. 94. & par. 2. n. 189. Onded. cons. 26. n. 33. & seqq. lib. 2.* quod valeat census per Apocam privatam Contractus, quia Bulla S. M. Pii V. ubi de Instrumento publico men- 24
tionem facit non loquatur dispositive, sed enunciative, *Actolin. resol. 12. n. 4. Cenc. de cens. qu. 43. n. 15. & 16. Rot. post ipsum dec. 112. n. 4. & dec. 113. n. 1. & par. 9. rec. dec. 20. n. 14. cor. Buratt. dec. 10. n. 8. dec. 46. n. 3. & 19. & cor. Pen. dec. 716. n. 10. & cum aliis Rot. Nostr. Lib. Motiv. 97. pag. 208.*

Posita inquam usurariæ pravitatis exclusione non potest controverti, quod versemur in censibus naturalibus debitis propter Partium conventionem, sine ulla peccati labe initam, imo etiam civiliter a principio debitis, quia Lex Gabellæ non resistit contractui ab initio, sed eius impedit deinde executionem propter dictæ asseriæ denuncia- 25
tionis defectum, ut bene exornat *Magon. decis. Floren. 137. n. 21. & seqq.* Proinde tales census nonnisi post dictæ Legis inobservantiam fiunt sola civili obligatione indebiti, & declarat ipsa Lex Gabellæ 4. Augusti 1617. *in vers. come vien dichiarato*, quo casu licet naturalis obligatio non pariat actionem, vetat tamen talis Civilis indebiti petitionem, ubi error non cadat in facto, sed in solo Iure, ut hic, scilicet in ignorantia Legis Gabellæ, non minus uni, quam al-

teri Contrahentium importantis dictæ denunciationis onus, quæ igno-
26 rantia neutrum excusat, ut bene cum plurimis exornat *Mozz. de contract. de indebit. de divis. indeb. n. 11. mihi a 25. col. 3. & 4. Leg. si non sortem 26. §. indebitum, & §. adeo ff. de cond. indeb. gloss. Bart. & alii in L. 1. ff. eod.* explicat *Oinotom. in instit. quib. mod. re contr. oblig. §. ii quoq. n. 2. & seqq. & firmat cum aliis Rot. cor. Bich. dec. 306. n. 8. Tusch. litt. I. concl. 83. n. 1. & seqq. qui ubi n. 22.* limitat, quod licet solvens indebitum non repetat, imputat tamen solutas usuras in
27 sortem, est intelligendum secundum *Roman.* cui nititur *cons.* 238. *in princ.* nempe de usuris, nec naturalibus debitis, ob vitium in Contractu, in quibus terminis loquitur id *Roman.* & clarius explicat *num. seqq.* & de similibus usuris loquuntur *Ottbobon. dec. 2. n. 5. Leotard. de usur. qu. 76. n. 36.* & apud ipsos dicentes, quod usuræ etiam scienter solutæ repeti possunt.

Et in terminis, quod ubi contractus habuit substantialia requisita, quæ quoad Censum traduntur per *Rot. post Cenc. de cens. decis.*
28 308. *n.* 21. annullatio deinde exurgens ob gabellam non solutam non tollit obligationem naturalem, sed solam civilem, definivit hæc *Rot. post Feliu. in cap. dilecti filii num. 6. in puncto extr. de except. aliisq. relatis apud Magon. d. decis. Florent. 137. num. 9. & seq.*

Vel quia actus habuit implicitum statum validitatis, fructus debentur usque ad diem oppositæ nullitatis, *Rot. decis* 41. *num. 26. &*
29 *seq. part. 6. recent.* & nullitas non provenit ex defectu formæ traditæ per Bullam saltem debentur ratione damnorum, & interesse, ut dictum fuit supra ex *Leotard. & Seraph.* quibus additur *Card. de Luc. de usur. disc. 17. num. 10. & de censib. disc. 4. num. 2. disc. 10. num. 1. infra*
30 *Cenc. de Censib. quæst. 6. num. 1. Rot. post ipsum decis. 147. num. 6. & part. 6. rec. decis. 99. per tot. & cor. Cerr. decis. 144. fere per tot.*

Nec scrupulum ingerere potuit dicta Lex municipalis Gabellæ diei 4. Augusti 1617. *versic. e finalmente volendo &c.* „ ibi „ con facoltà „ a detti debitori di computare nella sorte principale, o repetere le „ somme da essi pagate avanti alla notificazione „ quia dicta Lex tam in rubro, quam in nigro a principio usque ad finem semper rotundis verbis legitur restricta ad censos vitalitios, seu temporales nulla unquam facta, vel minima mentione de perpetuis, proinde cum versemur in Lege, seu Statuto Iuris Comunis correctorio, & nedum odioso, sed pœnali, immo pœnalitate tali, quæ ultro adimit naturalem obligationem, omnemque eius effectum ex ipso naturæ, & Gentium Iure inductum, quia nil tam naturale est, quam pacta servari *Leg. Iuris gent.*
31 *7. ff. de pact.* signanter quia annullatio procedit non ob defectum solemnitatum, sed ratione prohibitionis, & in odium non denunciationis, ut bene contrarios conciliat *Panormitan. in cap. cognoscentes 2. num. 5.*
32 *extr. de const. &c. Bald. in Leg. non dubium 5. num. 6. ad med. & in fin.*

fin. lib. 7. *Vant. de nullit. tit. quid sit nullit. &c. num.* 15. *Rot. decis.* 693. *num.* 3. *part.* 1. *rec*, remanet indubitatum, quod hæc Lex specifice, ac expresse disponens in Censibus vitalitiis non potest trahi ad 33
alium casum censuum perpetuorum, late cum pluribus exemplis articulum exornat, ac firmat *Mascard. de gen. Statut. interp. concl.* 4. *a princ. usque ad num.* 53. *ubi a num.* 178. ultro ampliat, nec ex identitate, imo nec ex maioritate rationis fieri posse in hac adeo odiosa, & 34
pœnali materia extensionem de uno ad alium casum, uti *num.* 46. & cum aliis *Conciol. ad Statut. Eug. in prælud. num.* 196. *& seq.* explicar, quando Statutum dicatur odiosum, vel favorabile, cum pluribus *Barbos. in loc. argum. loc.* 68. *num.* 4. *Buratt. decis.* 6. *num.* 9. *Conciol. ibid. num.* 131. *& seq.*

Verum est, quod ubi in Statuto ratio disponenti legitur scripta, tunc dispositio trahitur ad casum etiam non expressum, quia hoc casu est potius compræhensio ex vi rationis exurgens, quam extensio, ut 35
declarat *Mascard. d. concl.* 4. *num.* 59. *& seq.* sed hoc limitatur, ubi, ut in præsenti statutum est simul correctorium, ac penale, sic *Mascard.* 36
ibid. num. 64. 86. *& seq.* cum non debeat per subauditos intellectus Iuri Communi derogari *Conciol. ubi supra num.* 131. *& seq. Mascard.* 37
ibid. num. 68. *& seq.* signanter ad indebite, ut hic, inferendum damnum notabile *Mascard. ibid num.* 118. *& seq. Everar. loc a rat. Leg.* 38
larg. num. 24. *Tusc. litt. S concl.* 607. *a princ. per plures nn. seq.*

Quæ sint dicta ex abundanti, quia in *d. Leg. Gabellæ* nulla legitur scripta ratio dictæ pœnæ, scilicet quare velit quod ob defectum notificationis debitor debeat posse solutum repetere, vel in sortem imputare, quod continet odium irrationale, quia inducit locupletationem Debitoris cum iactura Creditoris, per collectos apud *Barbos. in loc. argum.* 39
d. loc. 68. *num.* 4.

Quæ saltem indubitanter, operantur iustam causam ad evitandam dictam pœnam restituendi accepta, vel in sortem imputandi, ad quem effectum sufficit etiam causa colorata, imo iniusta, & bestialis *Tusc.* 40
litt. S concl. 612. *num.* 3. *Barbos. axiom.* 40. *n.* 36. *&* 37. *Altimar. de nullit. rubr.* 1. *quæst.* 11. *a num.* 5. *& plures seq. Rot. decis.* 693. *num.* 3. *in princ. part.* 1. *rec. Rot. nostra lib. motiv.* 53. *a* 428. & alibi millies, ultro, & ignorantia excusat respectu aliarum pœnarum citra 41
nullitatem actus *Barbos. claus.* 40. *num.* 13.

Statutum vero præfatum Officii Gabellæ sub *tit. seu rubr. delle Compre* longe ante præfatam Legem conditum, quo annullantur emptiones, & venditiones factæ per Apocam privatam, quæ intra mensem præscriptum non sint denunciatæ eidem Officio Gabellæ quidquid sit, quod per Rotam nostram fuerit interpretatum procedere etiam in 42
censibus perpetuis ut in *lib. motiv.* 93. *a* 260. *lib.* 94. *a* 247. *lib.* 97. *a* 208. sed nullatenus articulo examinato, minusque considerato, quod

ver-

versemur in materia odiosa, & pœnali, ut mox fuit demonstratum; contra quam Rotæ opinionem stat contraria resolutio Magistratus Gabellæ ad relationem D. Auditoris Fiscalis in filtia relationum Gabellæ
43 32. a 105. satis cernitur casui nostro inapplicabile, quia nullatenus concedit Debitoribus dictam facultatem reperendi solutum, vel in sortem imputandi, quam concedit dicta Lex anni 1617. proinde hac deficiente ulteriori pœna, ultra illam nullitatis solummodo ibi comminatam, bene intrant, & inapplicabilitatem ostendunt, ea quæ quoad indebiti repetitionem excludendam ex vi naturalis obligationis, quæ adimi non potuit, & quoad odium, ac pœnalitatem dictæ Legis anni 1617. fuerunt superius insinuata a *vers. præsentes* ex quo redditur in præsenti casu superfluum examen dicti articuli, an dictum Statutum annullans emptiones, & venditiones per apocam privatam initas ob dictum denunciationis defectum annullet etiam census perpetuos per similem apocam celebratos.

Nec refert clausula irritans in Statuto adiecta, quæ inducit for-
44 mam dictæ denunciationis in Contractu servandam, iuxta late collectos apud *Barbos. de clauf. clauf.* 40. *num.* 32. qua non servata, actus ipso Iure corruit post alios *Barbos. ibid.* & cum plurimis aliis *axiom.* 100. *num.* 3. *&* 17. *Cenc. de censib. quæst.* 49. *n.* 15. *& quæst.* 111. *num.* 13. *Rot. cor. Mantic. decis.* 300. *num.* 2. *& seq. & post Pacific. de Salvian. inter. decis.* 336. *num.* 17. *& part.* 9. *tom.* 1. *recent. decis.* 256. *num.* 4. propter quam nullitatem ex defectu formæ non servatæ census resolvitur in mutuum, proinde fructus cedunt in extinctionem sortis, nam ex Contractu fœneratitio percipiuntur, *Cenc. de censib.*
45 *quæst.* 60. *num.* 1. *Rot. post ipsum decis.* 147. *num.* 6. *cor. Seraphin. decis.* 1006. *num.* 5. *&* 6. *Card. de Luc. de usur. disc.* 17. *num.* 10. *& de censib. disc.* 4. *num.* 2. *& decis.* 10. *num.* 1. *in fin. & alibi.*

Licet enim responsio satis exsurgat ex hucusque insinuatis, ad ostendendam obiecti inapplicabilitatem distinguendum est, vel clausula irritans est adiecta solemnitati, seu formæ servandæ in ipsa celebratione Contractus, & procedit obiectum, & in hoc casu loquuntur doctrinæ
46 in eodem obiecto relatæ, & plurimæ aliæ, quæ afferri possent, si bene rimentur, quæ omnes supponunt inobservantiam formæ per Bullam S. M. Pii V. servari ordinatæ, aliumve similem defectum, qui usurariam redoleat labem in ipsa census celebrationem Contractus implendo, & cessat obiectum saltem ad effectum nostrum repetitionis indebiti, seu imputationis in sortem, quia cum de labe usuraria, aliove vitio in contrahendo non redarguantur præscriptæ Apocæ, quidquid sit, quod per
47 præscriptam clausulam irritantem tollatur obligatio civilis, tamen nullatenus tollitur naturalis, quæ impedit dictam repetitionem indebiti, seu imputationem, ut late fuit ostensum supra in vers. sed circumscriptis ex punctuali doctrina *Magon. decis. Florent.* 137. *num.* 11. *& seq.* ubi

num.

num. 9. in individuo firmat quod annullatio propter Gabellam non tollit obligationem naturalem, sed solam civilem, & cum *Bich.* 48
Mozz. & aliis fuit ostensum, quod ubi remanet obligatio naturalis, cessat d. repetitio indebiti, seu in sortem imputatio, & facit bene ad rem *Card. de Luc. de usur. disc. 12. n. 16.* ibi „ Ista enim propositio „ procedit in casu, quo accessiones generaliter, & in substantia sint licitæ, itaut usuram de sui natura non redoleant, sed solum ad earum licitam perceptionem requiratur aliquod implementum. Et id pluribus „ oppositis exemplis declarat, & nititur ratione his verbis exarata „ Quoniam materia generaliter, & in substantia non est prohibita, neque infecta, & late comprobando definivit *Rot. Nostra in Florentina Cambiorum Veneris 18. Iun. 1688.* quod toties cessat repetitio, seu in sortem imputatio censuum, seu Cambiorum quoties contractus non peccat in forma per Bullam prefinitam. Et hæc imputatio ultro cessat in facto, quia sors supponitur extincta eum dicta venditione, & nil pro tali sorte fuit in Iudicio petitum. Tanto magis quia res habuit implicitum statum validitatis, & omni casu fructus debentur saltem ratione damnorum, & interesse, quia non fuit spreta forma Bullæ, ut cum plurimis ostenditur superius in *verf. vel quia actus &c.*

Et ita utraque &c. ad laudem Dei &c.

Æneas Cavalcanti Rotæ Auditor.

DECISIO XXV.

LIBURNEN. INCOMPETENTIÆ

30. Decembris 1692. cor. bo. me. Dom. AUDIT. ÆNEA CAVALCANTI.

ARGUMENTUM.

NOmen Debitoris non Rei in specie, sed Rei *in genere*, uti consistentis in quantitate, pondere, seu mensura tanquam actio innixa ossibus Creditoris sequitur eius Territorium, atque Iurisdictionem, nisi Debitor solutionem promiserit ubique Locorum, vel in certo aliquo Loco.

SUMMARIUM.

1 *Iurisdictio Tribunalis cæterum incompetentis sortiri potest pluribus ex causis, ut celebrati contractus, delicti commissi, solutionis destinatæ, vel Domicilii, vel Originis, vel Communis Patriæ.*

2 *Ubi*

2 *Ubi agitur actione mera personali nemo conveniri potest in loco, in quo non habitat.*
3 *Actio personalis nullum alium habet Iudicem competentem præter Iudicem domicilii Rei conventi.*
4 *Nec ullo modo intentari potest coram Iudice Loci, in quo Res petita sita est.*
5 *In defectum Statutorum Liburni recurritur ad Florentina utpote Civitatis dominantis.*
6 *Partitæ libri proprii licet ex Statuto Florentino possint sortiri hypothecam legalem in defectum conventionalis, eam tamen non sortiuntur nisi per Autenticam Iudice auctore factam.*
7 *Atque hac adhibita solemnitate hypotheca incipere videtur a die partitæ.*
8 *Ex Literis Cambii non oritur hypotheca nisi sit expresse conventa, vel a locali Statuto ordinata.*
9 *Nomen debitoris, qui sit debitor non rei in specie, sed rei in genere, ut quantitatis, ponderis, vel mensuræ tanquam actio infixa ossibus Creditoris sequitur eius Territorium, & Iurisdictionem.*
10 *Hæc opinio licet controversa recepta est in auditorio Rotæ Florentinæ.*
11 *Nomen debitoris tunc est cuiusvis Iurisdictionis ubi conveniri posse contingat cum solutionem promisit ubique Locorum.*
12 *Vel est illius Loci, in quo promissa est solutio.*
13 *Merces transmissæ extra Territorium ad mercandum non sunt Iurisdictionis Loci ubi reperiuntur, sed Mercatoris transmittentis.*
14 *Nisi locus ubi reperiuntur sit patria communis.*
15 *Vel alibi sint perpetuo destinatæ.*
16 *Pretium regulariter non succedit loco rei in particularibus, sed in solis universalibus.*
17 *Nec huic regulæ obstat ulla ex limitationibus quæ per Doctores traduntur.*
18 *Si Debitor sit de fuga suspectus, sequestrari potest apud Iudicem incompetentem, sive in persona, sive in rebus quoquo modo transeuntibus, sed ad solum effectum, ut caveat de iudicio sisti in suo foro.*
19 *Sequestrum nil aliud operatur quam ponere in tuto bona Debitoris, ut Creditor satisfieri valeat.*

SEquestrata coram Domino Gubernatore Liburni, usque de 18. Iunii 1691. penes D. Antonium Quaratesi Liburni Negociatorem omni summa, & quantitate pecuniarum effectuum, ac Mercium spectantium ad Dominum Carolum Philippum, & Federigum Ballocci Urbis Negociatores ad instantiam Dominorum Ioannis Baptistæ & Caroli Bonsigli, & Friderici de Andreozzis sociorum in altero Liburni Negocio, tanquam Creditorum præmemoratorum Ballocci in summa petia-

petiarum 1024. Dominus Antoninus subsequenti die 21. eiusdem Iunii medio Iuramento his formalibus verbis fassus fuit sequestrum, „ Disse avere d' ordine dei Deputati del fallimento dei Barlocci venduti diversi Effetti, che a questi attenevano, ed avere già rimesse ai medesimi Deputati buona parte dell' avanzo dei suddetti Effetti, dai quali Deputati si tien ordine di rimetterli il reliquato, che è al presente pezze 833. „ prout sufficienter huius assertionis veritatem probavit deinde in hac secunda Instantia ex pluribus documentis apud acta deductis. Pro sequestri confirmatione prosequentibus statim coram eodem D. Gubernatore Liburni dd. Actoribus assignato absentibus Barlocci debitoribus Curatore, datis per hunc consuetis exceptionibus comparuit apud acta illius iudicii die 3. Decembris 1691. dictus D. Antoninus tanquam Mandatarius Dominorum Sebastiani, Sebenico, & Francisci Lelmi de Urbe deputatorum ab Eminentissimo Cardinali Bandino Panciatichi Prodatario Iudice per Sanctissimum Delegato super decoctione dd. debitorum Barlocci, cæterisque connexis &c. per delegationem in forma Brevis de die 12. Iunii 1690. de qua apud acta huius secundi Iudicii, & inter cæteras exceptiones adversus dd. Actores coram dicto Domino Gubernatore Liburni datas, specifice his verbis excipitur „ secondo, perchè trattandosi di un asserto Credito di falliti, come sono gli detti Sigg. Barlocci di Roma, non possono gli Sigg. Bonfigli, e Andreozzi esser soddisfatti dell' intero particolarmente, ma devono comparire in Roma avanti il detto Eminentissimo Sig. Card. Panciatichi, ove si ventila la Causa del Concorso universale dei Creditori di detti Sigg. Barlocci decotti „ Et replicato per Actores non teneri comparere apud alienum Tribunal extra Statum S. C. S. emersit dicti Domini Gubernatoris sententia dicti sequestri confirmatoria pro summa per dictum D. Antoninum, ut supra confessata.

Causa ad hoc Tribunal devoluta per appellationem eiusdem Antonini tanquam Mandatarii prædicti, solideque, ac docte de more per Dominos hinc inde informantes, discussa, tandem stantibus documentis, ut supra, noviter in hac secunda Instantia deductis, revocata fuit prædicta Sententia D. Iudicis a quo, remittendo Partes ad prædictum Iudicium Concursus creditorum in Urbe introductum super dicta decoctione Domini Caroli Philippi, & Friderici Barlocci cum assolutione Partium a Litis expensis.

Ad duo etenim principalia capita fuit in hac Causa restrictus oppositus per D. Antoninum Reorum nomine Incompetentiæ modus.

Primo, an nomen Debitoris eiusdem D. Antonini saltem ratione Rei sitæ dici valeat, quod sit sub iurisdictione Liburni ad effectum, ut Rei per Actores conventi potuerint ibidem conveniri, nec ne?

Secundo, an omni casu, quo potuerint ratione rei sitæ Liburni conveniri, adhuc prædictum Iudicium Concursus Creditorum in Urbe intro-

introductum, hanc Causam trahat, quæ sub diversi Principis Iurisdictione agitatur?

Negative in primo, Affirmative in secundo fuit ex mox insinuandis resolutum.

Ad primum, non est dubium, quod pluribus ex causis, potest alicuius Tribunalis cœterum incompetentis, Iurisdictio sortiri, nempe ratione, vel celebrati Contractus, vel quasi intra eius Territorium, vel ibidem sitæ Rei, seu Delicti commissi, seu Solutionis destinatæ, vel
1 Domicilii, vel Originis, vel Communis Patriæ, & aliave simili, ex satis notis iuribus in *Leg. Actor fin. Cod. ubi in rem act. cap. fin. & ibi Gloss. extra de for. comp. Leg. extra Territorium fin. ff. de iurisd. omn. Iudic.* cum plurimis aliis concordantibus, & cum distinctionibus, ac declarationibus per *Bartol. Castrens.* aliosve Repetentes traditis signanter *in dict. Leg. fin. Cod. ubi in rem act. & in Leg. hæres absens ff. de Iudic.* de quibus late apud *Coler. de process. execut. par. 2. cap. 1. a num. 19. usque ad 57.* latius apud *Carleval. de Iudic. disput. 1. qu. 1. 2. num. 3. & 4. per tot. Card. De Luc. de Iurisdict. disc. 75. per tot. Valdaur. observ. 15. fere per tot. Amat. resol. 232. per tot.* & pluries hæc *Rota* declaravit.

Ut autem ratione Rei sitæ, quæ sola ratio fuit per Actores deducta, quis conveniri possit in Loco, quo Res ipsa reperitur, requiritur, quod si non est personaliter in Loco, vel non habet ibi Pergulam apertam, vocetur per Litteras subsidiarias, non ut precise ibidem comparere, & se defendere compellatur, sed dumtaxat causative, & eo non comparente, Actor mitti valeat in possessionem dictæ Rei dummodo versetur in actione reali, vel rei vindicationis, vel hypothecaria, vel in actione mixta, seu etiam personali, sed in rem scripta;
2 contra vero si agatur actione mera personali, ut post plures, examinato articulo firmat *Carleval. dict. disput. 2. quæst. 3. a num. 149. ad 152. Amat. dict. resol. 33. a num. 17. fere usque ad fin. Borgn. decis. 3. num. 8. & seqq. n. 25. & seqq. par. 1. Coler. d. par. 2. cap. 1. num. 44. 57. & seqq. pluries Rota Nostra signanter lib. motiv. 95. pag. 15. lib. 82. a 59. lib. 103 pag. 317. lib. 106. pag. 10. lib. 25. pag.* 80. Et his formalibus verbis rationem affert *Tondut. de prevent. par. 2. cap. 20. num. 18.*

Quia personalis actio nullum alium habet Iudicem competentem
3 præter Iudicem domicilii Rei conventi *d. Leg. 2. Cod. ubi, & apud quem &c.* nec ullo modo potest intentari coram Iudice Loci, in quo
4 res petita, vel in controversiam deducta, sita est, *Rot. decis. 205. n. 5. par. 7. rec.*

Sed in præsenti hypothesi fuit observatum, quod pro prædicto Credito nonnisi actio mera personalis eiusdem Actoribus competit, cum non nitatur nisi Partitis Libri proprii, quæ Partitæ licet ex Sta-

tuto

tuto *Com. Flor. rub.* 13. *lib.* 4. ad quod tamquam Civitatis Dominantis recurritur in defectum Statutorum Liburni, *Peguer. d. Cathalog.* 5
1. *per tot. Roman. conf.* 218. *per tot. cum aliis Rot. Nostr. Lib. Motiv.* 100. *pag* 398. *lib.* 106. *a* 480. *lib.* 107. *a* 374. & alibi pluries, licet (inquam) ex tali Statuto possint legalem sortiri hypothecam in defectum conventionalis, eam tamen non sortiuntur nisi per transumptationem, & autenticationem, Iudice authore, factam, ut in terminis 6
huius Statuti declaravit *Neguzan. de pign. membr.* 2. *par.* 5. *num.* 47. *& seqq.* & pluribus *Rot. Nostr. Lib. Motiv.* 90. *a* 165. *lib.* 100. *a* 26. *lib.* 107. *a* 51. ultra alios plurimos: quidquid sit, an adhibita hac solemnitate hypotheca incipiat a die autenticationis vel a die partitæ, 7
ut videtur eidem *Neguz.* ibidem *n.* 49. & clarius tradit *Soccin. Sen. conf.* 240. *n.* 3. *& fere per tot. lib.* 2. cum in facto non constet in præsenti casu de hac adhibita solemnitate per Actores, nec disceptetur modo prælatio cum Concreditoribus, quæ obliget firmare, qua die incipiat hypotheca.

Et quatenus fuissent apud acta deductæ Litteræ Cambii, quibus 8
forsan partitæ prædictæ nitantur (quod factum non fuit) adhuc ex Litteris Cambii non oritur hypotheca nisi sit expresse conventa, vel a locali Statuto ordinata, punctualiter *Genua de scriptur. privat. lib.* 3. *quæst.* 2. *per tot. Merlin. de pignor. lib.* 3. *qu.* 16. *per tot.* ubi reprobat contrarios.

Agitur tamen de subiecto non supponendo (quod tollit difficultatem in radice) quia secundum veriorem, & in iudicando signanter receptissimam opinionem nomen Debitoris, qui sit debitor non quidem 9
rei in specie, sive immobilis, sed rei in genere, vel ut quantitatis (ut in præsenti) seu ponderis, seu mensuræ tamquam actio infixa Crediroris ossibus sequitur eius Territorium, atque Iurisdictionem, & cum hac distinctione conciliando contrarios plurimis collectis docte de more examinato articulo firmat *Dond. conf.* 54. *a n.* 7. *vers. contra pro nostra usque ad fin. ex fundam. Leg.* 3. *ff. pro soc. & Leg. si quis ergo casus* 16. *ff. de pecul. Magon. decis. Florent.* 107. *num.* 12. quam opinionem, licet cœterum controversam, esse in hoc Auditorio re- 10
ceptam testatur *Rot. Nostra in Florentina Legitimæ de Berzighellis de die* 2. *Septembris* 1678. *num.* 86. & sic nomen D. Antonini debitoris est de Iurisdictione cui subsunt Creditores Barlocci nempe Urbis.

Tunc enim nomen Debitoris nullius est iurisdictionis, ut eius sit 11
ubi ipsum de Iure, vel de facto posse conveniri contingat, quando solutionem promisit ubique Locorum, *Coler. de process. exeq. par.* 2. *cap.* 1. *a num.* 19. *ad* 57. cum aliis collectis supra in *versic. ad primum*, & bene distinguit *Dond. d. conf.* 54. *ubi supra*, vel eius Loci est, in 12
quo promissa est solutio, *Marin. allegat.* 82. *num.* 40. de qua promissione solvendi ubique Locorum, vel solvendi alio Loco extra Urbem non constat ex prædictis partitis Libri Actorum.

Et quando versaremur non in debito quantitatis, sed mercium per Mercatores transmissarum extra Territorium ad mercandum, adhuc eas non esse iurisdictionis Loci ubi repetiuntur, sed Mercatoris transmit-
13 tentis, post *Thesaur. Surd. & Magon. dict. decis.* 107. *num.* 8. *tradit Michalor. de fratrib. par.* 3. *cap.* 7. *num.* 31. nisi locus, ubi reperiun-
14 tur sit Patria communis, iuxta *Castr. in dict. Leg. fin. num.* 3. *vers. si autem ubi Cod. ubi in rem act.* vel alibi sunt perpetuo destinatæ, ut exemplificando in Locis imprestitorum tenet, & tradit *Alexander.*
15 *cons.* 19. *num.* 9 quod sit dictum ex abundanti, quia ex documentis apud acta deductis, ut supra, constat nos versari in puro debito quantitatis, scilicet precii retracti ex Mercibus de commissione Domini.

Nec pretium regulariter succedit Loco rei in particularibus, ut
16 hic, sed in solis universalibus, *Leg. si rem, & pretium ff. de petit. hæredit.* nec ulla intrat ex limitationibus, quæ per Doctores traduntur
17 huic regulæ, de quibus apud *Tusc. litt. P. concl.* 490. *per tot. Merlin. de pignorib. lib.* 2. *quæst.* 51. *a num.* 22. *ad fin. & per tot. Bonden. collect.* 18. *per tot. tom.* 2. *Marcian. disp. forens.* 74. *per tot. tom.* 2.

Si vero Debitor sit de fuga suspectus, ut in hoc casu, quo Debitores erant iam decocti, & periculum sit in mora etiam respectu actionis mere personalis, potest quidem sequestrari apud Iudicem incompetentem, sive in persona, sive in rebus quoquo modo transeuntibus,
18 sed ad solum effectum, ut caveat de Iudicio Sisti &c. in suo foro *Carleval de Iudic. disput.* 2. *quæst.* 3. *num.* 147. *versic. ratione autem, Tusc. litt. F. concl.* 521. *num.* 5. *Borgnin. dict. dec.* 1. *num.* 13. *par.* 1. *Franc. Marc. dec.* 105. *per tot. Ancaran. cons.* 140. *num.* 4. *vers. & ad sequestrum, cum aliis Rot. Nostra lib. motiv.* 37. *pag.* 133. *lib.* 96. *pag.* 220. *versic. nec dicatur &c.* cum sequestrum nil aliud opere-
19 tur quam ponere in tuto bona Debitoris, ut Creditor satisfieri valeat, *Capyc. Latr. dec.* 197. *num.* 18.

Æneas Cavalcanti Rotæ Audit.

DECISIO XXVI.

EADEM LIBURNEN. INCOMPETENTIÆ SUPER REMISSIONE CAUSÆ AD IUDICIUM CONCURSUS IN URBE

die 30. *Decemb.* 1692. *cor. bo. me. Dom.* AUDIT. ÆNEA CAVALCANTI.

ARGUMENTUM.

Iudicium Concursus, vel tacite, vel expresse formatum trahit ad se omnes alias Lites a Creditoribus ante, vel post motas coram diversis Iudicibus cæterum competentibus, nec ullus Creditor etiam alterius

terius Iurisdictionis immunis est ab onere comparendi coram Iudice competente debitoris etiamsi sit Clericus, vel alterius Iurisdictionis.

SUMMARIUM.

1 *Ex incorporatione, & traditione librorum, & scripturarum inducitur possessio omnium ibidem contentorum.*
2 *Possessio suum esse non recipit ex latitudine facti extrinseci, sed ex potestate, animo, ac voluntate acquirere volentis.*
3 *Praeoccupatio praeventionem inducit.*
4 *Praeventio obligat Creditores ad comparendum in Curia praevenientis.*
5 *Et operatur ut etiam in concursu, particulares Causae saltem ad effectum executionis, seu exactionis crediti sint remittendae ad eum Iudicem, qui prius coepit cognoscere.*
6 *Ne causae continentia dividatur, aliaque sequantur absurda.*
7 *Fuga debitoris decocti habetur pro dimissione bonorum facta creditoribus.*
8 *Fugitivus in term. Stat. Merc. Florent. habetur pro declarato decocto.*
9 *Iudicium concursus tacite, vel expresse formatum trahit ad se omnes alias lites a creditoribus ante, vel post formatum concursum motas, coram diversis Iudicibus caeterum competentibus.*
10 *Et est necesse quod sit individuum, atque inseparabile penes Iudicem debitoris.*
11 *Nec Creditores alterius Iudisdictionis, sive sub eodem, vel sub diverso Principatu sunt immunes ab onere comparendi, & agendi coram praedicto Iudice.*
12 *Imo nec clerici eximuntur ab onere comparendi apud Iudicem debitoris qui consideratur ut Reus.*
13 *Actor qui talis sit per veritatem sequi debet forum Rei.*
14 *Ad dignoscendum an aliquis sit actor, vel Reus non sunt ullatenus inspicienda accidentia Iudicii, sed ipsa petitionis intentio.*
15 *Iudicium concursus procedit pari passu cum remedio Legis „ si contendat ff. de fideiuss. & Leg. diffamari Cod. de ingen. & manumiss.*



D secundum constat ex huc usque traditis, quod Creditum praedictorum Decoctorum adversus praedictum D. Antoninum *Quaratesi* nullatenus est de foro, seu Iurisdictione, cui subest idem D. Antoninus Debitor sed de foro, & iurisdictione cui subsunt decocti illius Creditores, & sic de Summi Pontificis Iurisdictione. Ultro constat ex documentis postremo apud acta deductis per eundem D. Antoninum tanquam mandatarium praedictorum Deputatorum super dicta decoctione, quod in facto ipsi Deputati inter caeteros Effectus dictorum decoctorum vigore dicti Brevis Apostolici incorporatos, incor-

porarunt etiam hoc creditum contra D. Antonium, qui longe antequam per Actores fieret dictum sequestrum iisdem Deputatis magnam proprii debiti partem solverat, & pro reliquo ab eorum voluntate, & iussu pendebat, cum ex incorporatione traditione &c. Librorum, scri-
1 pturarum &c. induatur possessio omnium ibidem contentorum *Post. de manutent. observ. 22. num. 1. & late fere per tot.* Et in actionibus cæterisque iuribus incorporalibus ex qua si possessione Partis acquiratur possessio universalis, immo possessio quoad unam rem sufficiat pro manutentione quoad alias sub eodem iure comprehensas, quia possessio suum esse non recipit ex latitudine facti extrinseci, sed ex potestate simul, & animo ac voluntate acquirere volentis, bene idem *Post.* cum
2 aliis collectis *observ. 73. ad num. 130. a 135.* quod non dicitur ad effectum ut Deputati possideant pro se, sed pro debitore detineant, ut noti iuris est.

Proinde quando prædictum Iudicium concursus de quo in prædicto Brevi Apostolico, in Urbe introductum, dici vellet, concursus potius particularis, quam universalis, ex quo non reperitur introductus ac formatus a predictis decoctis, quia bona omnia dimiserint penes suum Iudicem vocatis Creditoribus ut veniant ad obtinendum satisfieri cum aliis requisitis concursus universalis de quibus, & de natura, vi & effectu talis concursus tradit *Salgad. labyr. Credit. part. 1. cap. 1. ex num. 6. per tot.* & de natura, vi & effectu talis concursus particularis, tradit idem *Salgad. d. part. 1. num. 5. & cap. 4. §. 1. per tot.* & de differentia inter utrumque tradit specialiter eadem *part. 1. cap. 4. §. 1. num. 33. usque ad fin. cap. 1. num. 5. & cap. 16. ex num. 20. 43. 72. & 73.* & alibi adhuc ex prædicta ratione quod nomen Debitoris est de iurisdictione Creditoris, & Deputati prædicti Decoctorum vigore prædictæ incorporationis sunt in quasi possessione eiusdem nominis Debitoris, ut supra visum fuit, & sic Urbis Iurisdictionem non posse evitari ex fundamentis hucusque traditis, & quia ex hac incorporatione creditorum fit præoccupatio quæ præventionem inducit
3 ut post *Roman. cons. 47. in princ.* tradit *Tusch. litt. P concl. 577. num. 4. & seq.* præventio obligat Creditores ad comparendum oppositive in
4 illa Curia *Tondut. de prævent. part. 1. cap. 10. num. 66.* Et operatur ut etiam in concursu, particulares Causæ saltem ad effectum executionis, seu exactionis crediti sint remittendæ ad eum Iudicem, qui prius
5 cœpit cognoscere cum pluribus *Salgad. labyr. part. 1. d. cap. 4. §. 1. num. 37. cui adheret Tondut. d. cap. 10. num. 16. vers. quod si concursus &c.* Altera etiam iuncta ratione, ne causæ continentia dividatur aliaque sequantur absurda bene ponderata ab eodem *Salgad. d. §. 1. a*
6 *num. 42. ad fin.*

Universalis tamen non particularis Concursus naturam visum fuit habere prædictus qui fuit in Urbe introductus, quia si non expresse

sal-

saltem tacite dicitur formatus a dictis debitoribus decoctis, quia fugam
arripuerunt, & fuga Debitoris decocti habetur pro dimissione bonorum 7
facta Creditoribus, ut exponendo qualitates, & requisita Concursus
universalis notat his formalibus verbis, *Salgad. labyr. d. part.* 1. *cap.* 1.
num. 52. „ quia debitoris decocti fuga habetur pro dimissione bono-
„ rum facta Creditoribus, quæ a Iudice sequestrantur, & apud admi-
„ nistratorem deponuntur, & Curator ad litem absenti, & fugitivo no-
„ minatur, cum quo acta geruntur, & Creditores certi citantur, & quo
„ ad incerta publica proclamata fiunt &c. & usque ad finem litis pro-
„ sequitur, ac si fallitus præsens foret, prout communiter, & quotidie
„ praticatur ut etiam videre est apud *Thesaur.* „ & alios ibidem con-
gestos. Et quod fugitivus in terminis Stat. Merc. Flor. habetur pro 8
declarato decocto per collectos apud D. *Urceol. de transact quæst.* 34.
num. 20. *& seq.* cui adhæret *D. Ansald. de commerc. disc.* 11. *num.* 19.
& tritum est LIBURNI servari Statuta Mercantiæ Florentiæ.

Fortius quia Debitores *Barlocci* morabantur *Romæ*, ibique erat
maior pars Creditorum atque Bonorum ut ex dicto Brevi, aliisque a-
pud acta deductis resultat, quo casu Iudicium Concursus a Debitore
sive tacite, sive expresse formatum, trahit ad se omnes alias lites a
Creditoribus ante, vel post formatum Concursum motas coram diver- 9
sis Iudicibus cœterum competentibus, ut late examinato articulo, con-
trariis reiectis, plurimisque cumulatis authoritatibus, atque rationibus
firmat idem *Salgad. d. part.* 1. *cap.* 4. *a num.* 1. *ad num.* 30.

Ratio inter cæteras potissima est, quia huiusmodi iudicium ad hoc
solum ordinatur, ut rite, & recte cunctis Creditoribus satisfieri valeat,
servata scilicet inter eos anterioritate, seu gradus, & iurium prerogati-
va, propterea id expleri nullatenus potest nisi singulæ Causæ, singula-
que Iura coram eodem Iudice deducantur, atque resolvantur, alias sin-
guli Creditores singulares reportantes a singulis Iudicibus super pro-
prio credito sententias volentes executioni demandare super bonis De-
bitoris, se invicem impedirent ob contrarietatem sententiarum, divide-
retur continentia causarum, plurimaque alia orirentur assurda atque
dispendia litium ad quæ evitanda fuit inductum hoc Iudicium Concur-
sus coram Iudice Debitoris velut rei originari (ut infra) efforman-
dum, quod hac de causa, & pro bono pubblico dicitur esse, & neces-
se est, quod sit individuum, atque inseparabile penes D. Iudicem de-
bitoris, ut late, ac solide exornat idem *Salgad. d. part.* 1. *cap.* 2. *a* 10
principio usque fere per tot. cap. 3. *num.* 6. *& seq. & cap* 4. *n.* 20.
& seq. num. 36. *& seq. & num.* 56. *& seq. Rocc. de decoct. Mercat.
Notab.* 15. *num.* 49. *impress. post secund. vol. respon. Tondut. de præ-
vent. part.* 1. *cap.* 10. *num.* 16. *vers. sed tamen D. Ansald. de Com-
merc. disc.* 11. *num* 16. *& seq. & melius num.* 25. *&* 26. *Card. de
Luc. de Iurisd. disc.* 83. *num* 3.

Nec Creditores alterius Iurisdictionis, sive sub eodem sive sub diverso
11 Principatu sunt immunes ab onere comparendi & agendi pro suo credito coram prædicto Iudice Concursus, quia hoc Iudicium se habet adinstar corporis compositi, integrati ac perfectionati ex iuribus Debitorum, ac Creditorum velut ex membris ac Partibus integrantibus, ergo ab hoc Iudicio cuncti indifferenter sunt trahendi Creditores, ut a corpore cuncta trahuntur membra, nec ab illo possunt ullatenus discedere tanquam inseparabiliter ei unita, sic cum pluribus ratiocinante, *Salgad. labyr. part.* 1. *cap.* 4. *num.* 22. *&* 23. & faciunt *de Luc. & Ansald.* in locis proxime citatis.

Quoties enim Creditores alterius Monarchiæ immo, & Monarchiæ Ec-
12 clesiasticæ rem Debitoris communis non possident, nullatenus possunt opponere de defectu Iurisdictionis adversus prædictum Iudicem Debitoris, & quod cogi non possint comparere coram Iudice non suo, signanter Clerici coram seculari, quia in hoc Concursus Iudicio per Debitorem sive tacite, sive expresse moto, ut supra Debitor habet quidem apparentiam Actoris, sed substantiam rei quia volens ab ære alieno exonerari cunctos vocat Creditores ut contra semetipsum agant, & propterea deducant iura ad obtinendam proprii Crediti satisfactionem secundum eorum prerogativam eo modo quo Actor sequi debet forum rei volens contra ipsum agere; Contra vero, quando Creditor sive eiusdem, sive diversæ Monarchiæ rem possidet, quia hoc casu est vere Reus, ac proinde eius forum est sequendum ut latius ac stricte exornat contrariis reprobatis *Salgad. d. part.* 1. *cap.* 6. *a num.* 8. & strictius *a num.* 15. *ad fin. loquens de Clerico ubi ex num.* 11. *ad* 13. specifice reprobat sententes hanc doctrinam fundari in regula, ne continentia Causæ dividatur, & ne oriatur sententia
13 contra sententiam & firmat hanc mox allatam rationem esse veram, atque irreparabilem quod Actor (qui talis sit per veritatem) sequi debet forum Rei *& cap.* 2. *num.* 14. *& seq.* Et alibi pluries plurimis collectis loquendo pariter de Clerico *Tondut. de prævent. part.* 1. *cap.* 10. *num.* 47. *&* 48. *D. Ansald. de commerc. & Mercat. d. disc.* 11. *n.* 26. 27. *&* 28. & bene de more articulo enucleato *Card. de Luc. de Iu-*
14 *risd. disc.* 2. *num.* 4. & alibi pluries, qui omnes, & signanter cum pluribus aliis *Salgad. d. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 12. concludunt, quod ad dignoscendum, an aliquis sit Actor vel Reus non sunt ullatenus inspicienda accidentia Iudicii, sed ipsa petitionis intentio, atque originalis natura Causæ, & clarius comprobat, *Salgad. ad num.* 12. *usque ad* 16.

Passu equidem pari procedit hoc Concursus Iudicium cum remedio
15 *Leg. si contendat. ff. de fideiuss. & Leg. diffamari Cod. de ingen. & manumiss. in quo diffamatus* debitor Libello porrecto coram suo Iudice citans Creditorem diffamantem, atque provocans ad agendum dicitur per apparentiam, seu per accidens *Actor*, sed per veritatem atque per se in substantia est *Reus*, ac proinde coram proprio illius Iudice diffamantes con-

contra eum agere, suaque Iura deducere cogantur, ut optime cum hac paritate assumptum comprobat innumeris congestis, *Salgad. d. part. 1. cap. 2. a num. 7. per plures seq. Rot. decis. 102. num. 9. part. 6. decis. 57. num. 31. & 32. & decis. 94. num. 29. part. 7. recent. & cor. Cavaler. decis. 58. num. 1.* dummodo tamen diffamatus possideat rem, super qua diffamatur, contra vero si non possideat *Rot. decis. 500. num. 12. & seq. part. 5. recent. & post Post. de Manutent. decis. 249. n. 19. & seq. & dec. 417. num. 1. & seq.* & idem procedere in Laico diffamato adversus Clericum diffamantem *Tondut. de prævent. part. 2. cap. 18. num. 15.* & latius examinato articulo *Sanfelic. decis. 168. ex num. 5. & late per tot. Salgad. d. part. 1. cap. 6. num. 17. & 18 Card. de Luc. de Iurisd. disc. 62. num. 5. & de Iudic. disc. 2. num. 3. alter De Luc. ad Gratian. discept. 85. sub num. 13. in fin. Rot. cor. Cerro decis. 559. num. 1. & 2.* Cum ergo iam sit solide firmatum superius, quod Creditum sequestratum possidetur non per Actorem sed per decoctos debitores, & est de Iurisdictione Urbis cui subsunt decocti, & pro his possideur a prædictis decoctionis Deputatis, satis remanet iustificata remissio huius Causæ facta ad prædictum Iudicium Concursus.

Et ita utraque &c.

Æneas Cavalcanti Rotæ Auditor.

DECISIO XXVII.

LIBURNEN. CONCURSUS CREDITORUM

diei 30. Iulii 1694. cor. b. m. Dom. Audit. Ænea Cavalcanti.

ARGUMENTUM.

Creditores hypothecarii in concursu Chirographariorum, si sint Advenæ non sunt cum iis miscendi, ut de in Etruria degentibus statuit Ius Nostrum Municipale, sed dispositioni Iuris Communis eum standum est, quod statuit Creditores hypothecarios chirographariis præferri. Nec sufficit consuetudo contraria in Advenarum Patria vigens, nisi probetur in contradictorio Iudicio obtenta, & legitime præscripta, uti Iuris communis destructiva.

SUMMARIUM.

1 *Vi Statuti Communis Florentiæ potest deveniri ad deputationem super incorporatione universali quorumcumque Effectuum palam Decoctorum.*
2 *Idem obtinetur vi Statuti Mercantiæ.*

3 Cre-

5 *Creditores Advenæ sunt diiudicandi secundum dispositionem Iuris Communis, in casu, quo per æs, & libram nolint cum aliis concurrere.*
4 *Tale privilegium eis a Statuto Florentiæ impertitur.* & num. 5. *nec non ab illo Mercantiæ.*
6 *Hypotheca generalis, quando inspicitur simplex bonorum appellatio nullo excepto, amplectitur etiam iura actiones, & nomina Debitorum.*
7 *In Hypotheca generali quando inspicitur vis obligationis comprehenduntur omnia tam præsentia, quam futura.*
8 *Quando agitur de Creditoribus Advenis standum est attestationibus Notariorum, atque Curialium respective illorum Patriæ.*
9 *Creditor hypothecarius etiam tempore posterior præfertur Chirographario quamquam anteriori.*
10 *Lex Nostra municipalis vetat standum esse attestationibus cæterorum Curialium nisi ab attestationibus exprimantur aliqua Exempla.*
11 *Quæ nam requisita necessaria sint, ut illis fides adhibeatur?*
12 *In Decisoriis requiritur Consuetudo.*
13 *Stylus non sufficit nisi in meris ordinatoriis Iudicii.*
14 *In Decisoriis non potest a Iudicibus induci consuetudo contra Ius.*
15 *Consuetudo destructiva Iuris Communis debet probari obtenta in contradictorio Iudicio, atque legittime præscripta.*
16 *Consuetudo non canonizata in Contradictorio Iudicio, nec annis* 100. *præscribitur.*
17 *Ubi Lex est clara non est locus interpetrationi desumptæ ex contraria observantia.*
18 *Item de Consuetudo probanda est concludentissime.*
19 *Nec sufficit, ut ea probetur legittime præscripta, & universaliter recepta, sed & recepta etiam univoce.*
20 *Nec standum est attestationibus Iudicis, seu Magistratus in hac probatione.*
21 *Quoties consuetudo non percutiat præcisum imo individualem casum, de quo agitur semper redditur inapplicabilis.*
22 *Nec ullatenus extendenda est ad alios casus.*
23 *Consuetudo nullatenus capi potest ex eo, quod sub silentio preteritum legitur, sive ex non facto, sed ex facto positivo.*
24 *Consuetudo interpetrativa non est attendenda, nisi in casu, in quo verificetur in omnibus, & per omnia adamussim.*
25 *Fortius quando non est interpetrativa sed destructiva.*
26 *Ut Consuetudo prosit, debet necessario concludere.*
27 *Nonnisi causa promovendi, ac fovendi commercium, factum est, ut Hypotheca expiret in rebus minutatim distractis.*
28 *Pretium subrogatum non habet plus Iuris quam Merces, cui subrogatur.*
29 *Constitutivum essentiale municipalis Provisionis est, ut sit quædam determinatio media, neque in totum inserviens Iuri Communi &c.*

30 *Res*

30 *Res actu existentes, & non adhuc distractæ permanent in dominio Debitoris, & sic cadunt sub Hypotheca.*

31 *Casus omissus habetur pro omisso.* num. 32. *& remanet sub dispositione Iuris Communis.*

33 *Ex hoc quod unus Testis deponit de uno facto, alter de duplici, non debilitatur Testimonium super duplici; dummodo testificans de uno abstineat a dictionibus taxativis.*

34 *Ex quo una testificatio magis concordat cum Iure Communi, redditur verisimilior.*

35 *Ad excludendam consuetudinem sufficit sola possibilitas in contrarium.*

36 *Regula, quod in Decisoriis standum sit Statuto Loci, ubi est celebratus Contractus procedit in iis, quæ respiciunt solemnitates ipsius Contractus.*

37 *Secus in iis, quæ respiciunt exequtionem, hoc est negligentiam, seu moram in implendis promissis.*

38 *Hoc casu attenduntur Statuta Loci, ubi vertitur Iudicium, seu fuit facta petitio.*

39 *Secus si sit destinatus implementi locus.*

40 *Pater filii bona non potest obligare.*

41 *Quoties Socius sociali nomine contrahit, licet non sit Institor obligat etiam Socios vigore mandati, seu pacti etiam taciti.*

42 *Limita, si Tertius cum eo contrahens sit secutus omnium fidem.*

43 *Si post Instrumentum Crediti, & Debiti, Creditor receperit plures solutiones, cedere debent in diminutionem debiti Instrumentarii uti durioris.*

44 *Quando clara est solventis electio in quam causam voluerit solvere standum est huius electioni.*

45 *Inter Creditores chirographarios nullatenus inspicitur temporis anterioritas, sed omnes admittuntur æqualiter pro concurrenti quantitate eorum crediti.*

46 *Limita in Creditis privilegiatis, quia inter habentes solam personalem actionem non attenditur tempus, sed sola causa Crediti.*

47 *In Decoctis standum est regulæ, ut solutio cedere debeat in causam duriorem.*

48 *Ex intervallo fieri nequit a solvente electio in quam causam cedere debeat antecedens solutio in præiudicium habentium Interesse.*

49 *Limita, ubi solvens non est suspectus, & ubi saltem ex adminiculis excluditur præsumptio fraudis.*

50 *Ex quo Actor asserit, quod de aliquo tempore Debitor erat de decoctione suspectus ei incumbit hoc probandi onus.*

51 *Crebra negociatio inter Mercatores satis excludit fraudis suspicionem inter illos.*

25 *Ubi sit a Debitore aliqua solutio simpliciter facta sine electione, non cedere debet in duriorem causam, quando constat de præcedenti promissione prompte solvendi.* 53 *De*

53 *De expensis Litis, quantum ad condemnationem, & exequtionem, idem censendum est, quod de sorte principali.*

54 *Pro expensis factis pro communi omnium beneficio competit prælatio adversus quoscumque Creditores, Hypothecarios, & quomodolibet privilegiatos.* num. 55. *& de ratione.*



Decoctis in celebri *Liburni* Emporio DD. Guglielmo patre, & Guglielmo filio Buonaterra Mercatoribus ibidem cum aliis associatis, ob eorum fugam in Ecclesiam prope finem Mensis Maii 1692. occluso Negocio, fideque erga Creditores, aliosque Respondentes effracta, prout publice constabat, atque palam, ad effectum, ut iuxta
1 censuram Statuti Communis Florentiæ *Rubr. de cessant. cap.* 1. nec
2 non Statuti Curiæ Mercantiæ *lib.* 3. *rubr.* 2. *de cessant. & fugit.* potuerit deveniri, prout, pluribus instantibus Creditoribus, ex Decreto D. Gubernatoris de die 16. Iunii subsequentis fuit deventum, ad deputationem super incorporatione universali quorumcumque Effectuum dd. Decoctorum, tributa desuper Deputatis opportuna facultate, factoque deinde Inventario, aliisque servatis de Iure, & ad mentem dictorum Statutorum servandis.

Hinc formato universali Concursu dictorum Creditorum, coram eodem D. Gubernatore, pluribusque inter ipsos Concreditores emersis minus ad rem nostram conducentibus, & declarato publice apud acta per D. Petrum Dumas, & per DD. Sabor, & Pasquier Mercatores Lugdunenses mediantibus eorum Procuratoribus, quod ipsi tamquam Advenæ iuxta præmemoratorum Statutorum permissionem intendunt, & instant diiudicari, non secundum eadem Statuta, quæ salvis aliquibus qui ibidem privilegiantur cunctos adequant Decoctorum Creditores, tam hypothecarios, quam chirographarios, sed secundum dispositionem Iuris Communis, qua hypothecarii præferuntur Chyrographariis, ac proinde productis eorum creditis instrumentariis cum hypotheca instetetunt pro concurrenti respective crediti quantitate declarati ipsos tamquam hypothecarios secundum eorum respectivam anterioritatem, præferendos esse cæteris Chirographariis super Effectibus incorporatis.

Post plura hinc inde desuper excepta, & replicata per Decretum eiusdem D. Gubernatoris de die 29. Maii 1693. inter cætera ordinato distribui, ac repartiri cunctos Effectus incorporatos, atque inventariatos inter cunctos dd. Decoctorum Creditores ad mensuram, & ratam crediti uniuscuiusque Creditoris. Et interposita signanter per dd. Creditores hypothecarios adversus d. Decretum ad hoc Tribunal appellatione; hinc post al-
3 terum provisionale Decretum de die 14. Sept. 1693. decretato insuper de die 5. subsequentis Mensis Ianuarii, quod Creditores Advenæ sint diiudicandi secundum dispositionem Iuris Communis iuxta per eos (ut supra)

pra) declarata, atque petita, & iuxta sic petendi facultatem rotundis literis in casu hoc, quo per æs, & libram nolint cum aliis concurrere eis impertitam a Statuto *Comm. Flor. de cessant. rubr. 9. de mod. & form. distrib. &c. vers. & si non esset &c. ibi salvo quod si creditores &c.* 4
cui Statuto se remittit illud Mercantiæ *lib. 3. rubr. 2. in fin.* ex quo minus clare desuper dispofuit *sub num. 70.* & facit *Rot. Nostr. Lib. Motiv. 13. pag 157.* 5

Decretis hisce postremo in iudicatum transactis, totiusque postmodum Causæ pondere saltem principalius restricto ad præmemoratum articulum.

An Creditores Advenæ, & hypothecarii, sic secundum Ius Commune diiudicandi Chirographariis præferendi sint, necne, in casu consuetudinis Lugdunensis, quæ observanda dicebatur pro prædictis hypothecariorum Instrumentis tamquam ibidem celebratis, & secundum quam per Chirographarios prætendebatur, non dari in hoc casu decoctionum prælationem hypothecariis super mobilibus, sed solummodo super immobilibus bonis Decoctorum.

Hypothecariorum Creditorum favore fuit tandem pronunciatum, quod in præsenti casu essent Chirographariis præferendi etiam super mobilibus, adeoque super dd. rebus incorporatis.

Et primus solutionem gradus fuit assignatus dicto D. Petro Dumas, solummodo pro summa librarum 35423. 18. 1. torneſium.

Secundus gradus fuit assignatus dictis Domini Sabor, & Pasquier pro similibus libris 21351. *9. 6.* reservatis utrique gradui iuribus alias declarandis pro interesse super dd. summis prætenso, tam ante, quam post dictam decoctionem.

Tertius tandem gradus fuit assignatus cœteris Creditoribus Chirographariis; ut per æs, & libram satisfiant ex dictis rebus incorporatis, cum aliis declarationibus, de quibus latius in sententia de dicta die 30. Iulii *1694.* ad quam &c.

Ad motivas ergo huiusce resolutionis rationes procedendo, quia incontrovertibile est secundum Iuris Communis dispositionem, quod hypotheca generalis, de qua in ambobus Instrumentis prædictis, afficit prædictas merces incorporatas, sive inspiciatur simplex bonorum appellatio, quæ nullo excepto amplectitur etiam iura, actiones, & nomina Debitorum, late *Barbos. appel. 35. num. 1. & per tot.* sive ius obligationis inspiciatur, late *Merlin. de pignor. lib. 2. quæst. 1. per tot.* ubi quod comprehenduntur omnia tam præsentia, quam futura, *& quæst. 45. per tot.* ubi quod comprehenduntur similes merces, & venalia; & respectu plurium aliarum rerum mobilium, supellectilium, pensionum, fructuum pæcuniæ, nominum Debitorum, cœterarumque rerum, atque iurium, latius idem *Merlin. d. lib. 2. a quæst. 43. usque ad quæst. 75.* 6 7

Hypo-

Hypotheca in ambobus prædictis Instrumentis est æqualis efficaciæ, licet in illo Dominorum Sabor, & Pasquier non legatur specificata obligatio Bonorum secundum nostrum stylum Italicum, quia illa verba „ sotto le obbligazioni, e sommissioni ai rigori, e privilegi della „ Corte della conservazione di Lione „ Lugduni sonant eamdem prædictam generalem hypothecam Bonorum, iuxta attestationem in actis
8 exhibitam, & inter Partes non controversam, Notariorum, atque Curialium Lugduni, quibus in hac materia standum est, *Ridolph. in prax. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 85. *Rot. decis.* 121. *num.* 15. *& seqq. par.* 11. *rec. Rota Nostra lib. mot.* 108. *pag.* 377. *ubi plurimi.*

Incontrovertibile similiter est, quod Creditor hypothecarius etiam
9 tempore posterior præfertur Chirographario quamquam anteriori, ex aperto *Text. in Leg. creditor* 12. § *qui prior. &* §. *si primus ff. qui pot. in pign. hab. Leg. eos* 19. *Cod. eod. cum aliis concord. Surd. decis.* 56. *num.* 6. *dec.* 306. *num.* 9. *dec.* 310. *num.* 4. *&* 5. & plures in consiliis, cum aliis *Merlin. de pign. lib.* 4. *quæst.* 14. *num.* 1. 2. *&* 3. *& quæst.* 15. *num.* 1. *&* 2. *Rot. Nostr. lib. mot.* 106. *pag.* 18..

Proinde Chirographarii Creditores huic obsequentes incontrovertibilitati, ad excludendam dictam prælationem hypothecariorum cunctam vim facere conati sunt in præmemorata Lugduni consuetudine, ad quam probandam apud acta duplicem deduxere attestationem firmatam in Camera Regii Consilii Lugdunensi per Regios illius Curiæ Ministros, utramque exaratam per modum precum, seu quæsiti, vel instantiæ coram illis factæ a diversis Mercatoribus Lugdunensibus cum responsione prius Substituti Procuratori Regio, deinde Dominorum in illo Tribunali Residentium. Quarum attestationum.

Prima est de die 18. Ianuarii 1694. ubi tam Supplicantes, seu Instantes, quam Procurator, & Residentes, prædicti semper loquentes de distributione pretii retracti a mercibus aliisque mobilibus Decoctorum facienda inter creditores, concludunt cuncti, quod tali casu hypothecariis secundum illius Regionis consuetudinem nulla datur prælatio adversus Chirographarios, & salvis creditoribus privilegiatis tunc solummodo hypothecarii præferuntur, cum agatur de distribuendo pretio, vel Bonorum immobilium, vel venditionis factæ integri Corporis mercium &c. alicuius Negocii. Sic concludunt Supplicantes, *versic. perchè vi contentiate &c.* „ ibi „ non farete distinzione alcuna da' Cre„ ditori ipotecari ai Chirografari, se non in caso della vendita di „ tutto il fondo del Negozio, quando che il venditore si conser„ va per sempre la di lui ipoteca sopra il fondo, o Negozio vendu„ to „ Idem, & clarius concluditur ibidem in Responsione desuper data per prædictum Dominum Substitutum Procuratoris Regii „ ibi „ „ E' uso costantissimo in questa Giurisdizione, siccome in diverse „ altre di questo Regno di non aver riguardo alcuno all' ipoteche,

„ che

„ che i Creditori possono avere quando si tratta per il prezzo dei „ Mobili, e Mercanzie vendute separatamente, che se per contro fus- „ se per un Fondaco, o Bottega di Negozio, che come quello è „ reputato per un corpo, si seguita in quel caso solo l' ordine dell' „ ipoteche per la distribuzione del prezzo, che ne potesse provenire. „ E questa è la certa iurisprudenza di questo Tribunale segnata da „ diversi esempi &c. „

Secunda est de die 11. Iunii 1694. & in substantia nil amplius continet, quam prima, nec ullatenus ab illa diversificat, nisi in hoc, quod prætermittit penitus loqui de casu, quo Negocium aliquod sit unica venditione integre venditum tamquam corpus.

Sed circumscripto etiam, quod per Legem nostram municipalem 10
de qua in libro Statutorum D. Proconsulis cognominato *le Tre Stelle a 169* non est standum huiusmodi attestationibus, quæ hic vulgo nuncupantur *Pratiche*, nisi ab attestationibus exprimantur aliquæ demonstrationes „ ex quibus ultra eorum simplicem attestationem, & verba, „ ita practicavisse dignoscatur (sunt verba dictæ Legis) puta addendo „ nomina Partium, inter quas prædicta acciderunt, nomen Iudicis, „ qui pronunciavit, tempus, vel aliquid &c. „ sine quibus requisitis 11
non esse illis fidem adhibendam firmavit in puncto, *Rot. Nostr. Lib. Motiv. 86. pag.* 480.

Clarum est, quod versamur in decisoriis, in quibus requiritur 12
Consuetudo, nec ullatenus sufficit stylus, nisi in meris ordinatoriis 13
Iudicii, sic bene distinguendo *Ab Eccles. obser* 1. *a n.* 1. *usque ad n.* 8. *& fere per totum Rot. decis.* 793. *num.* 4. *par.* 1. *diversor. & coram Coccin. decis.* 182. *num.* 3. apud quos proinde non potuit a Iudicibus in his decisoriis induci consuetudo contra Ius (de quo mox) & cum 14
aliis *Rot. Nostr. Lib. Motiv.* 106. *pag.* 207.

Clarius est, quod hæc prætensa consuetudo est contra Ius commune, ut ultra demonstratam superius incontrovertibilitatem a *versic. Ad motivas ergo &c. usque ad vers. proinde &c.* fatetur ipse D. Procurator Regius, imo eius substitutus, immediate ante verba ipsius relata superius in dicta prima attestatione, ubi incipit ipse „ che sebbene secondo l' Ius Romano l' ipoteca, che nasce dai contratti si „ esercita tanto sopra gli effetti mobili, che sopra gl' immobili; ciò „ non ostante è uso costantissimo „ & sequuntur dicta verba superius 15
reportata. Hinc resultat, quod dicta Consuetudo tamquam destructiva Iuris Communis deberet probari obtenta in contradictorio iudicio, atque etiam legitime præscripta, *Samminiat. contr.* 37. *n.* 30. *&* 31. *Palm. Nepot. alleg.* 100. *n.* 41. *Castill. tom* 5. *contr. cap.* 93. §. 9. *n.* 8. *& seqq. Rot. dec.* 115. *n.* 24. *par.* 8. *dec.* 314. *n.* 5. *par.* 19. *rec. cor. Priol. dec.* 429. *n.* 12. *&* 13. *cor. Mantic. dec.* 357. *n.* 3. Et non obtenta in contradictorio, ubi, ut in præsenti, est contra Legem expres- 16

sum, nec annis 100. præscribitur, *Rot. dec.* 281. *n.* 18. *&* 19. *par.* 15.
decis. 87. *num.* 24. *par.* 17. *& decis.* 418 *num.* 16. *par.* 18. *rec. Kloeb.*
de contribut. cap. 17. *num.* 48. *& seq. & num.* 177. quia ubi Lex est
17 clara, non est locus interpetrationi desumptæ a contraria observantia,
Rot. dec. 243. *num.* 8. *par.* 19. *rec. & cor. Seraphin. dec.* 1108. *n.* 7.
18 Et probanda est concludentissime *Honded. cons.* 31. *num.* 48. *&*
seqq. lib. 2. *cum aliis Rot. cor. Cels. dec.* 232. *num.* 4. & debet probari
nedum legittime præscripta, & universaliter recepta, sed & recepta
19 etiam univoce, ut ultra mox in antecedenti versiculo relatos firmat *Rot.*
decis. 149. *n.* 8. *par.* 8. *& decis.* 254. *num.* 17. *par.* 10. *rec.* nec stan-
20 dum esse attestationibus Iudicis, sive Magistratus, bene ostendit *Car-*
pzov. dec. 3. *per tot.*
Strictius tamen rem percutiendo reflectebatur, quod dictæ atte-
stationes nullum faciunt verbum de hoc præciso casu, quo merces
21 Debitoris decocti non sunt distractæ, sed distrahendæ; sed semper lo-
quuntur de eo casu, quo agitur de distribuendo pretio retracto a mer-
cibus iam distractis; & quoties consuetudo non percutit præcisum,
imo individualem casum, de quo agitur, semper redditur inapplicabilis,
Rot. cor. Pamphil. dec. 255. *num.* 5. ubi plurimi, & ibi *Adden. num.*
17. *& dec.* 657. *num.* 6. ac proinde non est ullatenus extendenda extra
22 casum præcisum, de quo loquitur *Card. De Luc. de Iurepatronat. disc.*
22. *num.* 6. *&* 12. *Rot. cor. Merlin. decis.* 138. *num.* 7.
Ex quo dictæ attestationes nil dicunt de eo casu, qui est noster,
scilicet mercium, seu mobilium actu existentium, & non distractorum,
sed distrahendorum: nec valet colligi, quod hic casus fuerit Lugduni
saltem per silentium, seu non factum transcursus, seu tolleratus; quan-
do nec similis tollerantia ullatenus prodesset, quia consuetudo nullateous
23 capi potest ex eo, quod sub silentio præteritum legitur, sive ex non
facto, sed sumi debet solummodo ex facto positivo, & præciso, de
quo constet, quod, ut supra, fuerit universaliter, & univoce receptum,
in contradictorio obtentum, atque præscriptum, & cum aliis mox
tradendis qualitatibus *Menoch. cons.* 95. *num.* 81. *Bardellon. cons.* 196.
n. 7. *in fin. & n.* 9. *lib.* 1. *& cum aliis Rodulphin. allegat.* 113. *n.* 59.
Imo ipsamet consuetudo interpetrativa eatenus est attendenda, quatenus
24 verificetur in omnibus, & per omnia adamussim, & individualiter cum
omnibus suis qualitatibus, ac circumstantiis, alias est prorsus repel-
lenda etiam unico deficiente, *Surd. cons.* 354. *n.* 26. *Palm. Iun. cons.*
29. *num.* 45. *Cyriac. controv.* 460. *num.* 35. *Caren. resol.* 129. *n.* 2.
Larr. alleg. 91. *num.* 4. *Rot. cor. Merlin. decis.* 53. *num.* 12. *& dec.*
454. *num.* 17. *cor. Bich. dec.* 417. *num.* 18. *dec.* 452. *num.* 20. *cor.*
Ottobon. dec. 159. *num.* 12. *& par.* 17. *rec. dec.* 96. *n* 21. *& par.* 18.
25 *dec.* 228. *n.* 7. Quanto fortius ergo est repellenda in præsenti casu,
quo non est interpetrativa, sed destructiva, ut fuit superius ostensum?
Con-

Consuetudo enim, ut prosit, debet necessario concludere, *Rot. dec. 297. n. 13. par. 15. rec.* Tantum vero abest, ut in præsenti de ne- 26
cessitate concludat, quod potius concludit contrarium, quia ex verbis superius reportatis primæ Attestationis tam Supplicantium, quam Substituti Procuratori Regio manifeste habetur, quod toties non conservatur hypotheca super pretio mercium venditarum, quoties ipsæ sint venditæ minutatim, seu separatim, contra vero si sit venditum Negocium, *ut corpus*; ex quo enim venditis mercibus gregatim per modum unius corporis consuescunt Lugdunenses præferre hypothecarios super illarum pretio, multo fortius resultat eadem consuetudo illos pariter præferendi super actu existentibus, & nullatenus distractis, quia si illis distractis gregatim manet hypotheca etiam super pretio, quia manet corpus illud universale hypothecatum, ob quam universalitatis rationem pretium succedit loco rei, & sic cadit sub eadem hypotheca, quæ ob id non minus de iure duraret respectu mercium minuta- 27
tim distractarum, & nonnisi ex ratione quietandi, sicque invitandi, atque promovendi commercii factum est, ut expiret, ut late aliis collectis exornant *Merlin. de pignor. lib. 2. dict. quæst. 45. num. 34 & a num. 50. ad 57. Marescott. var. lib. 1. cap. 24. num. 1. 2. 3. & per tot. Rot. apud Pacific. de Salvian. interd. dec. 125. & 126. per tot. & dec. 205. num. 2. Rot. Nostr. lib. mot. 109. pag 521.*

Sequitur, quod etiam hypotheca fortiori ratione etiam in sensu 26
dictæ consuetudinis debeat in illis actu existentibus, ac non distractis permanere, quia pretium subrogatum non habet plus iuris, quam merces, quarum loco subrogatur, ex notis iuribus apud *Argel. de acquir. possess. quæst. 1. num. 212. quæst. 5. num. 2. & seqq. quæst. 7. num. 69. & 70. quæst. 8. num. 94. ubi num. 107. & 108.* bene salvantur accidentia propria subrogati *quæst. 10. num. 130. quæst. 18. n. 6.* latissime *Tusc. litt. S. conclus. 757. per tot.* apud quos alii innumeri.

Ratio huic, & non aliæ innititur dicta consuetudo, quia cum in hoc capite nil addat, seu detrahat Iuri Communi, dicitur potius istius, eiusdemque rationis, atque fundamentorum copia, quam consuetudo, seu alia municipalis Provisio, cuius essentiale constitutivum est, ut sit quæ- 29
dam determinatio media, neque in totum inserviens Iuri Communi, ne sit idem cum illo, neque in totum recedens, ne sit eius tyrannis, iuxta clarum textum in *Leg. Ius Civile 6. ff. de iust. & iur.* sic firmat communiter *Doctores in §. Ius autem civile Inst. de Iur. nat. gent. & civil.*

Ergo hæc consuetudo scilicet copia Iuris Communis multo fortius debet præferre hypothecarios super rebus actu existentibus, & non ullatenus distractis, quia sic præfert Ius Commune, ex quo ultra rationes prædictas ob defectum distractionis actu permanent in dominio debitoris, & sic nihil obstat, quod cadant sub hypotheca, ut 30

bene respondit *Merlin. de pignor. dict. quæst.* 45. *num.* 9. & certum
31 est, quod casus omissus habetur pro omisso, *Leg. commodissime ff. de*
32 *lib. & posthum.* & remanet sub dispositione Iuris Communis, cum
plurimis *Barbos. axiom.* 39. *num.* 1. *& seqq. & num.* 8. *& per tot.*

Ex qua omissionis ratione remanet pariter resolutum omne id, quod Chirographarii putabant ex prædicta secunda attestatione de die 11. Iunii 1694. colligere, quia omittit testificari de casu venditarum mercium ad corpus, de quo testimonium perhibuit attestatio prima, ut usque adhuc fuit ostensum. Nam ex hoc, quod una attestatio, seu unus Testis deponit de uno facto, alter de duplici non debili-
33 tatur Testimonium super duplici, dummodo testificans de uno abstineat a clausulis, seu dictionibus taxativis, facit *Farinacc. de testib. qu* 64. *a num.* 233. *a* 239. *& qu.* 65. *num.* 251. *& seqq.* Et in conflictu magis standum est primæ, quam secundæ attestationi, quia ex
34 quo magis concordat cum Iure Communi redditur verosimilior *Farinacc. d. qu* 65. *num.* 150.

Et tandem ad excludendam consuetudinem sufficit sola possibilitas in contrarium *Rot. dec.* 290. *n.* 28. *par.* 18. *rec.* quando in præsenti
35 non sola possibilitas, sed tot circumstantiæ, ac demonstrationes concurrunt in contrarium, quot usque adhuc fuere congestæ, aliis prætermissis minus relevantibus.

Altero etiam ex capite, nec minus relevanti visum fuit non curandum de dicta consuetudine, scilicet quia regula, quod in deci-
36 soriis standum sit Statuto, seu consuetudini loci, ubi est celebratus Contractus, procedit in iis, quæ respiciunt solemnitates ipsius Contractus, seu conventionem ipsam a principio suæ celebrationis, non
37 vero in iis, quæ respiciunt exequutionem, hoc est negligentiam, seu
38 moram in implendis promissis, hoc enim casu non minus quam in ordinatoriis attenduntur Statuta, seu Consuetudines loci, ubi vertitur Iudicium, seu fuit facta petitio, quatenus non sit destinatus imple-
39 menti, seu solutionis locus, quia salvo hoc casu destinati loci solutionis, ibi dicitur commissa mora, seu negligentia, ubi est facta petitio, sic punctualiter distinguendo, a cunctis super dicta regula sequutus firmat *Bartol. in Leg. cunctos populos* 1. *a num.* 13. *ad* 19. *Cod. de Summ. Trinit. ex Iuribus ibidem reportatis*, nec valuit reperiri usque adhuc contradictor. Et clarum est, quod casus noster ambulat cum hoc secundo, non cum primo d. distinctionis membro; nulla enim in præsenti adest controversia super validitate, vel iustitia debiti, & obligationum factarum, sed solummodo super exequutione, & modo reportandæ solutionis ab Effectibus decoctorum Debitorum incorporatis ob istorum moram, seu negligentiam in solvendo, & fugam arreptam.

Specifice ultio opposuerunt Chirographarii contra dictum D. Petrum Dumas, quod obligatio Bonorum ei facta in dicto Instrumento a Ga-

a Guglielmo Buonaterra patre pro illius creditis adversus dictum Negocium Liburni non valet, quia solus filius habebat d. Negocii complementum, atque eius proinde solummodo erat facere obligationes, vel saltem, quod solummodo propria, non filii Bona potuit obligare. 40

Fuit replicatum in facto non constare de dicto complemento, & quod Socius quoties sociali nomine contrahit, ut gessit Pater in dicto
Instrumento, licet non sit Institor, obligat etiam Socios vigore mandati, seu pacti etiam taciti, ubi Tertius cum eo contrahens sit se- 41 42
quutus omnium fidem, *Rot. Ianuen. decis.* 22. *num.* 3. *Caroc. decis.* 118. *num.* 11. *Salgad. Labyrint. credit. par.* 1. *cap.* 9. *num.* 60. *Rot. cor. Octobon. dec.* 94. *num.* 16. *&* 17. & sicut potest obligare personam Socii, sic fortius eius bona, *Gratian. decis. Marth. in addit. ad decis* 178. *num.* 7. *cum plurimis aliis*, *Merlin. de pign. lib.* 2. *quaest.* 76. *num.* 14. *& seqq.*

Iterum opposuere contra eumdem, quod post dictum Instrumentum plures receperit solutiones, quae ex vulgata regula cedere debent in diminutionem dicti debiti instrumentarii, quod est durius, tum ra- 43
tione Instrumenti, tum etiam ratione Hypothecae, late *Martimed. exam.* 15. *a num.* 12. *per plures seqq.* & signanter *num.* 16. *& a num.* 18. *ad* 23. *Ferentill. ad Buratt. dec.* 284. *in fin.*

Replicatio tamen principaliter resultat ex facto, quod in substantia claram obstendit electionem solventis, in quam causam voluerit sol- 44
vere, cui electioni standum est, *Martimed. ibidem num.* 4. *&* 9. *& in addit. ibid. num.* 6. *dec.* 27. *num.* 4. *& in addit. num.* 1. *Gratian. discep.* 224. *num.* 2. 3. 9. *&* 10. *Buratt. ibidem num.* 2. *Maur. de solut. cap.* 9. *num.* 2. 20. *&* 21. & ubi apparet de voluntate ponendi in causam dicti Instrumenti duriorem, in sententia fuit sequuta, & observata haec voluntas, quia praelatio eidem Dumas non fuit concessa nisi pro libris tornensibus 35423. 18. 1. quando praedictum eius Instrumentum solidat creditum in similibus libris 58047. & ipse in Libello petiit libras 49214. 7. 9. quia ex facto scilicet ex bilanciis, & epistolis constat, quod solummodo dd. libr. 35423. &c. sunt verum residuum dicti crediti instrumentalis. Sed quia etiam vere constat ex Negociis post dictum Instrumentum subsequutis, quod ipse auxit sine controversia creditum usque ad dd. libr. 49214. 7. 9. pro quo augumento nullam habet hypothecam, ideo pro tali augumento tamquam merus Chirographarius fuit in senteotia positus in gradu aequali cum Chirographariis, cum de Iure Communi, cui soli est inherendum, ut supra, res- 45
pectu dd. Advenarum, inter Chirographarios Creditores nullatenus inspiciatur temporis anterioritas, sed omnes admittantur aequaliter pro concurrenti tamen quantitate eorum crediti, *Leg. si hominem* 7. §. *quoties ff. deposit. Leg. privilegia, & ibi gloss. in verbo ex causa ff. de privil. credit. cum aliis concord. apud Merlin. de pign. lib.* 4. *quaest.* 36. *num.* 1. & ex

rationibus ibidem deductis usque ad *num.* 10. *Antonell. de temp. leg. lib.* 4. *cap. fin. num.* 43. *& num.* 85. *& seqq.* salvis tamen creditis privilegiatis, quia inter habentes solam personalem actionem non atten-
46 ditur tempus, sed sola causa crediti, & de quibus privilegiatis inter cœteros uberius *Merlin. dicta quæst.* 36. *a num.* 10. *usque ad fin.*

Licet Decoctis, cæterisque, quibus interdicta est propriorum Bonorum administratio non sit permissum eligere in quam causam velint solvere in præiudicium fideiussorum, aliorumve habentium interesse,
47 sed standum sit regulæ, ut solutio cedere debeat in causam duriorem, per collectos apud *De Luc. de credit. disc.* 43. *num.* 9. *& disc.* 45. *num* 2. id tamen visum fuit inapplicabile casui nostro, quia non constat, quod Debitores de tempore dictarum solutionum essent decocti, nec ullatenus de decoctione suspecti, imo constat, quod nil fidei apud suos Respondentes amiserint, eo quod cum eadem pristina fide, & libertate prosequti sunt invicem negociari, nulla superaddita maiori cautela &c.

Et si qua electio alicuius ex dictis solutionibus reperitur facta
48 ex intervallo post solutionem, quæ pariter non tenet in præiudicium dd. habentium interesse, *Rot. Januen decis.* 65. *num.* 5. *& 6. Rot. dec.* 69 *num.* 2. *par.* 3. *recen. De Luc. de credit. disc.* 44. *num.* 2. intrat eadem responsio, id scilicet limitari, ubi solvens non est suspectus, &
49 ubi saltem ex adminiculis excluditur præsumptio fraudis, idem *Card. De Luc. de credit. dict. disc.* 44. *a num* 5. *ad fin.* iam fuit dictum, quod debitores de dicto tempore non erant de decoctione suspecti, & contrarium asserenti incumbit probandi onus, ex quo in hac suspicionis
50 exceptione est Actor, nota *Leg. in exceptionibus* 19. *ff. de probat.* & fraudis suspicionem satis excludit crebra negociatio inter eos de dicto
51 tempore prosequuta absque nova cautela, ut dictum fuit, prout ostendit frequentata dictarum Epistolarum scriptiratio, & melius earumdem tenor.

Tandem ubi sit aliqua solutio simpliciter facta sine electione, nec cedere debet in duriorem causam, quia satis ex dictis Epistolis constat
52 de precedenti promissione prompte solvendi, ut decisum refert, atque commendat potissimum ex ratione convenientiæ, & fidei præstitæ servandæ, loquendo semper fraude deficiente, idem *Card. De Luc. de credit. d. disc.* 45. *num.* 7. *usque ad fin.*

Quoad litis expensas fuit dictum in Sententia rehabendas esse per unumquemque creditorem a Bonis incorporatis secundum gradum unicuique tributum, quia ut accessoriæ sorti principali cuiusque crediti
53 sequuntur eius naturam hypothecas, & privilegia, *Leg. Lucius ff. qui pot. in pign. hab. Tusc. litt. E. concl.* 355. *num.* 9. *Mangil. de evict. quæst.* 179 *num.* 10. *Rot. cor. Seraph. decis.* 891. *num.* 4. *& par.* 19. *rec. dec.* 381. *num.* 5. & quod ob id sortiri debeant in concursu eundem

dem gradum sortis principalis, in individuo firmant *Salgad. labyrint. credit. par. 1. cap. 11. a num. 74. ad 78.*

Declarando tamen, quod inter has expensas non debent connumerari illæ, quæ fuerint factæ a prædictis Deputatis, vel ab alio pro communi omnium Creditorum beneficio, quæ ut conservatoriæ rei 54
communis non sunt inter illas longe diversas connumerandæ, nam pro his competit prælatio adversus quoscumque Creditores hypothecarios, & quomodolibet privilegiatos, quia tanquam necessariæ minuunt eiusdem Debitoris patrimonium, *Salgad. d. par. 1. cap. 13. num. 36. & par. 3. cap. 8. num. 62. cap. 9. num. 11. & seqq. & cap. 11. num. 12. versic. hinc ut ad nostrum, & seqq. Guttier. de gabell. quæst. 23. num. 16. & seqq.* Et ita utraque &c. 55

Æneas Cavalcanti Rotæ Audit.

DECISIO XXVIII.

LIBURNEN. CONCURSUS CREDITORUM

Die 15. Iulii 1695. cor. bo. me. Dom. Audit. Sebastiano Marini.

ARGUMENTUM.

IN Concursu Creditorum, Forenses petere possunt, ut ipsis reddatur Ius, & iustitia secundum Ius Commune, & Leges Imperiales: Attamen ut hoc Ius reddi possit opus est, primum, ut protestentur in actis, quod nullo modo intendunt concurrere cum aliis creditoribus, quod habeant hypothecam, & quod sint anteriores, & altero ex dictis requisitis deficiente, tenentur cum cœteris concurrere per solidum, & libram.

SUMMARIUM.

1 *Notario de Instrumento rogato, ad quem Clausularum extensio pertinet, & utpote de mente contrahentium bene informato plurimum est deferendum.*

2 *Consuetudo, quæ non reperiatur Scripta nullatenus est attendenda.*

3 *Etsi Scripta reperiretur consuetudo alieni Territorii, illa non obstat in Territorio diverso.*

4 *Consuetudo est attendenda in locis ubi viget, non autem extra illius dominium.*

5 *Licet Instrumentum rogatum sit in alieno Territorio, observantur tamen*

tamen Leges ubi facta est petitio, in iis quæ concernunt executionem contractus.

6 *Bona Cessantium, & Fugitivorum dividuntur inter Creditores per solidum, & libram, & si Forenses recusarent concurrere eo casu Forensibus debet reddi ius, & iustitia secundum Ius Commune.*

7 *Ut prænotatæ Statutorum dispositiones Forensium favore locum habeant tria requiruntur.*

8 *Statutum non aufert hypothecas Florentinorum in concursu hypothecæ Forensium, quinimo illas præservat adeout inter illas mandet observari prærogativam temporis.*

9 *Rationabilitas Statuti suadetur ex eo, quod ad alliciendos Forenses, illorum arbitrio relinquit vellent, necne uti Statutis, vel potius Legibus Imperialibus.*

10 *Forensis non ligatur Statutis in concernentibus eius damnum, ita quoque in favorabilibus non comprehenditur.*

11 *Creditores hypothecarii cæteris præferuntur si anteriores sint.*

12 *Creditores Chirographarii de Iure Communi veniunt in contributum, & omnes insimul graduantur.*

13 *Statutum subditos licet hypothecarios parificat, ut clare deducitur ab exclusione dotium, tutelæ, & curæ circa quas, si essent forenses tamquam non subditos disponere non valeret.*

14 *Restitutio in integrum sine Læsione non conceditur.*

15 *Cautio, sive Fideiussio Statutaria non est de forma Iudicii, sed de præambulis, & præparatoriis.*

16 *Cum Statutum reservet Forensibus privilegium Iuris Communis, nullo modo ipsi debent Statutariam cautionem præstare, imo nec etiam Iuris Communis, quæ hodie non est in usu.*

CUM D. Iudex a quo pronunciasset usque sub die 5. Ianuarii 1695. DD. Dumas, Sabot, & Pasquier Mercatoribus Lugdunensibus reddendum esse Ius, secundum Leges Imperiales, iuxta eorum petitionem pluries repetitam ad formam *Statuti Communis Florentiæ lib. 3. rubr. 9.* cæteris Creditoribus Chirographariis acquiescentibus, fuit propterea processum ad ulteriora ad dispunctionem Creditorum, in qua fuerunt declarati Sabot, & Pasquier creditores poriores in summa librarum 21351. 9. 6. Dumas vero pariter creditor porior, & anterior in summa librarum 35425. 18. 1. & pro residuo sui crediti usque ad summam 49214. 7. 9. debere concurrere cum cæteris creditoribus per solidum, & libram.

Quare Causa per appellationem devoluta ad *Rotam*, Chirographarii Creditores plura pro infirmatione Sententiæ deducebant gravaminum capita;

Primum

Primum videlicet, quod non constaret de hypoteca saltem Pasquier;

Secundum, & quatenus de illa constaret, quod iuxta consuetudines Lugdunenses Parisiensibus conformes, illa super mobilibus non detur, nec exerceatur;

Et tertium, quod Statutum Curiæ Mercantiæ, & Communis Florentiæ mandans, quod Creditoribus Forensibus, qui cum cæteris Creditoribus per solidum, & libram nollent concurrere, reddatur ius secundum dispositionem Iuris Communis, & Leges Imperiales, non sit usu receptum quinimo contraria consuetudine abrogatum reperiatur.

Quibus tamen non obstantibus in contrariam sententiam inclinavit *Rota*. Quia licet Instrumentum Bonaterræ debitoris ad favorem Pasquier reperiatur conceptum „ sotto l' obbligazioni, e sommissioni a „ rigori, e privilegi della Corte della Conservazione di Lione, rinun„ ciazioni, e clausule necessarie ec. „ tamen ista verba hypothecam important, prout una cum aliis testatur idemmet Notarius de Instrumento rogatus, ad quem clausularum extensio pertinet, & cui utpote de mente contrahentium bene informato plurium est deferendum, *Coccin. decis. 76. num. 2. & seq. & decis. 107. num. 1. & seq. Bich. decis. 343.* 1
num. 8. & post Zach. de oblig. Camer. decis. 239. num. 3. & seq. & quod nihil aliud sonent verba prædicta, quam præceptum, guarantigiæ *Cassan. ad consuet. Burgund. de remed. vend. & recuper. rubr. 5. §. cur & ut solet fol. m. 964.* continens expressam hypotecam, *Galles de oblig. Camer. quæst. 2. num. 26.*

Quod vero dicebatur, illam non dari super mobilibus, & datam non exerceri secundum consuetudinem Lugdunensem, non relevat; quia cum consuetudo prædicta scripta non reperiatur, ex dispositione Legis Regiæ, nullatenus est attendenda *Rebuff. ad constit. Regias tract. de* 2
consuet. art. 2. gloss. 28. cum duob. seq. & dato etiam quod scripta reperiretur (quod non conceditur) illa non resistit nativitati hypothecæ, quæ in hæc primordio æqualiter afficit mobilia, & stabilia, sed impediret tantummodo illius exercitium in dictione Lugdunensi, ut bene rem explicat *Rebuff. in Leg. Plebs est §. pignus vers. nec refragatur ff.* 3
de verb. signific. & procedit solum in mercibus minutatim venditis, ut declarat sententia, seu attestatio Regii Procuratoris producta in *Proc. a 76.* & demum quia illa esset solummodo attendenda in Iudiciis Lugduni vertentibus, non autem extra illius dominium, & in locis ubi consuetudo prædicta non viget, & ubi vires protendere non valet *Card. de Luc.* 4
de benefic. disc. 30. n. 12. Rot. dec. 304. n. 9. part. 12. & dec. 321. n. 11. part. 15. rec. cum agatur de distributione Bonorum extra locum dictæ consuetudinis repertorum, *Tondut. quæst. civil. 33. num. 3. part. 1. lib. 2.* & licet Instrumentum sit rogatum in alio Territorio, cum Pasquier, & Dumas fuerint vocati *Liburni* ad Concursum, in iis, quæ concer-

nunt

nunc executionem Contractus, observantur Leges ubi facta est petitio,
5 ut ex *Bartol.* respondit *Rot. decis.* 175. *num.* 11. *part.* 17. *recent.*

Succedit & aliud caput inobservantiæ Statuti, quam deducere conabantur Informantes ex pluribus sententiis per eos adductis, pro quibus diluendis operæ pretium est easdemmet statutarias sanctiones recen-
6 sere, quarum prima est *Statuti Communis Florentiæ* conditi prima Iulii 1416. *sub rubr.* 9. *lib.* 3. *de modo*, *& forma distribuendi Bona Cessantium*, *& fugitivorum inter creditores* „ ibi „ Et si non esset, vel appa„ reret facta concordia super dictis solutionibus fiendis fiat per soli„ dum, & libram, & cuilibet creditori tam Civi, quam districtuali, „ quam Forensi secundum quantitatem, & modum dicti sui crediti, „ salvo quod si creditores Forenses nollent stare concordiæ, vel recu„ sarent concurrere cum aliis creditoribus Florentinis per solidum, & „ libram, & de hoc appareret per publicum Instrumentum, vel per a„ cta dictæ Curiæ Mercatorum, vel cuiuscumque Rectoris, eo casu di„ ctis talibus Forensibus possit, & debeat reddi Ius, & Iustitia se„ cundum Ius Commune, & Leges Imperiales &c. „

Quæ quidem statutariæ dispositionis verba vulgari sermone reddita, vel explicata fuerunt inserta, in libro statutorum *Curiæ Mercantiæ* de anno 1577. *lib.* 3. *rub.* 2. *de' cessanti*, *e fuggitivi con le pecunie*, *e robe altrui* „ ibi „ E dove non fosse, e non apparisse fatta composizio„ ne, ed accordo sopra tali pagamenti, e satisfazioni da farsi, si fac„ cino, e far si devino, e possino a *lira*, *e soldo* a qualunque tale cre„ ditore, così Cittadino, Contadino, o Distrittuale Fiorentino, come „ *Forestiero*, secondo la misura, e quantità del suo credito, e se alcu„ no dei Creditori Forestieri non vorrà concorrere con detti Credito„ ri Fiorentini, o del Contado, o distretto, e ciò significherà con „ pubblico Instrumento a' Sindaci, o a chi sarà deputato per i Credi„ tori, se gli amministri Giustizia secondo la Ragion Comune, e Leg„ gi Imperiali ec. „

Ex quibus colligitur, quod ad hoc ut prænotatæ Statutorum dispositiones Forensium favore locum habeant, tria copulative requiruntur.

Primum, quod Forensis protestetur in actis, quod nullo modo intendit concurrere cum cæteris Creditoribus, sed quod vult, & intendit, ut sibi reddatur Ius secundum Leges Imperiales, & Ius Commune Romanorum.

Secundum, quod habear Hypothecam.

Et tertio, quod sit anterior; & altero ex dictis requisitis deficiente, tenetur cum cæteris concurrere per solidum, & libram, ut fuit
7 dictum in *Florentina Decoctionis* 8. *Aprilis* 1655. §. *non obstat inquam*.

Et omissis disputationibus, quæ inani conatu fuerunt assumptæ, an videlicet Lex, seu Statutum conditum a Supremo Principe, & decreto irritanti munitum possit de inobservantia, & contrario usu redargui,

gui, prout in legibus conditis a Populo Superiorem recognoscente contingit, & quæ requirantur ad contrariam consuetudinem inducendam in hoc casu, quas non est opus hic examinare, cum factum non assistat intentioni Chirographariorum.

Tales siquidem non apparent sententiæ in medium allatæ ad evertendam dispositionem Statuti, quoniam ex illa anni 1592. *sign. litt. A* apparet, quod Franciscus Vignon cum esset creditor Rationis Bancariæ Niccolai, & Pauli de Mannellis sc. 526. pro residuo maioris summæ, institit in Iudicio concursus tanquam Forensis, ut Ius sibi redderetur iuxta dispositionem Iuris Communis, & fuit coactus concurrere cum cæteris creditoribus per solidum, & libram ex eo, quod nullam haberet hypothecam, cum de eius credito appareret tantum per Chirographum privatum, quod non docebatur, fuisse testium subscriptione, & hypotheca munitum.

Eademque labe inficiuntur cæteræ res iudicatæ diei 31. Augusti 1592. in quibus fuit denegata prælatio Giberto Michaeli, & Nicolao Charles Lugdunensibus, quia quoad Gibertum Michaelem, ut legitur in eius petitione 14. Maii eiusdem anni 1592. *signata litt. B* de eiusdem credito apparebat tantum per Chirographum privatum, nulla iuris solemnitate, & hypotheca munitum, iuxta *Leg. scripturas Cod. qui potior in pign. hab.* & quoad aliam petitionem Nicolai Carles apparebit tantum de eius credito ex copiis partitarum, & ex computo conscripto manu Laurentii Ioannis Agentis dictorum Creditorum, quapropter ex defectu hypothecæ, & anterioritatis fuerunt coacti concurrere cum cæteris creditoribus.

Minusque relevat sententia anni 1639. in qua declaratur, Ioannem Baptistam Dottum, & Gasparum Franciscum Ioannis Toffetti Ianuenses, debere concurrere cum cæteris creditoribus æqualiter super bonis Marini Tudisci Anconitani decocti, quia licet ille prætenderet, quod merces ad computum debitoris oneratæ in Navi *Toson d'oro* essent affectæ, & hypothecatæ pro eorum credito petiarum 10. m. impensarum pro Naulis Navis prædictæ, ideoque specialiter hypothecatæ, nihilominus ab exceptionibus datis per D. Petrum Vernacciam suo, & aliorum creditorum nomine negabatur, pecuniam fuisse impensam in dictam causam solutionis Naulorum, cum illa eidem Vernaccio transmissa foret ad dispositionem propriam, & Tudisci debitoris, & proinde cessare privilegium potioritatis, præterquamquod cum idem Vernaccia haberet merces in manibus, essetque creditor Tudisci, prætendebat, se non teneri subire aleam cæterorum creditorum ad formam Statuti Mercantiæ, quare ex defectu hypothecæ creditoris emanavit sententia prædicta.

Nec aliquid ponit in esse sententia lata contra Ioannem Audifert anno 1642. Ad ostendendum enim quantum laborent in æquivoco Infor-

formantes pro chirographariis, qui ea nituntur, præmittendum est in facto, quod cum Audifert pro suis creditis obtinuisset mandatum contra Originem debitorem decoctum, fuit a DD. Sex Mercantiæ Iudicibus Concursus impedita executio, quare creditor prædictus adiit Serenissimum instando præcipi eisdem DD. Sex, ut procederent in Causa cum Voto Assessorum legalium, sed infeliciter quidem, fuit enim rescriptum „ *Agli ordini*. „

Sub die prima Septembris eiusdem anni 1643. Deputati Massæ creditorum dicti Origenis narrata instantia, & rescripto prædicto insteterunt forsan ad supplantandum Actorem per DD. Sex declarari eidem Audifert uti forensi non competere ius consequendi integrum suum creditum, sed bene graduari iuxta alios Creditores per solidum, & libram cum tamen protestatio fruendi beneficio Iuris Communis penderet a voluntate, & declaratione creditoris ad formam Statuti, non autem a voluntate Tertii, & tamen DD. Sex noluerunt eorum petitioni annuere nil positivum decernendo quoad hoc, quod est observandum.

Sub die 6. Septembris prædicti idem Audifert allegavit incompetentiam dictorum DD. Sex, qui eidem mandarunt, ut instantiæ prædictæ renunciaret; quapropter ipse iterum adiit Serenissimum instando, ut articulus incompetentiæ remitteretur ad *Rotam* privativam iurisdictionem habentem in his casibus, & communicatis precibus eidem Magistratui DD. Sex, Serenissimo exposuerunt causam inhibitionis, & præcepti facti eidem Audifert promanantem a Lege diei 23. Octobris 1477. in qua sancitur, quod in hisce Iudiciis universalibus DD. Sex uti Sindaci subrogati non possint dici incompetentes.

Tangit etiam relatio materiam Statuti indulgentis forensibus beneficium Iuris Communis, & Legum Imperialium; dicit enim „ Egli „ non riceve l'interpetrazione, che da lui gli vien data, perchè fa- „ rebbe una notabile contradizione ad un altra parte dello Statuto, „ che vuole l'equalità fra' creditori, e dichiara a chi debbano *restar* „ *salve l'ipoteche*, dove per il contrario quell'intelligenza indurrebbe „ una manifesta inequalità fra di loro col dare al Forestiero ogni co- „ sa, ed a tutti gli altri Cittadini, e Paesani niente ec. „ & prodiit Rescriptum „ *Agli ordini* „ quæ Relatio quoad beneficium Iuris Communis Forensibus elargitum videtur potius Cancellarii ignorantia, vel incuria, quam Magistratus deliberatione processisse, qui si noluit hoc declarare ad instantiam Massæ Creditorum præcise instantium, non est verisimile, quod postmodum extra petita hoc Principi exposuisset, quare prosequuta Causa in eodem Tribunali DD. Sex in contumacia eiusdem Audifert fuit prolata sententia, quod pro suo credito concurrere deberet cum cæteris creditoribus decocti ad solidum, & libram *reservato termino dierum octo* eidem Audifert ad dicendum contra Sententiam pro omni suo iure &c.

Quid

Quid relevans ex huiusmodi actis, & sententia posset deduci *Rota* nunquam percipere potuit, deficientibus omnibus requisitis, ad hoc ut Forensibus Iustitia administrari posset ad normam Iuris Communis; Deficit primum declarationis eiusdem Audifert, in cuius facultate erat uti Statuti, vel Iuris Communis beneficio, cum in actis illius Iudicii nunquam talis declaratio habeatur; Deficit secundum, crediti videlicet cum hypotheca, cum nunquam fuerit exhibitum documentum ullum eandem hypothecam importans, multo minus potuit constare de anterioritate eiusdem hypothecæ, cum nec de crediti substantia appareat: quapropter non constito de necessariis requisitis, iuridice fuit demandatum, quod aleam cœterorum creditorum subiret; Et quoniam poterat de credito, & hypotheca, & quidem anteriori docere, idcirco fuit illi reservatus terminus octo dierum ad dicendum contra sententiam, & ad docendum de iuribus, cum de cœtero superflua fuisset eadem termini reservatio, si ut prætendebant Informantes, Rescriptum *Agli ordini* affecisset dispositionem Statuti, non autem incompetentiam tantum.

Nec dicatur, quod si huiusmodi Statutum practicaretur favore Forensium, actum esset pro creditoribus Florentinis, qui nihil consequi possent in Bonis decoctorum, quia quam futile, & inane sit huiusmodi allegatum inconveniens, quod per vicos, & plateas exagerabatur ab Informantibus, facile apparebit considerando, quod *Statutum* 8 *non aufert hypotecas* Florentinorum in concursu hypothecæ forensium, quinimo illas preservat, adeout inter illas mandet observari prærogativam *temporis*, prout etiam in cœteris locis Florentini gaudent privilegio prælationis quando sunt anteriores in tempore, & sicuti Forenses muniti hypotheca præferuntur illam non habentibus, sic & Florentini præferuntur, & concurrunt cum Forensibus hypoteca destitutis, & sicuti multoties Forenses sibi prospiciunt apponendo in eorum creditis hypotecam, non video cur idem non possint servare Florentini curando in eorum contractibus, scripturis, & chirographis appositionem hypothecæ, & huiusmodi consideratio non est nova, sed bene deducta, & sublata ex *Motivo anni 1655. §. non obstat inquam vers. satis enim*, de quo infra.

Quinimo rationabilitas huius Statuti suadetur ex eo, quod insigniores Mercatores, a quibus conditum fuit Statutum, optime callentes bonum publicum, & mercaturæ augumentum ad alliciendos Forenses & ad arcendum ab illis omnem fraudis suspicionem, & Iudicii inæqualitatem illorum arbitrio relinquerunt, vellent, nec ne, uti Statutis Curiæ Mercantiæ, vel potius Legibus Imperialibus ubique notis, & sicuti nullum inconveniens affert eademet reservatio facta favore *dotis*, *tutelæ*, *& curæ*, quibus idem beneficium Iuris Communis indul- 9

 getur,

getur, ignoratur quomodo possit tantam ruinam parere eadem reservatio facta Forensium favore.

Verum omnem difficultatis scrupulum aufert Motivum emanatum *in Florentina Decoctionis prima Aprilis* 1655. a Chirographariis ipsis mancum tamen, & mutilatum exhibitum, & per eos non bene perpensum, in quo fuit acerrime disputatum, an stante Statuto, de quo agitur, forensis esset cæteris creditoribus præferendus, & negativa prodiit resolutio, quia sicuti Forensis non ligatur Statutis in concernentibus eius damnum, ita quoque in favorabilibus non comprehenditur, cum hypothecam non haberet, nec privilegium, ut præferretur Florentinis Creditoribus, quia Statutum parificat Creditores, non autem extinguit hypothecas; & in §. *non obstat inquam* firmat, animadvertentes Statutorum conditores iniquum cogere Forenses, qui Statutis non ligantur in concernentibus eorum damnum ex communi Doctorum sententia, de qua per *Roman. cons.* 224. *num.* 6. ut cum cæteris Florentinis per solidum, & libram concurrerent, illorum voluntati reliquerunt, an ne vellent uti dispositione dicti Statuti an vero Iuris Communis? iuste igitur sanxerunt illis nolentibus concurrere cum Florentinis administrandam esse Iustitiam secundum Iura Communia, & Le-

10 (marginal number printed beside the line "diit resolutio")

11 ges Imperiales &c. deinde subdens in eodem §. *satis enim in hoc privilegiati videntur Forenses* quod si forte Creditores hypothecarii sint, volentes iudicari de Iure Communi (quod Florentinis a Statuto prohibetur, ac denegatur) cæteris præferantur si anteriores sint.

Et tanto minus potest dari de eiusdem Statuti inobservantia, cum illud munitum reperiatur decreto irritanti, ut observat, & admittit idem Motivum in §. *pariter non* obstare, quiequid secus dicendum foret de observantia interpretativa; ideoque concludit „ In hac Statutorum combinatione orta fuit difficultas, an essent Forenses Florentinis præferendi, cumque pluries fuerit iudicatum præferri non debere, & ita pluries observatum, hic non resultat consuetudo contraria Statutis, sed dictorum Statutorum observantia interpetrativa, quæ toto Cœlo a consuetudine distat „ Et hoc est æquivocum, quod Cancellarius prædictus in dicta relatione desumpsit, non distinguendo casus, in quibus emanarunt sententiæ ab eo relatæ putans esse contrarias dispositioni Statutariæ, cum revera illæ processissent ob defectu hypothecæ.

Contemnendum autem prorsus videbatur ultimum Motivum, quod videlicet *rubr.* 9. *Statuti Florentiæ* indulgens creditoribus Forensibus facultatem fruendi beneficio Iuris Communis debebat intelligi de Creditoribus chirographariis tantum, non autem de hypothecariis, qui per subsequentem *rubr.* 10. nonæ præcedentis correctoriam omnes parificantur ad invicem; Quia si Statutum in *d. rubr.* 9. eximens Forenses a regula per ipsum assignata, quod omnes concurrere debent per solidum,

dum, & libram, intelligeretur tantum de Forensibus chirographariis, perperam subsequeretur limitatio, quod quoties nollent concurrere cum cœteris creditoribus illis reddi deberet ius secundum Leges Imperiales, cum chirographarii de Iure Communi veniant in contributum, & 12
omnes insimul graduentur, *Leg. pro indebito & ibi Bald. Cod. de bon. auth. iud. poss. Dolan. decis.* 27. *num.* 5. *Antonell. cons.* 99. *in fin* & sic eadem esset limitatio, quod regula contra regulam iuris, de qua per *gloss. in rubr. de reg. iur. in 6. & Bartol. in Leg. si cum* §. *qui iniuriam ff. quis caut.* quod exceptio debet esse de regula.

Quod autem *Rubr.* 10. corrigat *Rubr.* 9. non est novum, sed fuit antiquum, & inane commentum non bene callentium Statuti dispositionem. Quia in Statuto Mercantiæ sub eadem Cessantium Rubrica leguntur disposita in utraque Rubrica Statuti Communis Florentiæ, & Rubricam illins decimam, loqui tantum de creditoribus Florentinis sine mixtura Forensium, ideoque illos tanquam subditos, licet hypothecarios patificat, clare deducitur ab exclusione dotium, tutelæ, & curæ, 13
circa quas si essent Forenses, tanquam non subditos, disponere non valeret, ut luculenter utraque Rubrica bene perpensa, & examinata huic obiecto tunc excitato respondetur in allegata *Florentina Decoctionis* 1. *Aprilis* 1655. §. *non obstat inquam &c.*

Quare non docto de læsione, nec de aliqua iniustitia Sententiæ D. Iudicis a quo declarantis, dd. Pasquier, & Dumas reddendum esse Ius secundum Leges Imperiales, utpote Statutariæ dispositioni innixa, frustra convolabant Chirographarii in fine instantiæ ad remedium resti- 14
tutionis in integrum, quæ sine læsione non conceditur, *ad Text. in Leg. si ex causa iudicati ff. de minor. & in Leg. nam* §. *si minor ff. de iur. iuran.* cum aliis per *Rot. dec.* 316. *num.* 1. *par.* 11. *rec.*

Prætendebatur ultimo loco, quod cum Dumas, & Pasquier non præstitissent fideiussorem ad formam Statuti Curiæ Mercantiæ *lib.* 2. *Rubr.* 13. iuxta oppositionem specifice factam, ut dicebatur sub die 19. Maii 1693. propterea non possent audiri ob nullitatem actorum, & Processus, quia oppositio prædicta sub die, & in foliis indicatis non reperitur, & tamen Chirographarii prius præstare debuissent, qui Forenses ad Concursum per publica ædicta lacessierunt: frustra enim beneficium Legis implorat, qui Legem contemnit, quamvis Statutum mandaret, quod ante omnia fideiussio præstaretur, alioquin acta, & 15
processus nullitatis vitium subirent, quia hoc non est de forma iudicii, sed de præambulis, & præparatoriis, *Carpan. ad Statut. Mediolan. cap.* 44. *num.* 12. *& seqq. Mans. cons.* 184. *num.* 43.

Quinimo cum eisdem forensibus privilegium Iuris Communis Statutum reservet, nullo modo debebant statutariam cautionem præstare, 16
imo nec etiam Iuris Communis, cum *Text. in Auth. generaliter Cod. Episc. & Cler. & in Aut. libellum Cod. de lit. contest.* hodie in desuetudinem abierint, ut testatur *Gloss. in* §. *sed hodie versic. nullam instit.*

de satisd. Rot. decis. 326. num. 4. par. 2. recent. & cor. Coccin. decis. 504. num. 3. Card. De Luc. de Iudic. disc. 13. num. 1. & his relatis respondit *Rot. Nostra in Florentina Pecuniaria 12. Martii 1693. §. & quamvis, & in Florentina Fideiussionis 25. Iunii 1695. lib. mot. 134. pag. 616.* licet ad abundantiam ista fideiussio fuerit præstita sub die 13. & 15. Iunii 1692. Et ita utraque &c.

Petrus Parionus Rotæ Audit.
Ascanius Venturinus Rotæ Audit.
Sebastianus Marini Rot. Audit. & Relat.

DECISIO XXIX.

LIBURNEN. CENSUUM

Diei 23. Augusti 1695. cor. bo. me. Dom. AUDIT. ALEXANDRO BELLUTIO.

ARGUMENTUM.

Census sub fideiussione Mulieris totus corruit una cum Iudicis Decreto, quoties ob defectum necessariæ cognitionis causæ impositus fuit pro maiori, quam opus esset, quantitate: nec ad Decretum Actumque substinendum sufficit quod ex pluribus obligationis caussis una sit vera, quotiescumque causa vera, licet Principalis, impar est ad illum substinendum.

SUMMARIUM.

1 *Sine Causæ cognitione, corruit Decretum, & obligatio Mulieris.*
2 *Non potest sine iusta causa imponi census pro ampliori summa.*
3 *Et census sic impositus corruit totus, cum Decretum tamquam individuum non possit pro parte valere, & pro parte non.*
4 *Nec huiusmodi defectus convalescere potest ex præsumptione, quæ viget pro Decreto, & Iudice præsertim attestante adhibuisse legitimam cognitionem.*
5 *Probatio contra Decretum ex ipsomet Instrumento Decreti desumpta præfertur præsumptioni generali militanti pro Decreto.*
6 *Ad substinendum Actum non attenditur alia causa quam expressa, quando expressa non est habilis ad illum salvandum.*
7 *Causa expressa facit cessare præsumptionem alterius melioris causæ tacitæ.*
8 *In Lege anni 1568. disertis verbis imponitur cognitio Causæ in contractibus Mulierum.*
9 *Quotiescumque a Statuto requiritur auctoritas, atque Decretum Iudicis, semper intelligitur cum Causæ cognitione, etiam si Statutum nihil disponat de causa.*

10 *Si*

10 *Si constet de iniustitia, seu ineptia Causæ non dicitur satisfactum Statuto, licet de caussa mentionem non faciat.*
11 *Quando causa in Decreto expressa inverisimilis est & falsa, obligatio Mulieris & Decretum est ipso iure nullum.*
12 *Falsitas etiam in minimo vitiat Decretum propter suam individuitatem*; & num. 13.
14 *Quoties Decretum interpositum est ex pluribus caussis, sufficit unam veram esse, licet aliæ non iustificentur.*
15 *Supposita veritate causæ principalis, pro aliis non iustificatis potest supplere præsumptio.*
16 *Contrarium quando ex pluribus caussis altera detegitur falsa.*
17 *Si una Causa esset minus vera, vel sufficiens, non videtur ex hoc vitiari contractus, sed sufficit aliam esse veram.*
18 *Decisio non attenditur in iis, quæ perfunctoriæ deciduntur.*
19 *Dum plures causæ exprimuntur, tunc solum ex una Causa, quæ sit vera sustinetur Actus, quando illa Causa est de per se sufficiens ad illum sustinendum, secus si non est sufficiens.*
20 *Non sufficit quod Causa principalis sit vera quando altera ex causis est falsa, nisi causa principalis sit talis, quod ex ea sola Decretum esset interponendum.*
21 *Decretum interpositum pro maiori summa, & ex falsa causa, illicitum est, ac consequenter irritum.*
22 *Et convalescere nequit ob mulieris iuramentum.*
23 *Amplia etiamsi causa esset insufficiens, ac inepta.*
24 *Iuramentum, quod a Statuto infirmatur, præsumitur fraude ac dolo extortum.*

SUB die 12. Augusti 1679. DD. Victorius, & Fratres de Nunes Censum sc. 600. in sorte ad rationem sex pro centenario imposuerunt ad favorem D. Ioannis Friderici de Tidis acceptantis pro se, & cæteris hæredibus D. Pandulfi de Tidis, nec non ad favorem Domini Rayneri Francisci pariter de Tidis sub fideiussione in solidum D. Molanteæ Corsini Viduæ relictæ D. q. Antonii Nunes Matris dictorum Fratruum de Nunes cum interventu, auctoritate, & decreto Domini Iudicis *Liburni*, prout in Instrumento recepto per D. Io. Alexandrum de Catelanis, qui sane Census postmodum sub die 11. Februarii 1686. fuit in causam, & partem dotis D. Elisabeth Tidi Sororis, cessus D. Equiti Beniamino de Spronis una cum fructibus usque tunc decursis per acta D. Fausti q. Francisci Torsi.

De anno vero 1680. eadem D. Malantea, & DD. Victorius, & Ioseph fratres de Nunes in Civitate Neapoli commorantes constituti coram Iudice prævia narrativa, quod indigebant sc. 600. pro se ali-

 men-

mentando, & discedendo a dicta Civitate, & redeundo ad Civitatem *Liburni* eorum Patriam, & pro aliis Matris, ac filiorum necessitatibus, & occurrentiis, approbante Iudice præfato, & decretum interponente, constituerunt, & quilibet eorum in solidum constituit Procuratores ad imponendum nomine cuiuslibet, eorum in solidum super fundo ibidem designato Censum consimilis summæ sc. 600. DD. Andream Benvenuti, & Petrum Baptistam Bonavoglia Mercatores Liburnenses, qui successive vigore dicti mandati & ad formam illius, Censum eiusdem summæ vendiderunt memorato Equiti Beniamino de Spronis, qui nuper, delapsis in deteriorem fortunam dictis Fratribus de Nunes, nec in concursu hac occasione formato suppetentibus bonis æquivalentibus, eiusdem satisfactioni pro capitali & fructibus amborum Censuum prædictorum sese direxit contra præfatam Malanteam Corsini partim fideiussorio partim proprio nomine in solidum obligatam, in qua Causa a Supremo Magistratu avocata, nobisque ad referendum commissa post instructum Processum, & diutinam hinc inde docte scribentium colluctationem, tandem fuimus in voto dictum Dominum Equitem de Spronis Actorem non fuisse, nec esse exaudiendum, pro Censu imposito de anno 1679. & ipsi respective cesso a Domino de Tidis ut supra. Exaudiendum vero, pro sorte & fructibus alterius Census impositi de anno 1680. a dictis Benvenutis, & Bonavoglia specialiter deputatis Procuratoribus ad illum imponendum, ut in facto desuper insinuato.

Motivum sic referendi quoad Censum creatum favore dicti de Tidis de anno 1679. fuit nullitas obligationis, seu fideiussionis dictæ Malanteæ propter defectum *Causæ habilis* ad eam obligandam pro ipsiusmet dicta summa sc. 600. quæ satis emicat ex facitm decreti a Iudice interpositi sub assertione tantum præviæ informationis „ che la maggior „ parte del denaro „ ut sunt eius verba præcisa „ contenuto nel pre„ sente Istrumento li dd. Sigg. Nunes l'hanno impiegato in estinzio„ ne di debiti dell'Eredità paterna, ed in supplemento delle *spese per*
1 „ *monacare una loro sorella di prossimo entrata in Monastero* „ qua assertione stante, liquet, quod pro residuo ultra maiorem partem prædicta obligatio mulieris nulla fulcitur causa, nec per Iudicem super causa residui aliqua fuit habita cognitio, sine qua corruit decretum, & obligatio mulieris *Pich. ad Stat. Urb. gloss.* 21. *num.* 33. prout etiam corruit quia si causa iusta obligandi cognita per Iudicem non excedit maiorem partem, non potuit imponi Census ultra illam pro ampliori summa sc. 600. *Rot. decis.* 378. *num.* 9. *part.* 14. *recent. & cor. Ninot. decis.* 59. *num.* 4. *& penes Pich. ad Statut. urb. decis.* 73. *num.* 9. *&* 10. ubi dicit quod Census sic impositus corruit totus, cum decre-
3 tum tanquam individuum non possit pro parte valere, & pro parte non, ut crebro auctoritatum agmine congesto firmat idem *Pich. d. gloss.* 21. *n.* 36. *&* 37. *Rot. d. dec.* 378. *n.* 9. *& dec.* 409. *n.* 4. *part.* 14. *& dec.* 97. *n.* 12. *part.* 15. *rec.* Nec

Nec huiusmodi defectus convalescere potest ex decantata præsumptione, quæ viget pro decreto, & Iudice, præsertim attestante adhibuisse legitimam informationem, & cognitionem, *Rot. decis.* 43. *n.* 23. *part.* 18 *recent.* & alibi passim. 4

Quandoquidem cum ex assertione prædicta & sic ex ipsomet Instrumento decreti desumatur probatio contra decretum, quod saltem ultra maiorem partem causa fuerit Iudici incognita, talis probatio præfertur præsumptioni generali militanti pro decreto, *Urceol. de Transact. quæst.* 2. *n.* 81. *Rot. dec.* 529. *n.* 2. *part.* 1. *divers. & in rec. decis.* 383. *n.* 16. 17. *part.* 12. non enim ad sustinendum actum attenditur alia causa quam expressa quando expressa non est habilis ad illum salvandum, *Rot. cor. Cels. dec.* 233. *n.* 4. ea ratione, quia causa expressa facit cessare præsumptionem alterius melioris causæ tacitæ, *Rot. post Ticb. decis.* 33. *num.* 10. *Actolin. resol.* 10 *num.* 164. *& seq.* 5 6

Obiectum vero quod Lex non disponat de interventu causæ in contractu mulierum & ideo obligatio substineatur etiam sine causa adhibitis solemnitatibus præscriptis non subsistit nec in facto, nec in iure.

In facto, quia in Lege anni 1568. disertis verbis imponitur cognitio causæ in contractibus mulierum, dum sancitur quod Magistratus, & 8 Iudices non possunt intervenire & convalidare contractus, nisi per diem ante viderint eius minutam „ *affinchè tutto passi* „ sunt verba præcisa Legis „ *con cognizione di causa* „ omissa reformatione anni 1678. quæ tota incumbit, & tendit ad hunc finem.

In iure, quia quotiescumque a Statuto requiritur auctoritas, atque decretum Iudicis semper intelligitur cum causæ cognitione, sine qua ridiculum esset apponi decretum, & Iudicem interesse, etiam quod 9 Statutum nihil disponat de causa, ut fere totidem verbis in individuo Statuti Perusiæ concludit *Simoncell. de decret. lib.* 1. *tit.* 1 *num.* 31. *&* 32. & annuit *de Luc. de alien. & contr. probib. disc.* 31. *num.* 21. ubi declinat auctoritates contrarias & firmat quod si constat de iniustitia, seu de ineptia causæ, ut hic, non dicitur satisfactum Statuto, licet de causa mentionem non faciat, ut in puncto Statuti consimilis Civitatis Narniæ firmat *Rot. decis.* 383. *num.* 7. *&* 8. *part.* 12. *rec.* 10 & in individuo Statuti Bononiæ *Urceol. cons.* 63. *a num.* 14. *ad* 20.

Ex quibus visa fuit inevitabilis nullitas dictæ obligationis D. Malanteæ tam ex defectu cognitionis causæ pro dicta summa Census, quam ex defectu potestatis illum imponendi pro dicta quantitate quando causæ aderant solum sufficientes pro minori, iuxta auctoritates adductas, sed ulterius nullitas insurgit quia causa implicationis maioris partis pecuniarum censualium in extinctionem æris alieni paterni illorum de Nunes, & in supplementum expensarum pro monacanda sorore de proximo ingressa in Monasterium, in decreto considerata,

& ex-

& expreſſa eſt erronea, & non vera quoad ſupplementum expenſarum pro monacanda ſorore, quæ cum non ſolum ingreſſa Monaſterium, ut dicitur in decreto, ſed etiam initiata fuerat monialis, & ſacram veſtem ſuſceperit prævio reali depoſito eleemoſinæ dotalis per acta Ser Philippi de Franchinis ſub die 17. Iunii 1680. & ſic per duos menſes circiter ante hunc impoſitum cenſum; utique implicat, quod Cenſus fuerit creatus preſente, & numerata pecunia, ut cantat Inſtrumentum, & quod pecunia Cenſus iam fuiſſet erogata pro monacatione ſecuta per binos menſes ante, ut aſſeritur in decreto eiuſdem inſtrumenti, prout implicat monacationem fuiſſe celebratam die 17. Iunii 1679. & non fuiſſe factas uſque tunc omnes expenſas, ſine quibus monacatio, ut eſt notorium, expediri non poteſt, & ſic patet dictam cauſam expreſſam in decreto fuiſſe mendicatam inveriſimilem, & non veram, quod ſufficit ad hoc ut obligatio mulieris, & decretum deſuper impetritum ipſo iure ſit nullum, *Pich. ad Statut. urb. gloſs.* 21.
11 *num.* 35. *verſ. limit.* 3. licet eadem aſſertio decreti comprobetur vera, quoad ſolutionem ſc. 360. circiter ſolutorum pro debito paterno eorumdem de Nunes, & quietatione reportata coram eiuſdem teſtibus eadem die impoſiti Cenſus a Dominis de Tidis creditoribus ſub rogitu eiuſdem Notarii de Catelanis; Nam adhuc corruit obligatio prop-
12 ter individuitatem decreti, *Pich. ubi ſupra num.* 36. *Grat. diſcept. forenſ.* 122. *num.* 5. *&* 6. ubi quod falſitas etiam in minimo vitiat de-
13 cretum, & ſæpius decidit *Rota*, & ſignanter *apud Triol. deciſ.* 88. *n.* 2. *& deciſ.* 63. *num.* 5. 6. *&* 7. *part.* 12. *recent.* ubi fuit declarata nulla obligatio mulieris pro ſc. 2000. quia cauſa fuit detecta falſa pro parte tantum ſc. 380. *Merlin. deciſ.* 540. ubi fuit annullatus Cenſus ſc. 900. pro extinguendis duabus ſocietatibus officii ſc. 400. pro qualibet, & una ex iſtis ſocietatibus apparuit inſubſiſtens & non vera, *Rot. deciſ.* 378. *num.* 9. *part.* 14. *& deciſ.* 97. *num.* 7. *part.* 15. *recentior.*

Non obſtat, quod quando decretum eſt interpoſitum ex pluribus
14 cauſis ſufficit unam veram eſſe, licet aliæ non iuſtificentur *Fenzon. ad Statut. Urb. cap.* 113. *num.* 25. *Adden. ad Ludoviſ. deciſ.* 46. *num.* 12. *Rot. deciſ.* 482. *num.* 5. *cor. Cavaler. & deciſ.* 35. *num.* 5. *&* 6. *poſt Cenc. de Cenſib.*

Quoniam aliud eſt, quod una ex pluribus cauſis ſit vera, & aliæ non iuſtificentur, ut dicunt dictæ auctoritates, nam ſuppoſita veritate cauſæ principalis, ut præcipue firmat *Fenzon. loc. alleg.* pro aliis non
15 iuſtificatis poteſt ſupplere præſumptio, quæ ſtat pro decreto, & Iudice, qui intelligitur de illis cognoviſſe. Aliud vero eſt, quod ex plu-
16 ribus cauſis altera deregatur & comprobetur erronea, & falſa, ut hic, nam tunc conſtito etiam de veritate alterius cauſæ decretum, & obligatio in totum irritatur, ut diſtinguit *Rot. dec.* 171. *num.* 10. *&* 11. *part.*

part. 11. *& decis.* 293. *num.* 6. *part.* 15. *recent. & cor. Dunoz. Iun. decis.* 292. *num.* 11.
Decisio vero 35. *post Cenc. de Cens. ex adv.* adducta præcipuum constituit
fundamentum in eo, quod non constabat de falsitate illius causæ, quam
falsitatem impugnat *num.* 2. 3. *&* 4. solum ex abundanti ut demonstrat
dictio *ultra*, quod non pro ratione decidendi subdit, quod si una cau-
sa esset minus vera, vel sufficiens, non videtur ex hoc vitiari contra-
ctus, sed sufficit aliam esse veram, sicut etiam decretum interpositum 17
ex pluribus causis si una sit falsa substinetur quando principalis est
vera: sed agnoscens allatas propositiones esse periculosas in sequenti
versiculo, *alias enim duæ causæ* satagit ostendere alias causas, esse de per
se sufficientes, unde succedit regula, quod decisio non attenditur in 18
iis, quæ perfunctorie dicit, *Rot. cor. Seraph. decis.* 299. *sub num.* 12.
& 13. *cor. Dunozzet. Iun. decis.* 498. *num.* 30. *cor. Bich. decis.* 480.
num. 30. *& seq.* nec *Rota* dicitur decidere, quod subiicit ex abundanti,
& absque necessitate, *Rot. cor. Bich. decis.* 473. *num.* 12. *& seq. Ro-
dulphin. alleg* 31. *num.* 7.
Cæterum memoratæ propositiones in decisione absque necessitate
adductæ minus subsistunt si in abstracto, & indistincte accipiantur; 19
Nam dum plures causæ exprimuntur, tunc solum ex causa, quæ sit
vera substinetur actus, quando illa causa alioquin est de per se suf-
ficiens ad illum substinendum, secus, si per se considerata est insuffi-
ciens, *Rot. decis.* 271. *num.* 10. *part.* 6. *rec. Merlin. decis.* 749. *num.*
2. *Bich. decis.* 240. *num.* 13. prout consimiliter non sufficit quod
Causa principalis sit vera, quando altera ex causis est falsa, nisi cau-
sa principalis sit talis, quod ex ea sola decretum esset interponendum,
ut firmat *Castrens. cons.* 201. *num.* 1. *lib.* 1. *& Pich. ad Statut. Urb.
d. gloss.* 21. *num.* 381. quos allegat *d. decis.* 35. *post Cenc. de cens.* & 20
iuxta quas decisio metipsa debet intelligi exvulgaris, alias de diametro,
pugnaret cum aliis decisionibus proxime allegatis; nemo autem prudens
Iudex existimabit fuisse interponendum decretum ad obligandam mulie-
rem pro summa sc. 600. & eius fructibus causa extinguendi debitum
filiorum dumtaxat sc. 368. circiter forsan etiam infructiferum, ut de
se patet, & convincitur illicitum, & per consequens irritum, ac nul- 21
lum a *Rot. post Bich. decis.* 73. *num.* 9. *&* 10. ac aliis passim desu-
per allegatis.
Pariformiter non afficiunt *decis.* 43. *num.* 18. *& decis.* 55. *num.*
5. *cor. Ubag.* super eadem causa emanatæ in terminis Statuti Bono-
niensis quia ex dictis decisionibus elicitur tantum quod Statuto non lo-
quente de causa ea non sit in instrumento redigenda sed intervenisse
præsumatur ex interposita Doctorum de Collegio auctoritate & decre-
to ad summum non requiratur in obligatione personali dumtaxat, quæ
omnia sunt extra casum præsentem, non autem dictæ decisiones dicunt
quod

quod in dicto Statuto absolute & indistincte causa non requiritur, nec eius cognitio, nec d cunt quod si in decreto exprimatur causa insufficiens, & non vera contractus substituetur, quæ sunt inspectiones cadentes in hac hypothesi, cum satisfacerent deductæ auctoritates desuper in dicto §. *obiectum*, & cætera iuris principia hucusque cumulata & signanter *Pich. ad Statut. urb. gloss.* 22. *num.* 10. Ultra quod termini Statuti Bononiensis non sunt applicabiles Legibus municipalibus anni 1568. & 1678. quæ totæ sunt super causa & eius cognitione, ad quam collimant omnia in ipsis sancita.

Nec præsidium ullum adversus huiusmodi nullitatem potest afferre
22 mulieris iuramentum quod non sanat actum gestum ex falsa causa *Put. decis.* 205. *num.* 3. *lib.* 3. *Pich. ad Statut. Urb. gloss.* 23. *num.* 9 *&* 10. ubi extendit etiam quando causa est insufficiens ac inepta *Rot. post*
23 *eum* in sæpe reperita *decis.* 33. *num.* 9. nec ubi Statutum infirmat, præsumendum fuisse fraude, & dolo *Rot. lib. motiv.* 95. *a* 365. *& lib.* 10.
24 *a* 12. *Actolin. resol.* 19. *num.* 24. & hæc quoad censum cessum a DD. de Tidis, & impositum de anno 1679.

Alexander Bellutius.

DECISIO XXX.

EADEM LIBURNEN. CENSUUM SUPER SOLEMNITATIBUS STATUTARIIS

diei 23. *Augusti* 1695. *cor. bo. me. Dom.* AUDIT. ALEXANDRO BELLUTIO.

ARGUMENTUM.

SI Mulier extera adhibitis omnibus Statuti Localis solemnitatibus, speciale dederit mandatum ad Censum in suo Territorio creandum, contractus per Procuratores gestus validus est licet solemnitates non adhibuerint a Statuto Territorii super Mulierum Contractibus præscriptas.

SUMMARIUM.

1 *Alienatio a Muliere facta pro se alenda, & Familia licita est etiam sine solemnitatibus.*
2 *Præsumptio stat pro Decreto, & eius Iustitia.*
3 *Contrahens cum Muliere non debet esse sollicitus, quod pecunia in causam expressam convertatur.*
4 *Solutio Æris alieni inter causas legitimas, & necessarias numeratur.*

5 *Sta-*

5 *Statuta Civitatis servari debent a Muliere forense.*
6 Neapolis *constitutio viget prohibens Mulieribus renunciationem Senatus Consulto Velleiano etiam cum iuramento, & certioratione Iudicis, seu Notarii.*
7 *Quando Mulier se cum alio obligat, Contractus praesumitur ad alios coobligatos spectare.*
8 *Statutum simpliciter inhabilitans ad contrahendum, forenses non complectitur; secus si inhabilitet sine certis solemnitatibus.*
9 *Mulier in solidum obligata respectu Domini Census consideratur aeque principalis, ac alii obligati, quicquid serus dicendum esset si res ageretur inter ipsam, & caeteros insimul obligatos.*
10 *Quando Mulier extra territorium dat mandatum ad contrahendum in territorio, Procurator adhibere debet solemnitates praescriptas a Statuto Territorii super Contractibus Mulierum.*
11 *Hoc tamen non procedit si mandatum sit speciale, & munitum solemnitatibus non minus extra, quam in Territorio requisitis; secus si mandatum sit generale.*
12 *Solemnitates semel appositae in Actu non sunt amplius necessariae in eius executione.*
13 *Quomodo intelligendae sunt Auctoritates in contrarium adductae?*
14 *Decretum Iudicis facit praesumere veritatem & habilitatem causarum expressarum, nec non caeterarum solemnitatum.*



Ssumendo vero alium censum scutorum pariter 600. impositum a DD. Benvenutis, & Bonavoglia uti Procuratoribus in solidum Dominae Molanteae, & filiorum qui dederant Mandatum in Civitate *Neapolis* in solidum ad illum creandum, expressa indigentia pro alimentis, & expensis Redditus ad Patriam *Liburni*, & pro aliis necessitatibus, & occurrentiis; Domina Molantea debuit condemnationem subire, quia alienatio pro se alenda, & familia dicitur necessaria, adeout sit licita etiam sine solemnitatibus, *Ciarlin. controv.* 105. *num.* 9. & 10 *Rot. dec.* 177. *num.* 8. & 9. *part.* 1. *recent.* prout etiam rationabilis, & iusta videtur impensa satis egregia pro reditu in Patriam a Civitate valde longingua, itaut merito fuerint approbatae a Iudice, qui Mandato auctoritatem interposuit & cuius prudenti ac regulato arbitrio id committitur. 1

Accedente insuper alia causa generali ibidem expressa aliarum necessitatum & occurrentiarum ipsius Matris, & filiorum, quae non solum a causis specialibus alimentorum & reditus fomentum recipit veritatis, cum non habens unde se alat multo minus intelligatur habere unde occurrat caeteris indigentiis, sed fulcitur quoque praesumptione, quae stat pro decreto & eius iustitia, ut in individuo firmat, *Rot. decis.* 33. 2
num. 1. *part.* 4. *tom.* 2. *rec.* Opie-

Obiectum vero quod petiæ 370. ex pecuniis dicti census fuerint immediate conversæ in extinctionem debiti filiorum, nec cesserint in causas expressas pro Muliere, non relevat, nam non exinde infertur falsitas, seu illegitimitas causarum narratarum; hæc duo enim differunt
3 inter se, & contrahens cum Muliere non debet esse sollicitus, quod pecunia in causam expressam convertatur, ut distinguendo respondit *Rot. d. decis. 33. num. 10. 11. & seq. part. 4. tom. 2. rec. decis. 462. num. 14. & 15. part. 18.*

Præterquamquod dicta Mulier sub die prima Octobris 1680. dedit *Neapolis* aliud speciale Mandatum dd. Benvenuti, & Bonavoglia Procuratoribus pridem constitutis ad imponendum censum, ut de pecuniis censualibus facerent voluntatem & servarent ordines D. Victorii filii, quem Procuratorem deputavit ad easdem pecunias exigendas, ita ut mulier non habeat unde conqueratur si pecunia in parte non cessit in causas expressas, & a filio fuisset distracta in alios usus præter destinatos, sed debet sibi imputare quod elegit procuratorem huiusmodi, non autem emptori census, qui mulieris fidem, ac voluntatem fuit sequutus, ut de se patet.

Quamvis revera non possit dici compertum, & expeditum, quod dictæ petiæ 370. non cesserint absolute in causas expressas, & præserrim in generalem necessitatum & occurrentiarum Matris, & filiorum cum debita soluta potuerint de recenti fuisse contracta pro alimentis in
4 Civitate Neapolis, & in omnem casum sub necessitatum, & occurrentiarum Matris, & filiorum appellatione bene potest venire solutio æris alieni, quæ inter causas legitimas & necessarias numeratur.

Non obstat nullitas prætensa, ex quo in Civitate Neapolitana ubi
5 fuit ab ea datum Mandatum, in quo debent servari Statuta eiusdem Civitatis a Muliere forense, *Rot. decis. 3. num. 3. post Pichium*; *Merlin. decis. 601. num. 13.* vigeat constitutio prohibens Mulieribus renunciationem Senatus Consulto Velleiano etiam cum iuramento & certioratio-
6 ne Iudicis, seu Notarii, *Viv. com. opin. 529. num. 3. Franc. Rocb, respons. 53. per tot. & resp. 81. num. 11. & 12. lib. 2.* non attento, quod mulier in præsenti videatur obligari in Causam propriam in parte pro concurrenti quantitate eius alimentorum & expensarum pro reditu ad *Liburnum*. Etenim mandatum fuit datum insimul cum filiis, & quando Mulier se cum alio obligat attenta dicta constitutione eius assertioni non statur, sed contractus præsumitur ad alios coobligatos spectare, & pecu-
7 nias ad eos pervenire, ut in utroque *responso* late fundat *Rocb. ubi supra*.

Quandoquidem in hac materia recepta est distinctio, quod aut Statutum simpliciter, & absolute inhabilitat Personam ad contrahendum, aut illam inhabilitat, ut non possit contrahere, sine certis solemnitatibus. Etenim in primo casu dispositio Statuti non comprehendit forenses in loco Statuti contrahentes, sed solum in se-

cun-

cundo casu illos compræhendit, *Gratian. discept. forens* 353. *n.* 4. *& seq. & discept.* 124. *num.* 31. *& seq. Rot. decis.* 380. *num.* 15. *part.* 8
14 *& cor. Bich. decis.* 200. *num.* 4. *& seq.* secunda vero praematica per nos perspecta & considerata simpliciter, & absolute inhabilitat Mulieres ad renunciandum Velleiano, & non sub certa designata solemnitate, & sic versamur in primo membro distinctionis, nec afficit dictam Mulierem iuxta auctoritates desuper adductas, & ipse ideo recte potuit renunciare, prout renunciavit Velleiano cum iuramento, & dicta renunciatione stante cessant præsumptiones omnes ex adverso in obiecto deductæ super pertinentia contractus ad alios contrahentes, non ad Mulierem, & ipsa principaliter, & in solidum obligata respectu Domini Census consideratur æque principalis, ac alii obligati, quidquid secus dicendum esset si res ageretur inter ipsam, & cæteros insimul obligatos, ut solide firmat *Seraph. Massin. de confiscat. quæst.* 31. *num.* 85. 9
usque ad 89. *& num.* 106. *&* 107. ubi auctoritates habentur concordantes.

Demum non obstat assertus defectus solemnitatum fundatus in auctoritate *Iamberterg de contract. gloss.* 20. *in verbo constituere Procuratorem num.* 6. *& seq. Pich. ad Stat. urb. lib.* 1. *gloss* 2. *num.* 42. *& Tiraquell. de Leg. connub. tom.* 2. *gloss.* 8. *num.* 231. ubi firmant, quod quando Mulier extra territorium dat Mandatum ad contrahendum in territorio, ut hic, Procurator constitutus in contrahendo debet 10
adhibere solemnitates præscriptas a Statuto territorii super contractibus Mulierum, quas non servaverunt DD. Benvenuti, & Buonavoglia Reæ conventæ Procuratores.

Quoniam cum mandatum Dominæ Molanteæ fuerit speciale ad imponendum memoratum Censum & in eo fuerit adhibita præsentia & Decretum Iudicis, & sic solemnitas requisita non minus extra territorium, quam in territorio, utique id sufficit absque eo quod Procuratores contrahentes alias iterum solemnitates adhiberent quidquid secus dicendum esset ubi mandatum fuisset generale *Bertazol clausul.* 7. *gloss.* 11
19. *num.* 20. *ad med. Simoncell. de decret. lib.* 2. *tit* 5. *n* 52. *Cavalcant. de Tutore &c. num.* 130. *Tiraquell. de Leg. connub. l. ult. gloss.* 5. *num.* 196. *&* 197. *Gratian. discept.* 409 *n.* 36. *&* 45. *quem refert Sabell. in summa divers. tractat.* §. *statuta requirentia certam solemnitatem num.* 22. *Pich. ad Statut. urb gloss.* 7. *num.* 133. *Urceol. de transact. quest.* 19. *num.* 13. *&* 14. *& decidendo Rot. post eund. Pich. decis.* 5. *num.* 10. 11. *&* 12. *& coram Cerr. decis.* 200. *num.* 2. *& penes Dunozzet. Iun. decis.* 608. *num.* 8. *&* 9. *vers. denique non obstat*; quæ videtur punctualis, ea nimirum, ut opinor ratione, quia solemnitates semel appositæ in actu, non sunt amplius necessariæ in 12
eius executione, seu complemento, ut pluribus exemplis declarat *Caldas. Pereira de empt. & vendit. cap.* 8. *num.* 10. *cum seq. Surd. decis.*

344. *num.* 43. *cum seq.* & *ex his Salgad. labyr. credit. part.* 3. *cap.* 4.
13 *n.* 17. & 18. ita ut obiectatæ auctoritates vel sint intelligendæ procedere, quando Mulier extra territorium Mandatum dat sine solemnitatibus & in loco ubi Statutum eas non præscribit & sic nulla intervenit cognitio Causæ, vel quando Mandatum esset generale, iuxta di-
14 stinctionem undequaque receptam desuper insinuatam, ut eas explicando declarat *Rot. coram Cerr. decis.* 200. *num.* 3. *versic. quia Doctores proxime allegati*, quæ distinctio in præsenti casu eo libentius visa fuit amplectenda, quia solemnitas adhibita in loco Mandati, est eadem, ac adhibenda in loco executi Mandati, scilicet præsentia, cognitio, & Decretum Iudicis quoniam rite fuerat impertitum in explicatione Mandati, & facit præsumere veritatem & habilitatem causarum expressarum nec non cætera solemnia ut eleganter docet *dicta decis.* 608. *Dunozzet. Iun. num.* 8.

Et ita utraque &c.

Alexander Bellutius Rotæ Auditor.

DECISIO XXXI.

FLORENTINA CAMBII

diei 25. *Octobris* 1696. *cor. bo. me. Dom.* AUDIT. IOSEPHO URCEOLO.

ARGUMENTUM.

Solutio Debiti Cambiarii facta de consensu, & præsentia Debitoris per Creditorem novi Cambii pro extinctione anterioris creati, intelligitur facta de propriis ipsius Debitoris pecuniis, & Creditor novi Cambii *Extinctivam* tantum acquirit, non autem *translativam* Iurium *Cessionem* adversus illum, qui in contractu prioris cambii uti *Fideiussor* accessit: Ad hanc enim translativam Iurium cessionem adquirendam necesse est, ut novus Creditor in ipsa Apocha cambiaria cum Debitore conveniat de succedendo in Iuribus prioris Creditoris dimittendi.

SUMMARIUM.

1 *Solutione facta per Principalem liberatur Fideiussor.*
2 *Qui pro Debitore solvit de eius ordine, & consensu, nudum ministerium dicitur præstare.*
3. *Actionibus Creditoris per solutionem iam extinctis nulla potest intervenire cessio*, & num. 31.
4 *Et si intervenerit inutilis est ad effectum agendi, & iura adquirendi.*

5 *Vel*

5 *Vel ad summum intelligenda est de translatione Iurium ad effectum excipiendi, & retinendi, licet adsint verba positiva translationis Iurium.*
6 *Cessio Iurium regulari debet iuxtam causam principalem, & finalem Debitoris.*
7 *Dictio* perciò *causam finalem præsefert.*
8 *Pactum de subintrando in locum Creditoris dimissi fieri debet cum Debitore in ipsa Apocha, non postea cum Creditore*, & num. 9. & 12.
10 *Ad hoc ut ille, cuius pecunia Prædium fuit comparatum, præferatur in eo omnibus Creditoribus, requiritur, ut statim in ipso actu, seu Instrumento ista conventio, vel pactum fiat.*
11 *Amplia.*
13 *Cessio Debitori non fit, & si fiat inefficax est, eique suffragari non potest.*
14 *Quidquid Principali prodest, prodest etiam fideiussori.*
15 *Solutione per Principalem facta fideiussoria tollitur obligatio; eaque semel extincta amplius reviviscere non potest sine novo, & expresso fideiussoris consensu*, num. 16.
17 *Regula* „ quæ in continenti fiunt censentur inesse „ *procedit quoad ipsos Contrahentes principales, non quoad fideiussorem*, & num. 19.
18 *Amplia etiamsi id respiciat principalem contractum.*
20 *Quando Actus sunt diversæ naturæ, & unus non venit ad determinationem alterius, non intrat eorumdem correspectivitas, & vicinitas, licet facti sint in eodem Instrumento, & unico contextu.*
21 *Et licet probaretur unum contractum dedisse occasionem alteri.*
22 *Consensus cessioni iurium a Debitore datus in præiudicium Fideiussoris, qui illi non fuit præsens, non tenet, neque nocet.*
23 *Amplia etiamsi fideiussor sit præsens, sed taceat, cum in præiudicialibus tacens non dicatur consentire.*
24 *Verba* „ in contanti „ *important veram, & realem numerationem.*
25 *Verba* „ la qual somma sia servita per pagare „ *numerationem iam factam important.*
26 *Satis est Contrahentes habuisse pecuniam pro numerata, ut nequeant opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ.*
27 *Cambium de iure fieri potest ex credito antecedenti.*
28 *Elapso mense opponi nequit exceptio non numeratæ pecuniæ.*
29 *Ea opponi potest a Debitore, non autem a Creditore.*
30 *Confessio per Debitorem facta, cum suis qualitatibus intelligitur a Creditore acceptata.*
32 *Nullitas non attenditur nisi fuerit per tres sententias conformes declarata, maxime quando non est notoria.*
33 *Doctrina Fenut. in tract. de mom. temp. cap. 27. num. 2. quomodo intelligenda sit explicatur.*
34 *Qui per alium facit, per seipsum facere videtur.*

35 *Præsumptio cedere debet veritati.*
36 *Doctrina Io. Franc. de Ponte cons. 6. illustratur.*
37 *Ex Proemio totus contractus regulatur, & interpretationem recipit.*
38 *Verba præteritum tempus importantia, scripturam antecedenter perfectam, & absolutam demonstrant.*
39 *Extincta debiti causa, Fideiussor liberatur.*
40 *Novatio idem operatur quod ipsa solutio.*
41 *Novatio expresse fieri dicitur quando ex coniecturis, & necessariis præsumptionibus adparet Contrahentes novare voluisse.*
42 *Ex augumento novæ summæ arguitur novandi animus.*
43 *Alteratio tam respectu sortis, quam Usurarum novationem inducit.*
44 *Novatio fit per pactum diversum a primo tam respectu conditionis, quam quantitatis, aut modi in solvendo.*
45 *Item per augumentum pensionis, & Pactorum alterationem.*
46 *Et etiamsi conventio aliqualiter alteretur.*
47 *Pro novatione inducenda, incompatibilitas secundi contractus cum primo maxima est coniectura.*



Ixi Gravamentum a Dom. Comite Americo Strozza contra Bona olim D. Americi Gondi factum, non potuisse fieri, & successive depositum hac de causa factum apud Guardianum Curiæ Mercantiæ per DD. Vincentium, & Angelum fratres, filios, & heredes dicti D. Gondi, fore, & esse eisdem heredibus relaxandum ex sequentibus rationibus.

Etenim cum dictus Dominus Americus de Gondis extiterit Fideiussor in Contractu Cambii, quod Franciscus Maria Pacius fecit cum Domino Iacobo Mannello die 3. Aprilis 1685. in summa scutorum 1000. & ad rationem quatuor cum dimidio pro centenario, & dictum Cambium fuerit postea ab eodem Pacio die 5. Martii 1692. extinctum, merito dictus Dominus Americus Gondius fideiussor remansit liberatus, cum solutione facta per principalem liberetur fideiussor *Instit.*
1 *quib. mod. toll. oblig. in princ. Leg. ex persona ff. de fideiussoribus, Leg. exceptiones & Leg. omnes ff. de except. Grat. discept. forens. cap. 224. num. 70. & seq. Buratt. decis. 534. num. 4. & decis. 697. num. 3.*

Quod autem dicti Cambii extinctio secuta fuerit, manifeste patet, ex Scriptura novi Cambii, ut dictum est, impositi ab eodem Pacio cum dicto Domino Strozza die 5. Martii 1692. ibi „ *Io Francesco Maria Paci ho ricevuto in contanti la detta somma di scudi 1100. anzi la detta somma è stata pagata per me, e di mia presenza, e consenso dal detto Sig. Conte Strozzi al Sig. Iacopo Mannelli per estinzione di un conto di Cambj, che tenevo con detto Sig. Mannelli in virtù di Scritta del dì 3. Aprile 1685.* „

Ex

Ex quibus verbis ipsius Pacii debitoris principalis, qui pecuniam habuit, & cum ea de eius præsentia, & consensu fuit a dicto Dom. Comite Strozza extinctum Cambium, quod idem Pacius habebat cum dicto Domino Iacobo Mannello, clare resultat, quod huiusmodi solutio facta de consensu, & ordine ipsiusmet Pacii debitoris per manus dicti D. Comitis Strozzæ, qui nudum ministerium dicitur præstitisse ex illis verbis „ pagò per me, e di mia presenza, e consenso „ *Bertrand. cons. 282. num. 2. lib. 2. Thomat. decis. 202. num. 18. Magon. decis. Florentin. 43. num. 14. Rot. decis. 520. num. 2. part. 3. recent,* 2
operatur extinctionem debiti proprii ipsius Pacii, ut infra dicetur, & proinde idem D. Comes Strozza nullo modo poterat reportare cessionem translativam, sed tantum extinctivam, & si de facto translativam reportavit, hæc resolvitur in quietantiam, & liberationem, ex ea solida ratione, quia talis solutio dicitur facta de pecuniis eiusdem Pacii debitoris, non autem ipsius D. Comitis Strozzæ, & propterea per talem solutionem actiones Domini Mannelli creditoris extinctæ fuerunt, & nulla potuit intervenire Cessio, iuxta doctrinam *Bartol. in Leg.* 3
Modestinus num. 2. ubi *Castr. eod. num. 4. versic. in nihilum autem, & num. seq. ff. de solut. Amat. var. resol. cap. 37. num. 32. Olea de cess. iur. tit. 4. quæst. 1. num. 4. Ansald. de commerc. & merc. discors. 94. num. 11. Tondut. quæst. civil. 29. num. 7. Card. De Luc. de credit. & debit. disc. 48. num. 3. & de empt. & vendit. disc. 21. num. 10. Rot. coram Gregor. decis 68. num. 4. & 5. Annot ad eundem dec. 75. num. 3. Ferentill. ad Buratt. decis. 420. num. 7. Rot. recent. decis. 280. num. 5. & seq. part. 15. & post Cenc. de censib. decis. 559. num 18. & seq.*

Quæ quidem Cessio obtenta per dictum Dominum Comitem Strozzam a Domino Iacobo Mannello die 5. Martii 1692. quamvis translativa, vel fuit inutilis ad effectum agendi, & iura acquirendi, ut dixit *Rot. coram Gregor. d. decis. 68. num. 5. & post Cenc. de censib.* 4
decis. 559. num 19. & in recent. decis. 280. num. 5. part. 15. & omnes mox relati, vel est intelligenda ad summum de translatione iurium ad effectum excipiendi, & retinendi, non obstante quod adessent verba positiva translationis iurium, ut dixit eadem *Rota dicta decis. 559.* 5
num. 20. post Cenc. de censib. & in recent. dicta decis. 280. num. 8. part. 15. Olea de cess. iur. tit. 5. quæst. 1. sub num. 11. vers. primus est, præsertim quia Pacius mandavit dicto Comiti Strozzæ solutionem pecuniæ in extinctionem proprii Cambii celebrari usque de anno 1685. unde cessio postea obtenta iuxta hanc causam principalem, & finalem 6
dicti Pacii regulari debet *Rot. d. decis. 280. num. 9. part. 15. recent.* & quod hæc fuerit causa finalis evidenter probatur, dum in Apoca dixit talem pecuniam solvi debere in extinctionem supradicti Cambii, subiungens „ *E perciò acconsento, e m' obbligo* „ quæ verba præseferunt 7
causam finalem, *Cravett. cons. 192. num. 24. versic. tertio arguitur, Ma-*

rescott. var. resol. lib. 2. cap. 105. num. 19. Barbos. de dictionibus dict. 144. num. 3. Rot. cor. Gregor. decis. 2. num. 3. & cor. Dunozzett. iun. decis. 882. num. 8.

Cessio itaque prædicta non potest eidem Comiti suffragari ad effectum succedendi in locum dicti Mannelli, & agendi contra illius fideiussores, quia pactum de subintrando in locum illius debebat fieri cum ipsomet Pacio debitore in eadem Scriptura Cambii, non postea
8 cum Mannellis Creditore, iuxta *gloss. in Leg. Aristo 3. ff. quæ res pign. oblig. non poss.* ubi inquit, quod huiusmodi pactum pertinere debet præcedere „ ibi „ *non aliter in ius pignori succedet, nisi convenerit, ut* „ *sibi eadem res esset obligata* „ quam *gloss.* communiter sequuntur *DD. Arias de Mesa var. resol. lib. 1. cap. 2. num. 5. Thesaur. quæst. forens. 30. num. 5. & 6. lib. 2. Andreol. contr. 348. num. 15. & seq. Larrea decis. Granat. 20. num. 14. & seq. Episc. Rocca disput. iur. cap. 137. num. 1. & 14. Franc. decis. 97. num. 2. Grat. discept. forens. 670. n. 10. Carol. Ant. De Luc. ad eundem Franch. observ. 97. num. 20. Rot. decis. 248. num. 12. & 13. part. 13. recent. Ferentill. ad Buratt. dec. 420. num. 8. & 9. Rot. decis. 318. num. 2. part. 4. diversf.*

Ad effectum enim ut Dom. Comes Strozza subingrederetur in locum dicti D. Iacobi Mannelli creditoris dimissi pro acquirendis iuribus translativis contra fideiussores, & coobligatos in eodem Contractu Cambii opus erat inter alia requisita, ut ille ab initio in Apoca recentis sui Cambii faceret pactum, & conventionem cum Pacio de succedendo in ius, & hypothecas Mannelli creditoris dimittendi, ut scribunt
9 *Noguerol. allegat. iur. 11. num. 10. Andreol. contr. 348. num. 14. 15. & 22. Episc. Rocc. d. cap. 137. num. 1. Tondut. quæst. civil. cap. 29. num. 8. Rot. post Gilian. ad Statut. Perusin. decis. 112. num. 3. & 4.*

Facit in simili id, quod dicitur de eo, ex cuius pecunia Prædium fuit comparatum, ad hoc enim ut is præferatur in eo omnibus Creditoribus requiritur, ut statim in ipso actu, seu Instrumento, aut Scriptura ista conventio in pactum fiat, ut ex *Sicard. Bellapert.* &
10 aliis in *Leg. licet Cod. qui potiores in pign. hab.* notavit *Gratian. discept. forens. cap. 670. num. 1.* ubi inquit, quod hæc est conclusio ab omnibus approbata, & non sufficit, quod res ematur de pecuniis solventis, nisi & præcise adfuerit expressa hæc pactio, & *num. 4. & 5.* plus inquit, quod non sufficit, ut pecunia detur ad effectum acqui-
11 rendi iura talia qualia ratione anterioritatis, & potioritatis, sed requiritur, quod expresse res empta hypothecetur ad favorem dantis pecuniam.

At in præsenti casu non intervenit huiusmodi pactum inter D. Comitem Strozzam, & Pacium Debitorem, prout ad dictum effectum acquirendi iura translative intervenire debebat ex quo huiusmodi subrogatio pendebat ex consensu, & speciali conventione Pacii Debitoris

ris simul cum D. Comite Strozza in eodem Contractu Cambii ineunda, ut scribunt *Iacob. Cuiac. in recit. ad tit. Cod. de his qui in prior. credit. loc. succed. cap.* 28. *lit. E & observ. lib.* 18. *cap.* 40. *Arias de Mesa var. resol. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 5. *Andreol. d. contr.* 348. *n.* 13. 12
16. *&* 22. *Io. Franc. de Ponte cons.* 87. *num.* 3. *&* 4. *Merlin. de pign. & hypoth. lib.* 4. *quæst.* 44. *num.* 5. *&* 11. *Rot. cor. Mantic. decis.* 69. *num.* 3. *& in rec. decis.* 259. *num.* 6. *part.* 14. ergo Cessio obtenta per dictum Comitem Strozzam a Mannello fuit inutilis, & inefficax, nam cum ipse Comes Strozza esset debitor pecuniæ Cambii ad sui favorem initi cum eodem Pacio, non solvit de pecuniis propriis, sed eiusdem Pacii venditoris, seu impositoris Cambii, & ideo cum debitor ipse solvere dicatur, debitum fuit extinctum, & debitori Cessio non fit, & si fiat inefficax, & inutilis est, eique suffragari non potest, 13
leg. nulla Cod. de solut. Noguerol. d. allegat. 11. *num.* 44. *Olea de cess. iur. tit.* 5. *quæst.* 1. *num* 11. *Andreol. d. contr.* 348. *num.* 20. *Rot. post Merlin. de pign. decis.* 93. *num.* 12.

Non obstat Recepta facta a dicto D. Iacobo Mannelli die 6. *Martii* 1692. in qua dixit, se die antecedenti recepisse scuta 1085. 1. 15. per manus dicti D. Comitis Strozzæ pro residuo sortis Cambii sibi debiti per Pacium in Scriptura diei 3. *Aprilis* 1685. & ideo cessisse eidem Comiti dictam Scripturam de consensu eiusdem Pacii consignatam, una cum Scriptura cessionis, & confessionis pecuniæ in summa scut. 1100. cum assertione, quod in ea adfuit error scut. 14. 5. 4. 4. quæ dixit restituisse dicto Pacio, declarando, quod tam dicta Recepta in dicta Scriptura cessionis facta, quam præsens contineant unam solam, & eamdem summam.

Quia dicta Recepta nullo modo potest ad favorem dicti Comitis importare cessionem translativam dicti Cambii extincti cum pecunia eiusdem Pacii, habita ex contractu Cambii recenter impositi cum eodem Comite Strozza, & cum ordine illammet pecuniam per eiusdem manus solvendi Mannello pro extinctione dicti Cambii antiquioris initi cum eodem Pacio, & fideiussione dicti D. Gondii, ex ea concludenti ratione, quia sicut Mannellus per hanc solutionem non potest agere contra Pacium debitorem principalem Cambii, ita eodem modo non poterit agere contra d. Gondium fideiussorem, quia quidquid prodest Principali, prodest etiam fideiussori, *Purpurat. cons.* 177. *n.* 2. *Cyriac.* 14
contr. 546. *num* 51. *Rot. decis.* 458. *num.* 3. 4. *&* 5. *part.* 4. *tom.* 15
2. *recent.* & ex regula trita, quod per solutionem factam per principalem tollitur fideiussoria obligatio, semelque ea extincta amplius reviviscere non potest sine novo, & expresso eius consensu, *Episc. Rocc.* 16
disput. iur. cap. 128. *num* 21. 24. *&* 25. alias enim duo Contractus Cambiorum, & duæ deberentur sortes, si uterque contractus viveret, quod non est dicendum, ut post alios dixit idem *Rocca cap.* 137. *n.* 9. ne-

9. neque potest inferri ex vicinitate temporis hanc Receputam, &
17 cessionem translativam contineri in constitutione ipsius Cambii *di-*
cta die 5. Martii 1692. impositi ex regula, *quæ incontinenti fiunt*
censentur inesse, quoniam hæc regula procedit quoad ipsos contra-
hentes principales, non quoad tertium, qualis est Dominus Gon-
18 dius fideiussor, etiamsi id respiciat principalem contractum, ut scribunt
Tiraquell. de retract. convent. §. 1. *gloss.* 5. *num.* 26. *Grat. discept.* 730.
num. 37. & 38. *Antonell. de temp. legal. lib.* 1. *cap.* 11. *in fin.* non
etiam hoc casu inter principales contrahentes procedere potest, quia
in continenti hoc subrogandi pactum non fuit factum inter Pacium,
& Comitem Strozzam, qui pecuniam dedit, ut erat necessarium, sed
19 inter dictum Comitem, & Mannellum, quod non sufficit, ut notavit
Arias de Mesa var. resol. lib. 1. *cap.* 13. *num.* 7. *Anton. Fabr. in*
Cod. lib. 8. *tit.* 9. *def.* 5. & ulterius pecunia non erat Comitis, sed
Pacii, in cuius dominium iam erat translata, & sic non applicantur ea,
quæ dicuntur de correspectivitate, & vicinitate actuum, quæ non in-
trat, licet actus facti fuissent in eodem Instrumento, & unico con-
textu, quando isti actus sunt diversæ naturæ, & unus non venit ad
20 determinationem alterius *Rot. post Merlin. de pign. & hypot. decis.* 142.
num. 25. fortius etiamsi probaretur unum contractum dedisse occasio-
nem alteri, ut late dixit *ead. Rot. cor. Bich. dec.* 406 *num.* 32. & *dec.*
21 281. *num.* 28. & *cor. Caril. decis.* 177. *in fin.* quas refert, & sequi-
tur *Episc. Rocca disput. iur. cap.* 105. *num.* 39. & *seq.* & ea declara-
tio ibi facta, quod Pacius consenserit cessioni, in præiudicium fideius-
soris, qui illi non fuit præsens, non tenet, neque nocet *Grat. discept.*
22 730. *num.* 39. *vers. non igitur*, ubi *num.* 40. ampliat, ut etiamsi fuis-
set præsens, & tacuisset non ei obesset, cum in præiudicialibus tacens
23 non dicatur consentire, quia sciebat ius suum salvum durare, maxi-
me quando eius obligatio erat omnino extincta.

Neque obstat, quod Cambium prædictum recenter factum dicta
die 5. Martii 1692. videatur imperfectum ex defectu numerationis
pecuniæ, quia totum contrarium est, dum Pacius dixit se recepisse *in*
24 *contanti*, quæ verba important veram, & realem numerationem, *An-*
sald. de commerc. & merc. disc. general. num. 179. *Rot. cor. Buratt. dec.*
199. *num.* 1. *cor. Cels. decis.* 18. *num.* 2. & *decis.* 196. *num.* 5. & *in*
rec. decis. 80. *num.* 2. *part.* 18.

Nihil obstante, quod Mannellus in Receputa facta *die 6. Mar-*
tii 1692. & usque sub *die 5. Martii dicti*, asserat se recepisse pecu-
niam per manus Comitis Strozzæ, quia illi nullam fecit Receputam,
sed tantum Pacio, quod est signum evidens, quod illa pecunia erat
ipsius Pacii vigore dicti Contractus Cambii, & id magis confirma-
tur, quia restitutio scut. 14. 5. 4. 4. facta fuit eidem Pacio, quod
non poterat contingere, si vere, & realiter Cambium non subsisteret,
ad-

addita etiam declaratione in Scriptura Cessionis „ ibi „ *la qual somma sia servita per pagare al Sig. Iacopo Mannelli* „ quæ verba numerationem iam factam important, *Rot. decis.* 81. *num.* 1. *part.* 17. *rec.* 25
iuncta depositione Testium affirmantium pecuniam fuisse in actu Scripturæ Cambii effective numeratam Mannello.

Cæterum quatenus etiam citra veri præiudicium attendenda essent subsequentia verba in dicta Scriptura in eadem Periodo, & Oratione exarata „ ibi „ *anzi la detta somma è stata pagata per me, e di mia presenza, e consenso dal detto Illustriss. Sig. Conte Amerigo Strozzi all' Illustriss. Sig. Iacopo del Sig. Ugolino Mannelli per estinzione d' un conto di Cambi* „ non inde inferri potest defectus numerationis, quia satis est contrahentes habuisse illam pro numerata, ut nequeant opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, ut scribunt *Cenc. de censib.* 26
quæst. 51. *in fin. Rot. post eum decis.* 436. *num.* 5. *& cor. Bich. decis.* 584. *num.* 15.

Quinimmo, & Cambium de iure fieri posse ex credito antecedenti scribunt ex veriori sententia *Turr. de camb. disput.* 1. *quæst.* 2. *n.* 27
11. *&* 14. *Card. De Luc. eod. tract. disc.* 3. *num.* 4. *Rot. cor. Dunozz. iun. decis.* 829. *num.* 15.

At cessat in praesenti hæc difficultas, tum quia huiusmodi exceptio non numeratæ pecuniæ quatenus potuisset opponi, elapso tamen 28
mense amplius opponi nequit, ut in terminis Cambii *Rocco respons.* 16. *num.* 5. *cent.* 2. *Pascal. de patria potest. cap.* 8. *num.* 66. *part.* 1. tum etiam quia solus Pacius debitor eam opponere posset, non Comes Strozza creditor Cambii, qui non valet huiusmodi exceptionem allegare.

Amplius? & cum dicta confessio ibi per Pacium facta, & a dicto Comite acceptata, quod scilicet dicta summa scut. 1100. fuerit soluta pro extinctione primi Cambii, intelligenda veniat uti acceptata 30
cum sua qualitate, ut in terminis similis narrativæ dixit *Rot. cor. Bich. decis.* 292 *num.* 15. consequenter operari non potest, ut non nisi cessio per Mannellum facta censeatur extinctiva, non autem translativa.

Unde ex his clare resultat, quod si pecunia ante cessionem fuerat soluta, actiones extinctæ remanserunt, & per consequens nulla poterat intervenire cessio, iuxta doctrinam *Bart. in Leg. modestinus num.* 4 ubi 31
etiam *Castrens. num.* 4. *vers. in nihilum autem, & sub num.* 5. *versic. nam principalis ff. de solut. Rot. cor. Gregor. decis.* 68. *num.* 4. & post *Gilian. ad Statut. Perus. decis.* 112. *num.* 2. *cum supra allegat.*

Præterea nec etiam prædicta nullitas prætensa in hoc iudicio esset admittenda, cum præcedere debeat iudicium particulare super rescissione, seu sententia declaratoria nullitatis, quia illud Cambium interim habet implicitum statum validitatis, & ex eo Comes Strozza recepit fructus, & cambia, & sic donec ea nullitas non fuerit per tres
sen-

Sententias conformes canonizata, non attenditur, maxime quando nullitas est velata, & potest habere aliquam dubietatem, & non est no-
32 toria, ut scribunt *Castill. lib. 1. decis. 63. num. 3. & per tot. Polidor. Ripa observ. 388. num. 16. Rot. cor. Duran. decis. 158. num. 14.*
33 Non obstat *Fenut. in tract. de mom. temp. cap. 27. num. 2.* ubi dixit, quod si quis solvit pecuniam incontinenti creditori alicuius, præsumitur inter Partes ita fuisse conventum, & solvens privilegium hypothecæ dicti Creditoris consequitur, quia intelligendus est quoad ius excipiendi, & retinendi, non vero quoad ius agendi, & subintrandi in locum creditoris dimissi, quia tale pactum requiritur conceptum, & stipulatum in ipsomet contractu, & non extra, ut supra latius dictum est in §. *neque potest inferri*, & rursus nec operatur quoad fideiussores, ut ibidem probatum est, & *Bald.* ab eo citatus *cons. 493. col. 2. num. 4. vol. 4.* solum inquit, quod si incontinenti fuerit aliquid emptum, præsumitur ex illa pecunia prius habita, quod nihil facit contra supra firmata, sed potius favet, quia cum pecunia antecedenter recepta esset Pacii, & de ordine ipsius soluta per Comitem Mannello, sequi-
34 tur, quod hæc solutio perinde sit, ac si facta fuisset ab ipsomet Pacio, ex regula, qui per alium facit per se ipsum facere videtur, de qua *text. in Leg. si per alium ff. ne quis eum in ius voc. & in §. nihil autem, instit. de reg. iur. Roman. cons. 94. num. 3. Duran. decis. 266. num. 8. & seq.*

Ulterius idem *Fenut.* ait, quod præsumitur per pactum ita conven-
35 tum, sed hæc præsumptio cedere debet veritati *Leg. in rebus, Cod. de iur. dot. Rot. decis. 458. num. 2. part. 5. tom. 2. recent.* ex quo in Contractu Cambii nullum adfuit pactum initum cum Pacio de subintrando in locum Creditoris dimittendi.

Minus obstat *Io. Franc. de Ponte cons. 6.* quia mirifice facit cum
36 allegatis a nobis supra, dum loquitur de Tertio, qui ex pacto antecedenti convenerat de solvendo Creditori cum iurium Cessione obtinenda & inquit ex *Saliceto*, quod etsi talis solutio operetur liberationem debitoris, tamen ea non fit ad eradicandam substantiam obligationis, sed ad liberandum Debitorem a primo Creditore, & unico tempore ad acquirendam obligationem, & actionem in ipsum Tertium, & cum *Baldo* prosequitur, quod ex solutione, & Cessionis impetratione unico tempore apparet, quod solutio facta fuit animo eximendi Reum a Iudicio Creditoris, non autem animo tollendi obligationem, quia iste animus non se compatitur cum cessione, ideoque dicit esse utrumque de intentione, & insimul stare, videlicet eximere a Creditore Debitorem non eradicando substantiam obligationis, & impetrando validam iurium cessionem. Hæc vero non adaptantur casui nostro, in quo non adest pactum in Contractu Cambii factum cum Pacio, & quod plus est non est Dominus Comes Strozza, qui solvit Mannello de propriis pecuniis,

cuniis, sed est Mandatarius, & Procurator Pacii, in cuius dominium iam erat translata pecunia Cambii, ideoque solvit de pecuniis eiusdem Pacii.

Et hæc omnia eo magis procedere videntur attentis duabus præcipue demonstrationibus, ex quibus evidenter resultat Apocam Cambiariam inter Pacium, & dictum Strozzam initam præcessisse cessionem a d. Iacobo Mannello factam favore dicti Strozzæ, quarum prima elicitur ex proemio eiusdem Cessionis, a quo totus Contractus regulatur, 37
& interpretationem recipit, *Leg. fin.* ubi *Bartol. ff. de hered. instit. Rot. post Merlin. de pignor. decis.* 95. *num.* 5. „ ibi „ *Essendochè questo stesso giorno il Sig. Conte Amerigo Strozzi abbia accomodato a Cambio limitato di* 5. *per* 100. *la somma di scudi* 1100. *al Sig. Francesco Maria Paci, la qual somma sia servita per pagare al Sig. Iacopo Mannelli.* „

Secunda depromitur ex ventre ipsiusmet Cessionis „ ibi „ *E la detta Cessione di ragione detto Sig. Conte Amerigo ricevè per maggior sua cautela, e per aggiungere ragione a ragioni, obbligati a obbligati per il detto credito, che ha contratto questo giorno col detto Sig. Paci in somme di scudi* 1100. „ quæ verba præteritum tempus importantia Scripturam Cambii antecedenter perfectam, & absolutam demonstrant. 38

Omnibus etiam prædictis, & supra firmatis ego ex abundanti dicebam, & adnectebam, quod dato, sed nunquam concesso, quod dicta Cessio esset anterior recenti Cambio, adhuc D. de Gondis esset a fideiussione primi Cambii liberatus per solutionem, & novationem clare desumptam, nedum ex Scriptura recentis Cambii dicta die 5. Martii 1692. impositi, in qua habetur „ *E la detta somma è stata pagata per me, e di mia presenza, e consenso dal detto Illustrissimo Sig. Conte Amerigo Strozzi all' Illustrissimo Sig. Iacopo Mannelli per estinzione d' un conto di Cambi, che teneva con detto Signor Mannelli, in virtù di Scritta de'* 3. *Aprile* 1685. „ sed etiam ex Recepta eadem die confecta, in qua dicitur „ *Io Iacopo Mannelli ho ricevuto scudi* 1085. 1. 15. *per resto di sorte, e Cambio d' una Scritta de'* 3. *Aprile* 1685. *la qual somma ho ricevuto per le mani del Signor Conte Amerigo Strozzi* „ ex quibus quidem Apocis, & earum tenore inficiari non potest quin vera, & positiva solutio, & extinctio primi Cambii, in quo extabat Fideiussor Dominus Gondius fuerit secuta, & sic per eam liberatus, cum causa primi debiti fuerit extincta *Leg. amissi* 53. §. *fin. ff. de fideiuss. Leg.* 39
si debita, Cod. eod. Leg. si fideiussor ff. de dolo malo Cyriac. contr. 124. *num.* 6. *Rot. cor. Card. Celso decis.* 361. *num.* 12.

Liberatus quoque fuit novatione, quæ idem operatur, quod ipsa solutio, *Leg. novatione Cod. de novat. Leg novatione* 4. *Cod. de fideiussor* 40
Cyriac. d. controv. 124. *num.* 10. *Andreol. contr.* 373. *num.* 1. *Episc. Rocc. disp. iur. cap.* 128. *num.* 34.

Non obstat, quod regulariter novatio non fiat, nisi exprefse id agi-

agatur, *Leg. final. Cod. de novat.* quia dicta regula non procedit, quando, prout hic, ex coniecturis, & necessariis præsumptionibus apparet contrahentes novare voluisse, quia tunc novatio expresse fieri dicitur
41 *Anton. de Amat. resol. 50. num. 3. Rot. cor. Dunozzett. iun. decis. 526. num. 12. & 13.*

In præsenti autem casu negari non potest, quin ex serie facti, & ex verbis novi Contractus plures, quidem necessariæ eliciantur coniecturæ, & præsumptiones, ex quibus manifeste apparet dictos Pacium, & Strozzam a priori obligatione in prima Apoca contenta recedere voluisse, quarum prima est augumentum novæ summæ idest de scutis 1085. quorum dumtaxat erat creditor dictus Mannellus u-
42 sque ad scuta 1100. quo stante arguitur novandi animus, *Salicet. in Leg. final. Cod. de novat. Cyriac. contr. 124. num. 9.* ubi de obligatione, quæ erat de scutis 150. aucta ad scuta 160. *Antonell. de temp. legal. cap. 27. num. 6. lib. 1.*

Secunda est alteratio Cambii, nam primum cum Mannello erat ad rationem quatuor cum dimidio, secundum vero ad rationem quinque pro centenario, quæ alteratio tam respectu sortis, quam usu-
43 rarum novationem inducit *Bald. in Leg. final num. 4. Cod. de novat. Dunozzett. Iun. decis. 526. in fine*, & quod per pactum diversum a primo tam respectu conditionis, quam quantitatis, aut modi in
44 solvendo novatio fiat, *Andreol. controv. 373. num. 3.* ubi, & ob au-
45 gumentum pensionis, & pactorum alterationem *num. 5. Gratian. discept. 927. num. 12. Gregor. decis. 76. num. 1.* & etiamsi conven-
46 tio alteretur aliqualiter, *Surd. cons. 460. num. 45. Carena resolut. 90. num. 5. & seqq. Episc. Rocca disp. iur. cap. 120. num. 38.*

Tertia denique coniectura, qua nulla maior considerari potest pro novatione inducenda, est incompatibilitas secundi Contractus cum pri-
47 mo, *Natta cons. 150. num. 12. Cephal. cons. 458. num. 18. Arias de Mesa var. lib. 1. cap. 40. num. 23. Rot. decis. 712. num. 10. part. 18. recent.* & talis incompatibilitas est evidens, quia si primus Contractus adhuc subsisteret D. Comes Strozza esset Creditor Francisci Mariæ Pacii non tam ratione Cambii cum illo contracti in summa scutorum 1100. verum etiam tanquam Cessionarius D. Iacobi Mannelli pro alia diversa summa, & sic pro duabus causis, quo nihil absurdius.

Et ita utraque parte &c.

Ioseph Urceolus Auditor Consulta, & Curiæ Mercantiæ Iudex.

DE-

DECISIO XXXII.

FLORENTINA FIDEIUSSIONUM EXTINCTIONIS

diei 23. *Ianuarii* 1696. *cor. bo. me.* AUDIT. ÆNEA CAVALCANTI.

ARGUMENTUM.

Licet verba Cambii demonstrent Cambium fuisse initum post Iurium Cessionem, & narrativa Cessionis ostendat viceversa cessionem fuisse initam post Cambium, substineri nihilominus debet Actus uterque, ac propterea cessio Iurium contra Debitoris liberati Fideiussores, dummodo appareat substantialis utriusque Actus correspectivitas, & intentio Partium non aliter contrahendi, quam per subingressionem in locum Creditoris dimissi. Multa etiam docte exponuntur, ex quibus novandi animus excludatur.

SUMMARIUM.

1 *Cessio repertata* ex intervallo *inefficax redditur quoad Fideiussores.*
2 *Solutione eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio.*
3 *Cessio post solutionem reportata nonnisi* Quietationis *vim habet.*
4 *Extincto debito, non potest novis pactis praeiudicari Fideiussoribus sine expresso eorum consensu.*
5 *Verba, quae non sonant nisi tempus praeteritum, trahi non possunt ad aliud tempus sive praesens, sive futurum.*
6 *Qui solvit de pecunia Debitoris cessionem reportare nequit contra Debitoris fideiussores.*
7 *Extraneus solvens non acquirit hypothecas sine expresso subingressionis pacto.*
8 *Contractus Cambii non ad trafficandum, sed ad Creditorem dimittendum destinati, est veri mutui, ac proinde nonnisi pecuniae traditione perficitur.*
9 *Naturalis pecuniae numeratio differt a Civili, seu ficta.*
10 *Ut numeratio concludatur facta in ipso actu celebrationis Apocae Cambii, praesentia Testium requiritur.*
11 *Verba* habui, recepi, *non sonant actualem numerationem, sed solam confessionem de recepto.*
12 *Limita.*
13 *Verba* in, & alla mia presenza *significant actum praesentem, non autem* e di mia presenza, *quae tempus praeteritum denotant.*
14 *Debitoris confessio praevalet quibuscumque Testibus & instrumentis.*

15 *Verba* attualmente numerò *actualem numerationem significant, nisi contrarium concludentissime probetur.*

16 *Quando Cessio solutionem præcedit, acquiruntur Cessionario omnia cedentis iura, etiam contra Fideiussores.*

17 *Confessio numerationis a Debitore facta, referri debet ad illam numerationem, in qua verificabilis est.*

18 *Error excludit omnem consensum, & sine eo omnia sunt nulla* num. 19.

20 *Ampliatur etiam in actu iurato.*

21 *Nec interest quod error sit iuris, vel facti.*

22 *Falsitas in quibus non præsumatur?* & num. 24. & 25.

23 *Falsitatis coniecturæ debent esse perspicuæ, urgentes, & Iuris, non Hominis.*

26 *In contrarietatibus nulla alia est applicabilis conciliatio, quam quæ substinet actum, & Partium intentionem ostendit.*

27 *Intentio clara debet prævalere propriæ verborum significationi.*

28 *Acceptatio Apocæ ostendit Acceptantis approbationem omnium gestorum, ac narratorum, præsertim concurrente actu positivo consignationis* num. 31.

29 *Reclamatio non facta clarum demonstrat consensum, & adducitur ratio* num. 30.

32 *Cessio extinguit debitum cum cedente, & omnem actionem in Cessionarium transfert.*

33 *Intentio ex actis substantialibus, & claris, quam ex verbis æquivocis sumenda est.*

34 *Ubi ex una parte cum verbis concurrunt facta, res efficitur indubitabilis.*

35 *Interpretatio verosimilis est præferenda.*

36 *Correspectivitas actuum eruitur ex causa originaliter communi, vel si unus actus factus sit ex causa alterius,* num. 37.

38 *In actibus correspectivis semper inspici debet causa finalis.*

39 *Ut probetur substantialis correspectivitas sufficit in substantia quod actus ab eodem fonte procedant.*

40 *Inter actus correspectivos non datur prius, nec posterius, nec potest acceptari unus sine altero,* num. 41.

42 *Secundus Creditor ad differentiam extranei acquirit iura Creditoris primi, quem dimittit etiam sine pacto subingressionis, quando constat de concordi Partium intentione, quod pecunia non numeraretur sine cessione, & ratio adducitur* num. 43.

44 *Declaratio facta in Apocha Cambi de succedendo in iure Creditoris dimissi æquiparatur pacto, & eumdem operatur effectum.*

45 *Et hæc declaratio, licet deficeret, præsumeretur.*

46 *Extraneus eodem actu solutionis cessionem reportans a Creditore, subintrat in illius iura absque ullo præcedenti pacto, seu requisitis gloss. in Leg. Aristo ff. quæ. res. pign.* 47 So-

47 *Solutio nomine Debitoris non intelligitur facta animo istius liberandi, sed ut ius Creditoris in solventem transferatur.*
48 *Incompatibilitas est de concludentioribus novationis probationibus.*
49 *Et eruitur ex duplicitate Debiti pro unica summa.*
50 *Quæ duplicitas evitari nequit nisi ex novatione, vel translatione primi debiti in secundum in eadem, vel maiori summa.*
51 *Qui recipit solutionis promissionem ab eo, quem in sententia obtinuit sibi solvere condemnatum perdit actionem in factum, seu officium Iudicis, quod ex sententia sibi competebat.*
52 *Fideiussores mitius sunt tractandi, faciliusque subveniendi* num. 53.
54 *Verisimile non est Creditorem voluisse novare, ut privaretur Fideiussoribus.*
55 *Quid novatio sit explicatur?*
56 *Novatio habet vim solutionis.*
57 *Et esse debet super eodem debito, & ex eadem causa.*
58 *Iure novo requiritur, ut verbis exprimatur novandi voluntas.*
59 *Incompatibilitas debet esse inconciliabilis ad effectum inducendæ novationis.*
60 *In dubio contra novationem semper est iudicandum.*
61 *Conformitas quantitatis contenta in duabus Apocis arguit eamdem summam, & non duas.*
62 *Pluralitas non præsumitur involvens falsitatem, ac delictum.*
63 *Verba* non altrimenti, nè in altro modo *exuberanter probant voluntatem Partium abstinendi a qualibet novationis specie.*
64 *Protestatio impedit Novationem, licet concurreret incompatibilitas, & sufficit aliqua coniectura.*
65 *Et hoc in casu dicitur Novatio cumulativa, non extinctiva.*
66 *Comparativum* a maggior cautela *supponit positivum cautelatæ stipulationis, quæ proinde excludit omnem novationis cogitationem.*
67 *Secundus contractus continens maiorem, vel minorem quantitatem operatur reformationem, non vero Novationem primi. Amplia ut* num. *68.*
69. *Theorica Saliceti in Leg. Novationem fin. num. 3. Cod. de Novation. quomodo intelligenda?*
70 *Consilium 13. Alex. num. 8. expenditur.*
71 *Authoritates DD. capiendæ sunt secundum Doctrinas, quibus inhærent.*
72 *Exponitur Theorica Castrens. in Leg. 4. §. si ex conventione num. 2. ff. de re iudic. ab Altogrado cons. 95. num. 106. & 107. lib. 2. reprobata.*
73 *In dubio Iustitia stat pro sententia.*
74 *Et inclinandum est eorum favore, qui agunt de damno vitando.*
75 *Item Iudex debet dare locum, ut melius Causa discutiatur.*



Ræavia revocatione Sententiæ Domini Iudicis Curiæ Mercantiæ, executio ad instantiam Domini Comitis, & Equitis Americi Strozzi commissa contra Dominos Hæredes olim Domini Americi Gondi pro scutis 1200. pro parte vigore Cambii dici 3. Aprilis 1685. per Dominum Iacobum Mannelli creditorem die 5. Maii 1692. cessi dicto Domino Comiti Strozzi contra Franciscum Mariam Paci principalem debitorem, & dictum Dominum Americum Gondi, atque Carolum Gherardelli fideiussores principaliter, & in solidum obligatos confirmata fuit pro sorte principali dicti Cambii, quæ tempore dictæ cessionis erat in summa scutorum 1085. 1. 15. 8. & pro Cambiis desuper dicta die cessionis decursis ad conventam rationem scutorum quatuor, cum dimidio pro quolibet centenario, & anno, cum deductione eius, quod legitime doceatur in talem causam solutum; dummodo ex hac deductione resulter integrum creditum non ascendere, vel non excedere dictam summam scutorum 1200. commissæ executionis, reservatis iuribus dicto Domino Cessionario in casu excessus pro eo, cuius remaneret creditor ultra dicta scuta 1200. & Partibus absolutis a litis expensis.

Controversiam inter has Partes peperere duæ Apocæ celebratæ eadem prædicta die 5. Maii 1692. adhibitis in utraque iisdem Testibus; altera nempe dictæ cessionis per dictum Dominum Iacobum Mannelli factæ dicto Domino Comiti Strozzi; & altera cambiarii crediti scutorum 1100. cum interesse limitato scutorum quinque pro quolibet centenario, & anno active contracti a dicto Domino Comite cum dicto Francisco Maria Paci.

Etenim Domini Gondi Rei modo superius narrato conventi opponebant, fortiterque insistebant.

Vel extinctum fuisse dictum Cambium Domini Iacobi Mannelli dicti diei 3. Aprilis 1685. extinctaque simul dicta fideiussio antequam fieret cessio prædicta,

Vel fuisse novatum post factam cessionem, quatenus non putaretur ante illam extinctum.

Quoad primum extinctionis caput.

Extinctionem ex eo deducebant, quod in dicto secundo Cambio eadem die dictæ cessionis inito inter Dominum Comitem, & Pacium debitorem, hic debitor in calce eiusdem secundi Cambii his formalibus verbis exaravit Receptam.

Io Francesco Maria del quond. Lorenzo Paci, ho ricevuto in contanti la detta somma di scudi 1100. anzi la detta somma è stata pagata per me, e di mia presenza, e consenso dal detto Illustrissimo Sig.

Conte

Conte Amerigo Strozzi all' Illustrissimo Sig. Iacopo del Sig. Ugolino Mannelli per estinzione d' un Conto di Cambi, che tenevo con detto Signor Mannelli in virtù di Scritta de' 3. Aprile 1685. e perciò acconsento, prometto, e m' obbligo a quanto in questa si contiene &c.

Et tres ibidem immediate subscripti Testes, signanter postremi duo inter cætera dicunt: *fui presente &c. e veddi &c. ricever li detti scudi* 1100. *dal detto Sig. Iacopo Mannelli &c.*

Proinde supposito quod hic actus præcesserit alterum dicta cessio- 1
nis (de quo infra) inefficax quoad dd. fideiussores redditur dictæ cessio tanquam reportata post creditum Cedentis satis ex dictis verbis Receptæ ostensum extinctum „ ibi „ *per extinzione d' un conto &c.* „ per congestos apud *Mesa resol. lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 16. quibus iungi potest *Rot. nostra lib. mot.* 104. *a* 397. Iuncto quod ex Testibus constat
de solutione facta Domino Mannelli; & solutione eius, quod illi de- 2
bebatur, tritum est, quod omnis sublata est obligatio, per iura apud *Barbos. axiom.* 210. *num.* 1. Et cessio post solutionem reportata non-
nisi quietationis, seu liberationis vim haber, per plures apud *Amat.* 3
resolut. cap. 7. *num.* 46. *cap.* 37. *num.* 32. *Ansald. de commerc. &c. disc.* 94. *num.* 11. *Rota decis.* 758. *num.* 1. *part.* 18. *decis.* 120. *num.* 4. *part.* 19. *recentior. Rota nostra lib. motiv.* 110. *a* 53. & rursus
a 181. cum fideiussoribus extincto debito non valeat novis pactis præ- 4
iudicari non accedente eorum novo consensu *Mesa dicta resolut.* 18. *num.* 16. *lib.* 1.

Quod actus cambii præcesserit cessionis actum, ex eiusdem Cessionis narrativa ostendebant, ibi,

Essendo che quest' istesso giorno l' Illustrissimo Signor Conte Amerigo Strozzi abbi accomodato a Cambio limitato di cinque per cento la somma di scudi 1100. *al Sig. Francesco Maria Paci &c. la qual somma sia servita per pagare all' Illustrissimo Sig. Iacopo Mannelli &c.*

Illa enim verba in præteritum prolata *abbi accomodato &c. sia servita per pagare &c.* satis, superque ostendunt Cambium, & pecuniæ numerationem pro eius implemento factam, præcessisse hunc cessionis actum; cum ex quo non sonant, nisi tempus finitum, trahi non valeant ad aliud tempus, sive præsens, sive futurum, iuxta *Bart. in Leg.*
verbum oportebit in fin. princ. ff. de verb. signific. 5

Imo quando Dominus Comes cessionem reportasset eodem actu numerationis, seu solutionis factæ Domino Mannelli, nullatenus ea uti
potest contra fideiussores, quia solvit de pecunia Pacii debitoris præce- 6
denter ei ad Cambium data, per iura apud *Ludovis. decis.* 68. *num.* 3. *&* 4. & *Beltram. ad decis.* 75. *num.* 3. *Carleval. de iudic. disp.* 28. *num.* 25. *De Luca de emp. &c disc.* 21. *num.* 9.

Etenim extraneus solvens Creditori meo non acquirit hypothe-
cas, nisi ad effectum retinendi, & sola illius iura personalia, deficiente 7

subingressionis pacto (ut in hoc casu) iuxta requisita celebris *gloss. in Leg. Aristo ff. quæ res pign. oblig. poss.* aliisve iura collecta apud *De Pont. cons. 87. num. 2. Mesa var. lib. 1. capit. 14. per tot. cap. 17. per tot. Surd. cons. 444. fere per tot.*

Ex his, aliisque non maioris relevantiæ per DD. Scribentes ad favorem Reorum egregie collectis, intellectu ex propria tenuitate non captivato, replicabatur quod satis, superque ex combinatione dd. actuum Cambii, atque cessionis, percipitur eorum contemporaneitas, seu potius contextualitas, atque substantialis correspectivitas, & intentio Partium non aliter contrahendi, quam per subintrationem Domini Comitis in locum Domini Mannelli Cedentis; quam intentionem potuit quidem velare, non vero celare, seu tollere verbositas, & imperitia Extensoris, qui nonnisi in Copistæ commodum duplicavit hos actus cambii, & cessionis, quando consultius poterat, imo debebat ab utraque abstinere, scribendo in calce primi Cambii cessionem Domini Mannelli Creditoris ad favorem Domini Comitis solventis, & addendo ea quæ placuit addere inter hunc novum Creditorem, & Debitorem, de quibus infra.

Non potuit (inquam) captivati intellectus, quod secundum Cambium esset perfectum, & pecunia esset præcedenter facta Pacii Debitoris, quando Dominus Comes in actu cessionis illam numeravit Domino Mannelli primo Creditori dimisso, atque cedenti, ut dicitur in obiecto, & quod proinde Dominus Comes solverit de pecunia non propria, sed Debitoris, & ex eius ordine.

Quia supposito, quod hic contractus Cambii, & quidem obliqui (utpote non ad trafficandum, sed ad alium dimittendum Creditorem destinati) sit veri, & realis mutui, ad tradita per *De Luc. de camb. di-*
8 *scurs. 4. num. 5. disc. 27. versic. la maniera obliqua, & seq.* ac proinde nonnisi rei, scilicet pecuniæ traditione perficiatur, *§. mutui autem, inst. quibus mod. re contr. oblig.* cum quo, plurimisque collectis firmat *Ermosill. ad Lop. gloss. 1. Leg. 1. tit. 1. num. 28.* in Apoca huius secundi Cambii non est reperire verbum, sive in corpore, sive in subscriptionibus, quod sonet, seu ostendat, eodem actu, eo tunc factam Pacio solutionem, seu numerationem pecuniæ veram, naturalem, & actualem,
9 quam a civili, seu ficta distinguendo, bene explicat *Castrens. consult. 186. num. 2. lib. 1.* sequutus a *Surd. decis. 284. num. 8.* Nam quidquid sit, quod dictio *in contanti* verba *habuit, solvit*, & similia, probent numerationem ad effectum reiiciendæ exceptionis non numeratæ pecuniæ (de quo non agitur in præsenti) satis est ad rem nostram, quod non legatur facta numeratio pecuniæ in præsentia Testium &c. hoc ipso actu celebrationis huius Apocæ, prout requiritur, ut numeratio concludatur facta hoc actu, *Rota decis. 468. num. 4. part. 1. decis. 310.*
10 *num. 4. & 5. & decis. 382. num. 2. & 3. & decis. 524. n. 3. part. 4. recent.*

recentior. ubi in Instrumentis publicis; sed fortius in privatis libris, seu scripturis, quod verba *habui*, *recepi*, & similia non sonent actualem numerationem, sed solam confessionem de recepto, nisi sit adiunctum coram, & in præsentia Testium, *in tali moneta*, *&c.* vel alia sit facta æquipollens expressio, *Mantic. de tacit. lib. 18. tit. 6. num. 7. 8. & 9. Ermosill. ad Lop. gloss. 7. Leg. 9. tit. 1. num. 39. Buratt. decis. 298. num. 7. usque ad 12.* Et per quid distinguatur, & concludatur potius confessio, quam numeratio, vel e contra, bene *Surd. d. decis. 284. n. 9. & 10. Mantic. d. tit. 6. num. 10. & 11.* latius *Hermosill. ibid. n. 35. & seq.* & melius *Bich. decis. 214. num. 2. usque ad finem.* 11 12

In facto Pacius in subscriptione superius verbaliter reportata sub versic. *Extinctionem*, dicit non eo actu, sed in præteritum sibi pecuniam fuisse numeratam „ ibi „ *anzi la detta somma è stata pagata per me, e „ di mia presenza, e consenso del detto Illustrissimo Sig. Conte Amerigo „ Strozzi all' Illustrissimo Sig. Iacopo Mannelli.* „ Non dixit *in*, aut *alla mia presenza*, ut dicendum est, & dici solet ad significandum actum præsentem, sed, *e di mia presenza, &c.* iuncta copulativa illa *e*, ut enixius exprimeret præsentiam præteritam, ut de simili diverso effectu dictionis in Diœcesi, & de Diœcesi tradit *Barbos. dict. 152. sub num. 26. versic. dupliciter*, & de similibus verbis nonnisi tempus finitum sonantibus docet superius relatus *Bartol. in Leg. verbum oportebit in fin. princip. ff. de verbor. signific.* Et quod hic receptæ tenor non possit sonare, nisi confessionem de præterito, in terminis longe fortioribus firmat *d. decisio coram Bichio decis. 214.* signanter *a num. 6. per plurib. seq.* Nec subscriptio Testium „ ibi „ *veddi ricevere li detti scudi mille „ cento dal detto Signor Iacopo Mannelli* „ concludit eos vidisse potius hoc, quam alio præterito actu cessionis (quo pariter fuerunt adhibiti in Testes) clarius indicato a dicta subscriptione Debitoris; tanto magis, quia istius confessio prævalet quibuscunque Testibus, & Instrumentis, *Angel. de confess. lib. 3. quæst. 20. num. 30.* & versamur in scriptura privata, ubi fortius hæc verba non sonant actualem, sed præteritam numerationem, ut dictum fuit ex *Mantic. Hermosill. & Buratt.* mox relatis. 13 14

Idque ad evidentiam comprobare videtur ipsa actualis numeratio, quæ vere legitur actualis, atque naturalis facta in altero actu dictæ cessionis „ ibi „ *E stante detta cessione di ragioni &c. il detto Illustrissimo Sig. Conte Amerigo Strozzi con la presenza, e consenso del detto Sig. Francesco Maria Paci dette, contò, & atttualmente numerò la detta somma di scudi 1100. al detto Illustrissimo Signor Iacopo Mannelli in tante buone monete Fiorentine d' argento di giusto peso &c.* sub qua subscribunt cuncti idem prædicti Testes, dicendo se fuisse præsentes ad cuncta contenta in hac Apoca. Quod ex his verbis sit conclusa actualis numeratio, nisi contrarium concludentissime probetur, tradunt *Bich d. decis. 214. num. 7.* & bene distinguit *per tot. Ludovis. decis. 157. n. 6.* 15

decis.

decis. 355. *num.* 5. *decis.* 375. *num.* 2. *decis.* 459. *num.* 4. *Buratt. dec.* 759. *num.* 4. & 5. *Coccin. dec.* 49. *num.* 1. *decis.* 208. *num.* 2. & *seq. decis* 209. *num.* 1. & *seq. decis.* 286. *num.* 2. & 3. *Surd. d. decis.* 284. *num.* 7. & *seq. Hodiern. ibid. num.* 4. *aliis prætermissis*.

Hinc resultat, quod Cambium inter Dominum Comitem, & Pacium cum pecunia actuali, & vera numeratione ad illius perfectionem necessario requisita, ut supra in *versic. Quia supposito*, non est perfectionatum eo tunc, quo fuit a Partibus subscriptum, sed eo tunc, quo fuit facta dicta actualis numeratio in dicta apoca cessionis; ergo non illo cambii, sed hoc cessionis tempore, & post præcedentem cessionem (quæ ibi satis clara legitur, atque perfecta antequam pecunia Cedenti numeraretur, & traderetur) remanet dimissus Dominus Mannelli Ce-
16 dens, quo casu incontrovertibiliter acquiruntur Cessionario omnia cedentis iura, etiam contra fideiussores, omnesque alios obligatos *Surd. cons.* 205. *num.* 4. *cons.* 444. *num.* 13. *decis.* 308. *num.* 1. *Salgad. labyr. part.* 1. *cap.* 26. §. *unic. num.* 7. *Zarat. decis.* 111. *num.* 17. *Merlin. decis.* 310. *num.* 2. *Bich. decis.* 463. *num.* 3. *decis.* 588. *num.* 26. *Rota nostr. Lib. Motiv.* 101. *a* 53. *lib.* 110. *a* 362.

Quandoquidem cum non constet de alia vera, & actuali numeratione, ad quam referri valeat dicta confessio facta in calce Cambii, cogimur eam referre ad hanc in actu cessionis factam utpote in hac sola verificabilem, quia de alia non constat, *Rota decis.* 74. *num.* 20.
17 *part.* 10. *decis.* 177. *num.* 10. *decis.* 262. *num.* 12. & *decis.* 230. *n.* 16. *part.* 17. *recent.*

Cæterum quando hæc confessio non de præterito, & relativa, sed actualis numeratio putari vellet, & quod actus cambii præcesserit cessionis actum contra vim verborum, iuriumque usque modo comprobatam, confitendum esset, quod ideo Partes devenerint ad illam novam actualem numerationem in actu cessionis, & post completam cessionem ipsam. Vel quia detegerint errorem commissum numerando pecuniam in Cambio, antequam fieret dicta cessio; & hoc casu obstaret
18 regula, quod error excludit omnem consensum, *Rot. decis.* 1. *num.* 3.
19 & *ibid. sub. num.* 46. & 90. ubi sine consensu omnia sunt nulla *part.* 8. *recent. ex text. in Leg. error* 7. *Cod. de iur. & fact. ignor. Leg. si per errorem ff. de iurisd. omn. Iud.* cum aliis apud *Dom. Urceol. de transact. quæst.* 96. *num.* 1. & 2. & *decis. Florent* 49. *num.* 10. etiam in actu
20 iurato ob defectum consensus *Rot. post Oleam de cession. iur. decis.* 15. *num* 3. 4. & 5. *Altograd. cons.* 74. *num.* 70. *lib.* 1. sive error sit iu-
21 ris, sive facti *Gabr. cons.* 62. *num.* 7. & 8. *cons.* 90. *num.* 27. *cons.* 178. *num.* 51. *lib.* 2. Vel quod falsitatem patrare voluerint, procedendo ad dictam cessionem iurium, novamque pecuniæ numeratio-
22 nis post eadem iura concordi voluntate præcedenter extincta; & pariter hoc casu altera obstaret regula, quod falsitas non præsumitur, fortius

tius in Viris egregiæ nobilitatis, ubi saltem sex intervenerunt personæ, ubi nulla deducitur falsitatis suspicio, quæ in civilibus, ut pro falsitate habeatur, debet inniti vitio visibili, & probabili, nec ullæ deducuntur falsitatis præsumptiones, *Rota decis.* 422. *per tot. part.* 1. *decis.* 292. *num.* 2. & 3. *part.* 9. *decis.* 132. *num.* 2. & *seq. part.* 15. *recent. Cyriac. contr.* 406. & 407. *per tot.* & 410. *num.* 91. *Actolin. resolut.* 70. *num.* 33. *Card. De Luc. de iudic. disc.* 36. *num.* 15. *Pegas. resolut.* 19. *per tot.* innumeris aliis omissis; Er omni casu falsitatis coniecturæ debent esse perspicuæ, urgentes, & iuris, non hominis *Beltram. ad Ludovis. decis.* 546. *sub num.* 17. *Ansald. de commerc. &c. disc.* 35. *num.* 28. *Rot. decis.* 6. *num.* 26. *part.* 13. *recent.* Quando inter cæteras, potentissima concurrit præsumptio falsitatem excludens, quod Pacius noluerit se subiicere duplicatæ solutioni eiusdem summæ, cui subiacebat, consentiendo, quod primum, & secundum Cambium remanerer in manibus Creditoris absque eo quod constaret, quod utrumque est unum, & pro unica summa, & quando si voluissent hanc falsitatem committere longe facilius, ac tutius erat comburere secundum, & in calce primi scribere cessionem, & ea, quæ placebat ultro addere (ut dictum fuit supra in *vers. ex his in fine*) Et si falsitas non præsumitur ubi non prodest *Gabr. cons.* 169. *num.* 11. *lib.* 1. quanto fortius ubi subiicit duplicatæ debiti solutioni, quæ verisimilitudo omnem excludit falsitatis suspicionem, *Cravett. cons.* 28. *num.* 1. 23 24 25

Conclusa hinc veritate dictorum actuum Cambii, & cessionis, exurgir eorum vicissitudinaria recalcitratio, quia (ut usque adhuc fuit ostensum) verba Cambii demonstrant, cambium initum post cessionem & narrativa cessionis exarata superius in *vers. quod actus*, ostendit viceversa cessionem fuisse initam post Cambium. Visum fuit non aliam huic contrarietati applicabilem conciliationem, quam quæ utrumque substinet actum, & Partium verisimiliorem ostendit intentionem, iuxta collectos apud *Barbos. axiom.* 130. *num.* 4. & 5. 26

Intentio Domini Comitis non contrahendi cum Pacio sine cessione Domini Mannelli satis percipitur ex dicta narrativa cessionis „ ibi „ *E detto Signor Conte Amerigo si sia mosso a fare detto imprestito con animo d' impetrare da esso Sig. Mannelli la cessione delle ragioni d' un credito di Cambio, che egli ha con detto Signor Paci con la mallevadoria, ed obbligazione in solidum dell' Illustrissimo Sig Amerigo del Signor Vincenzio Gondi, e di Maestro Carlo del quond. Lorenzo Gherardelli in virtù di Scritta di Cambio del dì* 3. *Aprile* 1685. „ Similiter percipitur ex facto non exbursandi, seu numerandi pecuniam Debitori, sed Cedenti, ut Pacius fatetur in calce secundi Cambii „ ibi „ *anzi la detta somma è stata pagata per me, e di mia presenza, e consenso dal detto Illustrissimo Sig. Conte Amerigo Strozzi all' Illustrissimo Sig. Iacopo Mannelli* „ & Domino Mannelli cedenti pariter in facto pecuniam non nu-

me-

numeravit, nisi post plene perfectam cessionem; hæc enim intentio satis clara, & ultro etiam verosimilis, quod Dominus Comes noluerint gravem summam scutorum 1100. fidere Pacio absque ullis fideiussoribus, prout ei non fidit Dominus Mannelli, debet prævalere propriæ
27 verborum significationi, etiam facta eis violentia, *Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 7. num. 4. & 10. lib. 20. tit. 5. num. 31.* aliis plurimis prætermissis.

Intentionem eamdem in Pacio fuisse ostendit consensus prædictus ab eo exaratus in dictis verbis recepturæ in calce secundi Cambii; ultro etiam expressus in apoca dictæ cessionis „ ibi „ *e stante ferma detta cessione di ragioni &c. il detto Illustrissimo Signor Conte Amerigo Strozzi con la presenza, e consenso del detto Sig. Francesco Maria Paci, dette, contò, &c.* „ qui ultro consensit, quod apocha primi Cambii a Domino Mannelli cedente traderetur Cessionario, ut in eadem apoca cessionis post verba mox reportata „ ibi „ *Stante il qual pagamento il detto Sig. Iacopo Mannelli ne fece fine, e quietanza al detto Sig. Francesco Maria Paci, e nell' atto della celebrazione della presente Scritta consegnò al detto Illustriss. Sig. Conte Amerigo Strozzi la detta Scritta originale di Cambio del dì 3. Aprile 1685.* „ Quæ traditio huius Apocæ simul cum cessione, fuit reperita deinde in recepura per Dominum Mannelli facta Pacio, & per hunc sine contradictione acceptata, quæ acceptatio satis ostendit unanimem eius voluntatem, atque approbationem
28 omnium gestorum, ac narratorum *Cyriac. controv. 211. num. 16* ni hanc habuisset usque ab initio voluntatem, & intentionem, profecto reclamasset adversus traditionem dictæ apocæ primi Cambii, ne subiaceret pluries memorato duplicis solutionis præiudicio, quæ non recla-
29 matio clarum ostendit consensum prædictum usque ab initio, *Cyriac. contr. 519. num. 20.* quia tacens in præiudicialibus, in quibus naturalis est reclamatio dicitur consentire, *Carlin. controv. 294. num. 20.*
30 *controv. 121. num. 60. Rota decis. 274. num. 15. dec. 360. num. 23. part. 19. recent.* potissimum concurrente dicto actu positivo consigna-
31 tionis dictæ apocæ, *Michalor. de fratrib. part. 2. cap. 48. num. 16. part. 3. cap. 13. num. 72.*

Detecta ergo hac utriusque Partis intentione, manifesta detegitur conciliatio superius *in versic. conclusa hinc*, data contrariis utriusque apocæ verbis; at manifestior detegitur contemporaneitas, atque substantialis correspectivitas dictorum actuum, non nisi ad Copistæ commodum divisorum. Substantialis, inquam, quia fuit usque adhuc ostensa intentio, & voluntas Creditoris non credendæ suæ pecuniæ, absque cessione, & Debitoris consentiendi in ipsam cessionem. Nullatenus refragante, quod tam Pacius in recepura facta in calce secundi Cambii dicat, *per estinzione d' un Cambio, che tenevo con detto Signor Mannelli*, quam Dominus Mannelli in recepura facta Pacio (de qua fuit dictum

in

in *vers.* praecedenti) dicat, *per resto di sorte, e cambi*; quia haec verba potissimum, stante dicta intentione utriusque Partis, non sonant, nisi dimissionem Domini Mannelli, bene *de Pont. cons. 6. num. 6.* Cessio enim extinguit cum cedente debitum, cum ab eo omnem adimat actionem, ipsamque transferat in Cessionatium, *Olea de cess. iur. tit. 8.* 32
quaest. 2. num. 27. 28. & seq. Et voluntas magis ex facto dictae cessionis, & consensus in eam, atque in traditionem apocae cessae (quae sunt verba, & facta satis clara) quam ex dictis verbis *per estinzione &c.* (quae saltem essent dubia, ex quo fuit ostensum sonare solam dimissionem Creditoris) magis inquam voluntas, & intentio ex dictis factis, & actis substantialibus, & claris, quam ex his aequivocis, ac dubiis verbis sumenda est, *Bichio decis. 86. num. 21. Ludovis. decis.* 33
247. *num. 18. Mantic. de tacit. lib. 6. tit. 11. num. 8.*

Eademque replicatione tollitur, quod obiiciendo dictum fuit supra in *vers. quod actus cambii*, de verbis in narrativa cessionis prolatis in praeteritum, *abbi accomodato &c. sia servita per pagare &c.* dubium ad summum caderet ubi non haberemus, nisi hinc inde repugnantia verba, atque aequalis ponderis circumstantias; sed ubi ex una parte cum verbis concurrunt facta, & circumstantiae usque adhuc recensitae, extra dubium res est, iuxta *Bich. Ludovis. & Mantic.* in locis 34
mox reportatis. Multoque fortius, quia contrarium capiendo sensum concluderetur, quod cessio esset facta post Cambium, vel ex errore, vel ex falsitate, de quibus late fuit dictum supra in *vers. caeterum quando.* Proinde a primo ad ultimum verosimilis redditur haec interpretatio, & ex hoc solo praeferenda, *Rot. decis. 245. num. 19. & 20.* 35
part. 7. recent. Mart. Med. decis. 58. num. 33. 54. & seq. exam. 15. num. 41. Rot. nostr. lib. motiv. 124. a 242. ultra caeteros innumeros.

Contemporaneitas dictorum actuum, Cambii, & cessionis, nedum resultat ex Partium intentione usque adhuc insinuata, sed iuxta collectos a *Ferentill. ad Buratt. decis. 420. sub num. 9. vers. imo sufficit*, in individuo pacti cum Debitore reportandi cessionem, & ipsius cessionis Creditorum, ex quo sunt de eadem die, & iisdem adhibitis Testibus; quia hoc casu habentur pro factis incontinenti, licet in diverso Instrumento de eis sit stipulata conventio. Et quod in praesenti casu concurrat dictum pactum traditur inferius in *vers. pactum hoc &c.*

Correspectivitas pariter satis probatur substantialis, ex adhuc ostensa utriusque Partis intentione non contrahendi secundum Cambium, sine cessione iurium Cambii veteris, nam ad hunc effectum sufficit, quod ipsorum diversorum actuum causa sit originaliter communis *Carill. decis. 177. num. 8. Bich. decis. 406. num. 31. & 32.* Vel 36
unus actus sit factus ex causa alterius *Rot. decis. 604. num. 3. part. 18. recent.* Et praetermissis aliis generalibus, de re uno Instrumento tradita, 37
& onere deinde per aliud Instrumentum adiuncto, eadem hora, coram

iisdem

iisdem Notario, & Testibus, quod pro unico, atque correspectivo actu
38 habeantur, quia semper in his actibus inspici debet causa finalis, quæ est primum in intentione, licet sit ultimum in executione tradunt *Franc. decis.* 396. *num.* 4. *& seq. Afflict. decis.* 306. *num.* 10. *& in annot. num* 4. *Surd. decis.* 157. *num.* 7. Ex quibus probetur substantialis cor-
39 respectivitas late *Rot. decis.* 323. *a num.* 70. *usque ad fin. part.* 6. *rec.* ubi in substantia sufficit, quod actus ab eodem fonte procedant, cum aliis plurimis apud *D. Urceol. de transact. quæst.* 97. *a num.* 15. *ad*
40 32. Hinc resultat, quod inter hos actus non detur prius, vel posterius, *Fenut. de moment. temp. cap.* 27. *num.* 1. *&* 2. *Rota decis.* 59.
41 *num.* 4. *& seq. part.* 15. *recent. & coram Arguel. decis.* 63. *num.* 44. & non possit acceptari unum sine altero, *Rot. decis.* 14. *num.* 12. *& decis.* 278. *num.* 13. *part.* 18. *rec.*

Hæc hactenus deducta satis, superque ostendunt, quod quando sola ratiocinii gratia concederetur secundum cambium fuisse initum ante cessionem, adhuc Dom. Comes non Pacii debitoris, sed propria pecunia dimisit Dominum Mannelli primum Creditorem, stante prædicta concordi Partium intentione, quod pecunia non numeraretur sine cessione. Quo casu, ut secundus Creditor acquirat iura Creditoris primi, quem dimittit, non requiritur, ut hoc fiat cum præcedenti pacto subintrationis, ut requiritur, ubi hæc dimissio fiat non a Creditore,
42 sed ab Extraneo, sic distinguendo *De Pont. cons.* 87. *num.* 1. *&* 2. quia hoc casu dicitur emere nomen Debitoris a Creditore primo, una
43 cum omnibus iuris ipsius, *Surd. cons.* 183. *num.* 17. *Grattan. discept.* 117. *num.* 16. *&* 17. *Mesa var. lib.* 1. *cap.* 15. *&* 16. *per tot. cum aliis, Rota nostra lib. mot.* 108. *a* 259.

Pactum hoc nihilominus ex abundanti habemus in præsenti, potius expressum, quam tacitum, consistens in pluries memorata Partium intentione, & saltem tacitum legimus iu Apoca cessionis „ibi„

E detto Sig. Conte Amerigo si sia mosso a fare detto imprestito con animo d' impetrare da esso Signor Mannelli la cessione delle ragioni d' un credito di Cambi, che egli ha con detto Signor Paci con la mallevadoria, ed obbligazione in solidum dell' Illustrissimo Sig. Amerigo del Sig. Vincenzio Gondi, e di Maestro Carlo del quond. Lorenzo Gherardelli, in virtù di Scritta di Cambio del dì 3. *Aprile* 1685. Et quod hæc declaratio
44 æquivaleat pacto, & eundem prorsus operatur effectum, quia Partes ei acquieverunt, post punctualem doctrinam *Castrens. in Leg. modestinus num.* 1. *ff. de solut.* aliosque congestos punctualiter firmavit *Rota nostræ lib. motiv.* 110. *a* 181. quando hæc declaratio, licet deficeret, præ-
45 sumeretur, ad tradita per *Fenut. de moment. temp. cap.* 27. *num.* 2. ubi si quis pecuniam incontinenti solvit Creditori alicuius, præsumitur conventum, ut solvens acquirat illius iura, atque hypothecas. Imo etiam Extraneus eodem actu solutionis cessionem reportans a Creditore, subintrat

bintrat in illius iura absque ullo praecedenti pacto, seu tribus, vel quatuor requisitis *Gloss. in Leg. Aristo ff. quae res pign. oblig. poss.* itaut 46
pro hac subintratione sufficiat, vel cessio dicto modo facta, vel usus dictorum requisitorum, etiam quod solutio fiat nomine non solventis, sed Debitoris, quia non intelligitur facta animo istius liberandi, sed ut ius Creditoris in solventem transferatur, punctualiter *De Pont. d.* 47
cons. 6. num. 3. & 4. Rota post Gilian. ad Statut. Perusin. decis. 112. Tondut. resol. civil. lib. 1. cap. 29. num. 10. Et quod Dom. Comes in hoc casu reportaverit cessionem in actu verae, & actualis solutionis, imo antequam numeraret pecuniam, fuit perabunde ostensum superius a *versic. quia supposito*, usque ad *versic. caeterum quando*, ubi fuit comprobatum, quod pecunia in actu Cambii fuit solummodo confessata, & in actu cessionis realiter numerata. Ergo saltem his omnibus iunctis a primo ad ultimum visum fuit sufficienter constare, quod iura primi Cambii nunquam fuerunt extincta.

Quoad secundum novationis caput, quo Rei conventi nitebantur; dicebant dato (sed non concesso) Actorem subintrasse in iura Cedentis, antequam ipse Actor contraxerit Cambium praedictum cum Pacio, adhuc ex hoc subsecuto Cambio fuisse novata cessionis iura, adeoque resolutas fideiussorum obligationem, late *Andreol. controv. 373. fere per tot.*

Novationem deducebant ex incompatibilitate primi Cambii cessi, cum secundo praedicto inito inter Actorem, & Pacium, in utroque principalem Debitorem, quia incompatibilitas est de concludentioribus novationis probationibus, *Bonden. collect. 5. num. 18 & seqq. & n.* 48
102. vol. 2. Mart. Med. decis. 67. per tot. De Luc. de regal. disc. 33. num. 15. de credit. disc. 67. num. 2. D. Urceol. de transact. quaest. 73. num. 15. & seq. Amat. resol. 50. num. 4. Salgad. labyr. par. 3. cap. 11. num. 73. Pampil. decis. 27. num. 15. Duran. decis. 302. sub num. 5. & decis. 11. num. 17. Ottobon. decis. 131. num. 9. Buratt. decis. 749. num. 18. Coccin. decis. 8. num. 2. plurimis aliis omissis.

Incompatibilitatem ex eo resultare sufficienter dicebant, quod firmata validitate cessionis Actor duplex haberet creditum contra Pacium, scilicet illud scutorum 1085. sibi a Domino Mannelli cessum, & aliud scutorum 1100. ex secundo Cambio, ac proinde Pacius debitor unicum in substantia debitum scutorum 1100. duplicatum solvere cogeretur in summa scutorum 2185., ad tradita per *Amat. d. resolut. 50. n.* 49
5. Molin. de contract. tract. 2. disp. 559. num 12. Nec potest hoc duplex debitum evitari, nisi ex quo confiteatur primum fuisse novatum, & transfusum in secundum, in eadem, vel maiori summa, ad theoricam *Salycet. in Leg. fin. Cod. de novat.* declaratam ab *Alex. consult. 13.* 50
num. 8. vers. quia apparet lib. 2.

Sive secundus Contractus sit diversus, sive sit idem cum primo

Merlin. de pign. lib. 5. quæst. 30. *num.* 12. nam qui recipit solutionis promissionem ab eo, quem in sententia obtinuit sibi solvere condemnarum, cum ex hac promissione sit inducta novatio, perdit actionem in factum, seu officium Iudicis, quod ex sententia sibi compe-
51 tebat, iuxta *Castrens. in Leg.* 4. §. *si ex conventione num.* 2. *ff. de re iudic. Altograd. cons.* 95. *num.* 21. *lib.* 2. Nec Actor prætendit, nec prætendere potest dupliccm summam prædictam, quia in Receputa secundi Cambii fuit dictum scuta 1100. fuisse soluta D. Mannelli.

Et tandem ipsi Rei tanquam fideiussores agunt de damno vitando, iuxta *Hering. de fideiuss. cap.* 20. §. *6. num. 6.* & ut alieno
52 morbo laborantes, mitius sunt tractandi, *Fontanell. decis.* 536. *num.* 23. *&* 24. *tom.* 2. faciliusque subveniendi *Hering. d. cap.* 27. *part.* 5.
53 *num.* 26. *Cyriac. controv* 317. *num.* 15.

Multo tamen minus valuit animus suaderi ex hoc altero novationis fundamento, quia præmisso nullatenus esse verosimile creditorem voluisse novare, ut privaretur fideiussoribus, quod esset iactare
54 suum, ita punctualiter post collectos *Mart. Med. decis.* 67. *num.* 29. 30. *&* 31. & augumentum usurarum, quod posuit in secundo Cambio, & alia, quæ voluisset addere, vel minuere, poterat etiam ponere, vel in primo Cambio, vel in apoca cessionis, absque novationis scrupulo, ut infra *vers. quod secundus*. Hanc inverosimilitudinem ipsa series facti, & intentionis Partium, usque adhuc insinuata, ostendit, imo potius inapplicabilitatem articuli novationis; cum in facto pecunia secundi Cambii non fuerit vere, & actualiter numerata, nisi post perfectam cessionem iurium Cambii primi, adeoque secundum Cambium non extiterit perfectionatum, nisi cum dicta numeratione facta in actu dictæ cessionis, ut abunde fuit demonstratum superius a *vers. quia supposito*, usque ad *vers. cæterum quando*, cum intentio Partium non alia fuerit, quam quod pecunia pro complemento secundi Cambii non numeraretur sine dicta præcedenti cessione, ut pariter fuit comprobatum superius a *vers. conclusa hinc*, usque ad *vers. hac hactenus*; imo hæc intentio habetur pro pacto saltem tacito subintrandi in iura dicti primi Cambii, per congesta superius in *vers. Pactum hoc*. Hæc ergo, quæ non sunt, nisi perfectio unius contractus, nempe secundi Cambii procedens ab impletis in altero, scilicet in cessione prædicta; quid ad novationem? quæ non est nisi prioris debiti, vel obligationis in aliam obligationem, vel naturalem, vel civilem transfusio, ut prior obligatio perimatur, & nova constituatur, ex satis
55 claro *Text. in Leg.* 1. *in princ. ff. de novat. & deleg. Mart. Med. exam.* 41. *num.* 4. *& decis.* 67. *num.* 2. In casu nostro unus contractus im-
65 perfectus perficitur in altero; in casu novationis præexistens obligatio solvitur, quia novatio habet vim solutionis, per colectos apud *Tusc. litt. N conclus.* 116. *num.* 5. Et novatio debet esse super codem debi-

to,

to, & ex eadem causa, *Mart. Med. decis. 65. num. 63.* nec in secundo Cambio adest verbum, quod ostendat Cambium hoc contrahi 57
ex causa debiti cessionis primi Cambii, ambulando cum sensu Reorum, de quo in obiecto, & salva rei veritate usque adhuc comprobata.

Inapplicabile hinc cernitur fundamentum incompatibilitatis, quo radicatur prætensa novatio, cœterum iure novo requirens, ut verbis 58
exprimatur novandi voluntas, ad *Text. express. in Leg. novationem fin. §. & generaliter Cod. de novat. & deleg. Mart. Med. d. exam. 41. num. 3. §. propterea in fin. instit. quib. mod. solv. oblig.* ac proinde incompatibilitas non in præsenti, sed in iis casibus, quibus reddatur applicabilis debet esse omnimoda, & inconciliabilis ad effectum inducendæ 59
novationis, *Rota Nostra lib. motiv* 108. *a* 162. *Bonden. collect.* 5. *n.* 18. *& seq: Dom. Urceol. de transact. quæst.* 73. *num.* 15. ubi per congestos sufficit possibilitas compatibilitatis, saltem in parte, & quod res sit dubia, quia *num.* 16. in dubio iudicandum semper est novationem minime fuisse inductam. 60

In casu præsenti compatibilitas cessionis cum secundo Cambio, nedum est possibilis, sed clara, & clarum est; quod Dominus Comes non poterat iteratam petere solutionem eiusdem summæ dd. sc. 1100. nedum ex rationibus pluries reiteratis, & epilogatis in penultimo *vers. multo tamen minus*, frustra mox non repetendis, sed etiam quia (ut dictum fuit in obiecto in *vers. sive secundus in fine*) manifeste constat, quod idem Dominus Comes non solvit unam summam scutorum 1100. in actu repottatæ cessionis, & aliam diversam, seu duplicatam summam eorumdem scut. 1100. in altero actu Cambii, quia in apoca cessionis legitur creatum huius Cambii debitum a Pacio pro solvendo Domino Iacobo Mannelli ex causa pluries memorati primi Cambii; & post exaratam ibi cessionem ad favorem Domini Comitis legitur ab hoc facta vera, & actualis numeratio dictorum scutorum 1100. dicto Domino Iacobo, præsente, & consentiente Pacio debitore, & hic debitor scribens receptam dictorum scutorum 1100. in calce secundi Cambii, (ut pluries fuit dictum, & fuerunt reportata verba superius in *vers. Extinctionem*) non ponit novam dictæ summæ numerationem, sed solam confessionem numerationis de præterito factæ a Domino Comite dicto Domino Iacobo ex causa dicti primi Cambii, ergo satis clare convincitur unica non duplex facta solutio a Domino Comite, & unicam proinde non duplicatam summam repetere potest, ut ex his, aliisque similibus facti circumstantiis non deberi, nisi unicam summam licet in fortioribus terminis promissam in diversis Scripturis diversi temporis, imo & quantitatis modice tamen discrepantis, late examinato articulo firmant *Conciol. alleg.* 57. 61
fere per tot. Duran. decis. 319. *fere per tot. Coccin. decis.* 715. *num.* 4. *& seq. decis.* 834. *& decis.* 928. *per tot. Merlin. decis.* 507. *num* 5.

recent. decis. 343. *num.* 11. *part.* 11. *post Olea de cession. iur. decis.* 8. *num.* 11. *Rota Nostra lib. mot.* 106. *a* 165. prætermissis aliis plurimis.

Eoque magis, quia Dom. Comes fatetur se unius tantum summæ Creditorem. Quod non fuerit desuper commissa falsitas fuit ostensum superius in *vers. cæterum quando*; quibus nunc superadditur, quod pluralitas non præsumitur, signanter involvens, ut involveret in
62 præsenti falsitatem, ac delictum, late plurimis de more collectis *Barbos. axiom.* 179. *a num.* 2. *usque ad fin.*

Declaraverunt in apoca cessionis hanc fuisse factam pro maiori cautela, & roborandis, seu augendis Creditoris iuribus, nec aliter, nec alio modo „ ibi „ *dichiarando, che detto Sig. Conte Amerigo riceve la detta cessione di ragioni per sua maggior cautela, e per aggiungere ragioni a ragioni &c. e non altrimenti, nè in altro modo*„ quæ verba exu-
63 berant ad probandam voluntatem Patrium abstinendi a qualibet novationis specie, *Mart. Med. decis.* 65. *num.* 59. & facit *num.* 41. ubi
64 protestatio impedit novationem, licet concurreret incompatibilitas, & sufficit aliqua coniectura *ibid. num.* 53. & hoc casu dicitur novatio
65 cumulativa, non extinctiva, *Capyc. Latr. consult.* 120. *num.* 32. 33. *&* 34. *Marescott. var. lib.* 2. *resolut.* 56. *num.* 5. *Rot. decis.* 30. *num.* 3. *in fin. part.* 2. *diversor. decis.* 201. *num.* 1. *part.* 3. *recent.* & *Altograd. cons.* 95. *num.* 111. *&* 112. *lib.* 2. ulterius pondetat comparativum
66 illud *a maggior cautela*, quod supponit positivum cautelatæ stipulationis, quæ proinde omnem excludit novationis cogitationem per relatos ibidem; sublata responsione, quod novatio ficta sit non hoc huius cautelæ actu, sed postea in novo Cambii actu, quia iam usque adhuc fuerunt ostensi hi actus contemporanei, ac substantialiter correspectivi.

Quod secundus Contractus contineat maiorem, vel minorem
67 quantitatem, quam contineatur in primo, operatur reformationem, non vero novationem primi. *Capyc. Latr. dicta consultat.* 120. *num.* 35. 36. *& seq. Mart. Med. decis.* 66. *num.* 7. *& decis.* 67. *num.* 37.
68 ubi etiam, quod in secundo sit adiectum, quid diversum a primo, & *num.* 48. & *textus* est clarus in *Leg. novationum fin. Cod. de novat.* & de agumento usurarum in individuo cum collectis tradit *Merlin. de pignor lib.* 5. *quæst.* 31. *num.* 9.

Theorica *Salicet. in Leg. novationum fin. num.* 3. *Cod. de novat. &*
69 *delegat.* secuta ab *Alex. cons.* 13. *num.* 8. *vers. quia apparet lib.* 2. & ab aliis apud *Cyriac. controv.* 124. *num.* 9. quod scilicet ubi pro decem, quæ mihi debes promittas quindecim, præsumatur facta novatio; capienda est cum fundamento huius præsumptionis ab eodem *Salicet. ibid.* his verbis exarato *ne ad utrumque teneatur* scilicet promittens. In casu nostro cessat hæc novationis præsumptio, quia clarum habemus, quod Pacius non poterat cogi utrumque solvere, ut fuit

com-

comprobatum superius in *versic. in casu præsenti*. Et *Alex. cons.* 13.
num. 8. referens eundem casum prædictum *Salicet. in meo Codice in il-*
lo vers. reportatum in obiecto, non dicit *quia apparet*, sed dicit *quando* 70
apparet, & cum hanc dictione *quando*, bene procedit ibi discursus,
cuius hæc sunt verba „ *Idem tenet Salicet. in d. Leg. fin. nisi verba aliud*
sonent, ut si dico pro decem, quæ mihi debes promittis quindecim, vel
contra nam tunc bene fit hodie novatio, quando apparet, quod voluntas
est primam transferre in secundam, alias secus „ hæc enim declaratio,
seu adversativa *alias secus*, quam bene procedit, cum supposito dictæ
dictionis *quando*, tam impropria est cum illa causali *quia*; & solummodo
sumpta dictione *quando* concordat cum *Salicet. in d. Leg. fin.* cui niti-
tur, & tritum est, quod authoritates Doctorum capiendæ sunt secundum 71
doctrinas, quibus inhærent *Ciarlin. controv.* 120. *num.* 35. *lib.* 2. *Rota*
decis. 407. *num.* 45. *part.* 9. *recent. & cor. Coccin. decis.* 574. *n.* 47.

Alteram *Castrens.* theoricam *in Leg.* 4. §. *si ex conventione num.* 2.
ff. de re iudicat. reportatam ab *Altograd. consult.* 95. *num.* 21. *lib.* 2. 72
tanquam deductam in parte obiectiva, reprobat idem *Altograd.* in par-
te resolutiva *num.* 106. & 107. firmans contrarium esse verissimum,
nempe quod promissio subsequens de solvendo eo, in quod quis fuit
condemnatus in Sententia, non est novatio, nec tollit actionem, in
factum ex Sententia procedentem, sicut e contra Sententia non novat
actionem, super qua fuit sententiatum, saltem extinctive, quidquid
sit accumulative, nisi aliud sit expresse conventum, iuxta *Soccin. Sen.*
cons. 89. *num.* 3. & *seq. lib.* 3. & *Riminald. Iun cons.* 201. latissime
a *num.* 5. *per plur. seq.* apud ipsum *Altograd.* ibidem relatos, quibus
addi possunt *Neguz. de pign. part.* 6. *memb.* 3. *num.* 2. *Mantic. de tacit.*
lib. 17. *tit.* 1. *num.* 3. *Rota nostra lib. motiv.* 106. *a* 89.

Ita tandem erat pronunciandum, ut fuit pronunciatum, quando res
fuisset dubia, licet regulariter in dubio Iustitia stet pro Sententia, & in
dubio sit etiam inclinandum eorum favore, qui agunt de damno vitando 73
(ut supra in obiecto) quia quam bene hæc procedunt, ubi non est locus
ulteriori appellationi, tam claudicant, ubi (ut in præsenti) in solo casu 74
revocationis appellare licet, quia cum plus videant oculi, quam oculus;
debet in dubio Iudex dare locum, ut melius Causa discutiatur, *Caball.*
consult. 87. *num.* 7. & 8. & *consult.* 118. *num.* 6. *lib.* 1. *Scacc. de*
sent. & re iudic. gloss. 14. *quæst.* 7. *num.* 95. *Gratian. discept.* 965. 75
numer. 35.

Et ita utraque &c.

Æneas Cavalcanti Rotæ Auditor.

DECISIO XXXIII.

FLORENTINA FIDEIUSSORUM

Diei 27. Iulii 1697. cor. bo. me. Dom. AUDIT. SEBASTIANO MARINI.

ARGUMENTUM.

CReditor Cambiarius, qui nomine, ac mandato Debitoris antiquiorem Cambii Creditorem dimisit, ab eoque Iurium cessionem reportavit, non potest contra Fideiussores ex prima Apocha cambiaria obligatos agere, vel ratione cessionis huiusce, quæ in meram Quietantiam resolvi demonstratur, vel ratione subingressionis in actionibus personalibus ex concursu duplicis requisiti *gloss. in Leg. 2. ff. de ceff. bon.* subingressio hæc quando locum non habeat? correspectivitas actuum ex quibus excludatur?

SUMMARIUM.

1 *Qui mandato Debitoris solvit, nudum, ac simplex ministerium præstare intelligitur.*

2 *Si pecunia, quæ Creditori solvitur, non est ipsius solventis, cessio Iurium ab eo reportata semper est inutilis.*

3 *Emptor pretio rei emptæ Creditores Venditoris libere dimittens, cessionem reportare non potest.*

4 *Quando pecunia habetur pro numerata, idem est ac si vere, & realiter numerata fuisset.*

5 *Et soluta nomine Debitoris, illius dominium statim in eumdem transmittitur exemplo Constituti, per quod dominium transfertur*, num. 6.

7 *Quando solutio facta fuit ad dissolvendam obligationem, non autem ad Iurium cessionem reportandam, cessio inutilis est.*

8 *Liberato Principali etiam Fideiussores liberantur.*

9 *Amplia etiamsi Partes, protestentur, quod iura salva sint contra Fideiussores.*

10 *Ex primaria Debitoris intentione, & causa finali solutionis cessio debet regulari.*

11 *Duplex creditum unica summa nequit adipisci*, & num. 13.

12 *Unica tamen solutione plures actiones acquiruntur.*

14 *Cessio etiam ante solutionem reportata in simplicem quietantiam resolvitur quotiescumque cessionarius solutionem fecit nomine Debitoris, & præcise ad extinguendam obligationem.*

15 *Ex prohemio regulatur, & interpretationem recipit Contractus.*

16 *Cor-*

16 *Correspectivitas actuum quando locum non habeat?* & n. 17. & 18.
19 *Quod duo actus eadem die, & cum iisdem Testibus gesti, sint correspectivi est solum coniectura, quæ contrariis coniecturis eliditur.*
20 *Correspectivitas nunquam præsumitur, sed ab allegante clare probanda est.*
21 *Et contra Tertios, & absentes non operatur.*
22 *Ut locus fiat subingressioni, omnino requiritur pactum de subintrando.*
23 *Subingressio in actionibus personalibus duo requirit, nempe quod pecunia debitori sit tradita pro dimittendo creditore, & vere cum eadem fuerit deinde dimissus.*
24 *Facilius dissolvuntur Fideiussiones, quam hypothecæ.*
25 *Subingressio in actionibus personalibus excluditur per solutionem factam nomine, & de pecuniis Debitoris.*
26 *Ad effectum subingrediendi necessario requiritur quod solvens de subingressione cogitaverit.*
27 *Cambio convento potest Debitor a Creditore etiam invito pecunias exigere, & de eis ad libitum disponere.*
28 *Et Creditor pro debitore solvens, nec per viam actionis, nec per viam retentionis uti potest actionibus alterius Creditoris dimissi.*
29 *Ex brevitate temporis inter pecuniam mutuo acceptam, & Creditoris dimissionem videtur conventum inter Partes de subingressione.*
30 *Solutione facta de pecuniis Debitoris, & ipsius nomine, perinde est ac si ipsemet debitor proprium debitum extinxisset.*
31 *Et hoc in casu subingressio locum non habet.*
32 *Text. in Leg. si ventri §. eorum ff. de Privil. credit. explicatur.*
33 *Creditor de iure tenetur cedere suas actiones fideiussoribus solventibus, alioquin exceptione cedendarum repelli potest.*
34 *Nemo cogendus est ad cedenda iura, quæ sua culpa non amisit, sed ex natura rei non fuit consecutus.*
35 *Creditor, qui vel negligentia, vel liberalitate correum, vel fideiussorem liberat in præiudicium alterius correi, vel Fideiussoris, itaus actiones præstare non possit, exceptione cedendarum repellitur.*
36 *Proxenetis, & mediatoribus nulla fides adhibetur, nisi contractum adnotaverint in libro per eos ad hunc effectum retinendo iuxta dispositionem Legis diei* 11. *Aprilis* 1446. *& confirmatæ sub die* 3. *Aprilis* 1687.
37 *Fides exhibita in calculo ferendæ sententiæ post plures instantiæ prorogationes non est admittenda.*
38 *Præsertim si tendat ad probationem eiusdem articuli.*
39 *Testibus non creditur, quorum Actores, si eadem deponerent, repellerentur.*
40 *Cedens pro Cessionario deponens non est Testis idoneus, sed arbitrio Iudicis remittitur, an sit illi fides adhibenda, quamvis non agatur de illius commodo, & interesse.*

Stan-


Tandum esse in primo loco decisis ad favorem DD. de Gondis hodie respondit Rota, quia neque ex Cessione reportata a D. Mannellio Creditore dimisso, neque ex subingressione legali, ullam actionem Dom. Comes Strozza contra prædictos acquirere potuit.

Nam quoad cessionem, illa prorsus inutilis reputatur, & in quietantiam resolvitur, quotiescumque, prout in casu nostro, Cessionarius pecuniam non solvit proprio nomine, sed nomine, &
1 tanquam Procurator Debitoris principalis, ut patet ex illis verbis Apochæ Cambiariæ manu Pacii Debitoris conscriptis „ ibi „ *Io Francesco Maria Paci, ho ricevuto la somma di scudi* 1100. *anzi la detta somma è stata pagata per me, e di mia presenza, e consenso al Signor Iacopo Mannelli &c.* „ & in Recepta facta Pacio ab eodem Domino Mannellio Creditore dimisso „ ibi „ *Io Iacopo Mannelli ho ricevuto scudi* 1085. *dal Sig. Francesco Maria Paci per le mani del Sig. Conte Strozzi*, ex quibus apparet Dom. Strozzam hac in re nudum, ac simplex ministerium præstitisse *Magon. decis. Florent.* 42. *num.* 14. *Rot. Januen. decis.* 93. *num.* 9. *Rot. decis.* 250. *num.* 2. *part.* 3. *& decis.* 296. *num.* 3. *part.* 8. *Dunozzett. Iun. decis.* 660. *n.* 2. *& decis.* 885. *num.* 5. *Mans. consult.* 318. *num.* 1. Et pecunia, quæ fuit Domino Mannellio soluta, non erat amplius propria Dom. Strozzæ, ut ad Cessionis validitatem requiritur, sed iam effecta Pacii Debitoris, vigore Cambii inter eos antecedenter, initi in quibus casibus Cessio semper est inutilis, sive ante solutionem fiat, sive in continenti, sive ex intervallo *Part. in Leg. modestinus num.* 4. *ff. de solut. Menoch. de*
2 *præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 143. *per tot. Trentacinq. cons.* 17. *num.* 27. *lib.* 2. *Casanatt. cons.* 11. *num.* 3. *Paseth. cons.* 125. *num.* 15. *& cons.* 126. *num.* 3. *Gratian. discept.* 286. *num.* 67. *& discept.* 279. *num.* 6. *Adden. ad Pattell. annot.* 51. *num.* 16. *Tondut. resolut. civil. lib.* 1. *cap.* 32. *num.* 9. *Amat. resolut.* 7. *num.* 5. *& seqq. Olea de ceff. iur. tit.* 5. *quæst.* 1. *num.* 11. *Gregor. decis.* 68. *num.* 4. cum aliis quos refert *R. P. D. Ansald. de commerc. disc.* 94. *num.* 11.

Et licet dubitari possit an pecunia vere, & realiter fuerit a D. Strozza numerata Pacio, sed tantum Mannellio Creditori dimisso, non inde inferri potest, quod eius dominium non fuerit in dictum Pacium translatum, ac proinde negari non potest, quod solutio non sit facta de propriis pecuniis Debitoris, non vero de pecuniis Dom. Strozzæ, qui cessionem reportavit. Quia ultraquod pecunia, ut mox dicebamus, vigore Cambii, iam antea contracti erat saltem Pacio debita, quod sufficit ad impediendam Cessionis validitatem exemplo Emptoris, qui pretio rei emptæ Creditoris Venditoris libere dimit-

rens,

·ens, Cessionem reportare non potest ex supra relatis, signanter ex *Gregor. decis. 68. num. 4.* Cum non controvertatur pecuniæ existen- 3
·ia de tempore contracti Cambii, & Pacius habuerit eam pro numerata, ut demonstrant ea verba „ ibi „ *Io Francesco Maria Paci ho ricevuto la somma di scudi 1100. anzi la detta somma è stata pagata per me, e di mia presenza, e consenso* „ & in eadem Apocha Cambii „ ibi „ *porrò detto Francesco Maria Paci contanti* „ idem est ac si pecunia vere, & realiter fuisset Pacio numerata, & brevi manu in 4
Dominum Mannellium translata, *Leg. pecuniam ff. de solut. Bald. cons. 247. circa fin. versic. item quia lib. 1. Rot. post Cenc. de censib. decis. 436. num. 5. & 6. Bich. decis. 584. num. 15.* quinimo cum pecunia supradicta soluta fuerit nomine Pacii Debitoris, ut supra firmavimus 5
illius dominium statim in eumdem transivit, bene *Rot. dec. 36. num. 6. part. 18. recent.* & hoc exemplo constituti, per quod dominium 6
transfertur, ut ratiocinatur *Fontanell. decis. 560. num. 1. & seq.* & de facto Dominus Mannellius pecuniam recepit tanquam Pacii, & a Pacio sibi solutam, de qua Receputam non fecit D. Strozzæ, sed Pacio „ ibi „ *Io Iacopo Mannelli ho ricevuto scudi 1085. da Francesco Paci per le mani del Signor Conte Strozzi* „ & etiam quia summam scutorum 14. 5. 4. quæ excedebat suum creditum, restituit Pacio, ut idem fatetur in supradicta Receputa.

His additur, quod solutio prædicta fuit facta ad dissolvendam obligationem, & non eo animo, ut iura Domini Comitis Strozzæ cederentur, ut patet ex illis verbis „ ibi „ *anzi la detta somma è stata pagata per me, e di mia presenza, e consenso dal detto Signor Conte Strozzi al Sig. Iacopo Mannelli per estinzione d' un conto di Cambi* „ quo casu inutilis est cessio, ut post *Cuman. in Leg. & per iusiurandum* 7
§. si legatorum ff. de acceptil. in terminis advertit *Soccin. in Leg. 2. §. si tamen ff. de verbor. oblig.* quem sequitur *Barbos. in Leg. quæ dotis 34. num. 5. in fin. & num. 6. ff. sol. matr.* ea evidenti, & notissima ratione, quia extincta obligatione, & liberato Principali etiam fideiussores liberantur, *Leg. in omnibus 43. ff. de solut.* quæ adeo ve- 8
ra sunt, ut etiamsi Partes protestarentur, quod iura salva essent contra fideiussores, attamen hæc protestatio esset inutilis, quia hoc non dependet a potestate nostra, sed fit iuris ministerio, cum secuta solu- 9
tione animo extinguendæ obligationis impossibile sit, quod etiam iis invitis effectus non sequatur, scilicet peremptio totius obligationis, & fideiussorum liberatio, bene in terminis *Paserb consult. 125. num. 9. Lanar. cons. 23. num. 7. & 8. Barbos. supracit. loco, Amat resol. 50. num. 17. & seq.* cum aliis relatis per *Episcop. Rocc. disput. iur. cap. 120. num. 49.* præsertim quia prædictæ obligationis peremptio, & dissolutio fuit principalis intentio Pacii Debitoris, & causa finalis prædictæ solutionis, ut demonstrant verba Apochæ Cambiariæ „ ibi „
e per-

e perciò acconsento, e m' obbligo „ *Marescott. variar. lib* 2. *cap.* 105.
10 *num.* 19. *Dunozzett. Iun. decis.* 882. *num.* 8. a qua cessio prædicta regulari debet, *Rot. decis.* 280. *num.* 9. *part.* 15. *recent.*

Quinimo res hoc dilemmate redditur indubitabilis, aut enim primum Cambium est extinctum, & tunc impossibile est, quod fideiussores non sint liberati ex supradictis, aut vero non est extinctum, & tunc quia Dominus Comes vult secundum Cambium in suo robore manere, & solum protestatur reportasse cessionem addendo iuribus iura „ ibi „ *per aggiungere ragioni a ragioni, e obbligati a obbligati* „ & exigit interesse secundi Cambii ad rationem quinque pro centenario, ut patet ex receputis de die 4. Septembris 1693. sequeretur absurdum, quod Pacius teneretur duplici Cambio vivo, & fructifero, & Dom. Strozza unica summa duplex creditum adeptus esset, quod
11 esset iniquum *Amat. resolut.* 7. *num.* 39. *Carleval. de iud. disput.* 35. *num.* 49. *lib.* 1. *tit.* 3. *Rot. decis.* 135. *num.* 19. *part.* 6. *& coram Merlin. decis.* 650. *num.* 5. *Rocc. disput. iur. cap.* 137. *num.* 9. Non obstante, quod exadverso dicebatur, non esse absurdum, quod quis
12 unica solutione plures actiones acquirat per *Text. in Leg. non est novum ff. de act. empt. Leg. si reus ff. de duob. reb. cum aliis*; conceditur enim, quod quis pro eadem summa possit plures actiones, & plures obligatos habere, sed in casu nostro Dom. Comes unica solutione adeptus esset non solum duplicem actionem, sed duplicem summam, & duplex Cambium vivum, & fructiferum, primum nempe vigore Cessionis, quod adhuc prætenditur vivere, & cuius vigore fuit facta executio, & alterum ultimo loco contractum, cuius vigore D. Comes exegit interesse ad rationem quinque pro centenario, & hoc
13 est absurdum, quod considerant *Amat. dicta resolut.* 7. *num.* 39. *& alii superius allegati.*

Quibus positis, inanis est investigatio, an contractu Cessionis, & Contractus Cambii tanquam celebrati in eodem loco, & coram iisdem Testibus videantur invicem correspectivi, itaut pro unico, & individuo Contractu habeantur, & cessio incontinenti post solutionem facta dicenda sit ex *Surd. cons.* 387. *num.* 6. *in fin. Rot. post Salgad. decis.* 49. *num.* 34. & aliis in contrarium adductis, quia cum solutio facta sit
14 nomine Pacii debitoris, & de pecuniis saltem eidem debitis, & præcise ad extinguendam obligationem, non est opus inquirere de Cessione, quæ etiam ante solutionem reportata est irrelevans, & in quietantiam resolvitur, ut supra firmatum fuit.

Sed quatenus etiam de his disputari contingat, indubitatum est, solutionem actum Cessionis præcessisse, tum ex eiusdem Cessionis prohemio, a quo regulatur, & interpretationem recepit Contractus, *Leg. fin.* ibique *Bart. ff. de hered. instit. Rot. post Merlin. de pign. decis.* 95. *n.*
15 5. „ ibi „ *Essendochè quest' istesso giorno il Sig. Amerigo Strozzi abbia*

acco-

accomodate a cambio limitato di cinque per cento la somma di scudi 1100. *al Sig. Francesco Maria Paci, la qual somma sia servita per pagare al Sig. Iacopo Mannelli* „ quæ in præteritum tempus concepta, iuncto verbo *per pagare*, quod veram, & realem numerationem probat *Cels. decis.* 184. *num.* 11. indicant Cambium antecessisse Cessionem, tum ex verbis in ventre eiusdem Cessionis „ ibi „ *E la detta Cessione, detto Signor Conte Amerigo riceve per maggior sua cautela, e per aggiungere ragioni a ragioni, e obbligati a obbligati per il detto suo credito, che ha contratto in questo giorno col detto Sig. Paci in somma di scudi* 1100. „ quæ pariter demonstrant iam obligationem Pacii favore Dom. Comitis Strozzæ fuisse perfectam, & contractum Cambii iam absolutum, quod esse non poterat nisi sequuta numeratione.

16 Correspectivitas vero evidenter excluditur ex adductis per Dom. meum Auditorem Urceolum in suo elegantissimo Motivo § *quia dicta recepta*, quod nempe ex actuum vicinitate non inducitur correspectivitas, quando sunt diversæ naturæ, & unus non venit ad determinationem alterius, ut est in casu nostro, in quo Cambium initum inter Dom. Strozzam, & Pacium non exigebat, quod pecunia solveretur Mannellio, & Cessio reportaretur, *Gregor. decis.* 492. *num.* 12. *Andreol. controv.* 390. *Rot. Bononien. divers. decis.* 9. *num* 6. *cum relatis per eundem Dom. Urceol. de transact. quæst.* 9. *num.* 6 & in dictionibus terminis de actu in calce eiusdem Instrumenti conscripto, *Bich. decis.* 281. *num.* 27. *&* 28.

17 Præterea nunquam habet locum correspectivitas, quando primus actus habet suam causam omnino distinctam, & separatam, ut in casu nostro, in quo numeratio scutorum 1100. non apparet facta contemplatione Cessionis, sed habet causam diversam nempe Cambii, & perceptionis interesse, *Alex. in Leg. bonæ fidei num* 4. *Cod. de pact. Put. decis.* 213. *lib.* 3. *in fin. Gratian. discept. forens.* 789. *num* 19. *Ludovis. decis.* 492 *num.* 11. *Millin. decis.* 382. *num.* 2. *Bich. decis* 406. *num.* 31. *& decis.* 736. *num.* 7. *part.* 18. *& decis.* 323. *num.* 10. *par.* 12. *recent.* & ad summum dici posset, quod Contractus Cambii dederit occasionem Cessioni, quod non sufficit, cum hæc sit occasionalis, & accidentalis dependentia, quæ correspectivitatem non inducit *Rot d.*

18 *decis.* 406. *num.* 32. *coram Bich. & decis.* 223. *num.* 14. *part.* 17. *recent.* & sic cessant ex facto omnes auctoritates in contrarium late congestæ, quia omnes supponunt, quod una, eademque causa originalis fuerit utrique Contractui communis, quod secus est in casu nostro, in quo, ut diximus, numeratio pecuniæ habet distinctam causam, scilicet Cambii.

19 Additur etiam, quod duo actus eadem die, & cum iisdem Testibus gesti, sint correspectivi, est solum quædam præsumptio, & coniectura, quæ contrariis coniecturis eliditur, *Corn. cons.* 350. *lib.* 1. *n.* 3. *Seff.*

Sess. dec. Aragon. 19. n. 12. Millin. dec. 382. n. 1. In casu nostro adsunt vehementes coniecturæ correspectivitatis exclusivæ. Prima, quod si pecunia fuisset soluta pro reportanda Cessione, erat inutile novum Cambium contrahere, sed erat sufficiens, & expeditior sola Cessio translativa. Secunda, quod si Dom. Comes habuisset animum reportandæ Cessionis, non solvisset pecuniam nomine Pacii pro extinctione primi Cambii, hoc enim repugnat animo reportandæ Cessionis, præci-
20 pue, quia correspectivitas nunquam præsumitur, sed ab allegante clare probanda est, *Dunozz. decis. 349. num. 4.*

Eoque magis, quia DD. de Gondis Fideiussores non intervenerunt Cessioni, unde contra eos non habet locum correspectivitas, quæ con-
21 tra tertios, & absentes non operatur, *Mobedan dec. 3. & 5. de simon. Sess. decis. Aragon. 19. num. 2. Cels. decis. 28. num. 7. Bich. decis. 452. num. 33. & 34. Palm. allegat. 166. num. 16.* & bene *Rot. dec. 527. num. 4. part. 4. recent.*

Quo vero ad aliud motivum desumptum a subingressione legali, licet in prima, & secunda Instantia fuerit disputatum de tribus requisitis *gloss. in Leg. Aristo ff. quæ res pign.* ut ex motivis hinc inde editis apparet; tamen Informantes pro Domino Comite Strozza cognita eius irrelevantia, ex defectu præsertim pacti de subintrando, quod omnino
22 requiritur, ut videre est apud *Oleam de cess. tit. 4. quæst. 1. num. 17.* & plene *Dom. Urceol. in suprad. Motivo*, ad quod sufficiat remissive se habere; prætendebant, quod saltem daretur subingressio in actionibus personalibus ex concursu duplicis requisiti alterius *gloss. in Leg. 2. ff. de cess. bon.* ex quo pecunia a Domino Comite fuerit Pacio tradita pro dimittendo Domino Mannellio creditore, & vere
23 eum eadem fuerit deinde dimissus, *Amat. resolut. 7. num. 24. Olea de cess. tit. 4. quæst. 1. num. 24. Arias de Mes. lib. 1. cap. 12. n. 3. & seq. cæterique in contrarium allegati*, quod sufficere videbitur D. Comiti contra prædictos DD. de Gondis fideiussores, ex deductis per *Rot. decis. 592. num. 14. part. 5. recent.*

Sed hæc nihil relevant, quia, omisso etiam, an, quatenus in casu nostro daretur subingressio in actionibus personalibus, illæ adversus fideiussores D. Comiti prodessent, quod videtur negandum, quia si pactum requiritur ad hoc, ut in hypothecis succedatur, multo magis erit necessarium contra fideiussores, cum facilius dissolvantur fideiussio-
24 nes, quæ sunt stricti iuris quam hypothecæ, *Leg. cum quis 38. §. ult. ff. de solut. Leg. 2. Cod. de luitione pign. Bart. in Leg. fideiussor in princ. ff. de fideiuss. & in Leg. item quæritur §. qui implet. ff. locat. Alex. cons. 47. num. 5. lib. 3. Merlin. de pignor. lib. 5. quæst. 23. num. 12. Franc. Mar. decis. Delph. 437. & 438. per tot. lib. 1. Mes. lib. 1. variar. cap. 18. num. 16. & cap. 43. num. 19. vers. unde etiam.* Attamen cum solutio, ut supra sæpius insinuavimus, sit facta de pe-

cuniis Pacii debitoris, vel saltem eidem debitis, & quod plus est
ipsius nomine, & mandato, omnes actiones, & iura contra dictum
Debitorem competentia remanserunt extincta; unde non est amplius
locus prædictæ subingressioni, etiam in actionibus personalibus per
solutionem factam nomine, & de pecuniis debitoris extinctis, ut 25
bene in precisis terminis *Rot. decis. 36. num. 7. 8. par. 18. recent.*
cum ibi relatis. Et prætcrea ad effectum subingrediendi necessario re-
quiritur, ut aliquo modo constet de voluntate, & animo Solventis,
quod voluerit, & animum applicaverit subingressioni, quod in casu 26
nostro secus est, in quo ex toto tenore Apochæ cambiariæ, nihil est,
per quod appareat Dominum Comitem Strozzam tale quid cogitasse,
sed bene postquam Dom. Comes convenerat de Cambio poterat Pa-
cius ab eodem etiam invito pecunias exigere, & de eis ad libitum
disponere, easque vel etiam in mare proiicere, ut advertit *Amat. re-* 27
solut. 7. num. 46. & bene *Rot. d. decis. 36. num. 10. & 11. par.*
18. rec. & in fortioribus terminis *decis 259. num. 5. & 6. par. 14.*
ubi quod si de pecunia mutuata debitor ad libitum disponere possit,
tunc solvens, nec per viam actionis, nec per viam retentionis uti
potest actionibus creditoris dimissi, & ita etiam distinguit *Rot. decis.* 28
294. num. 8. & 9. part. 17. recent. & post *Merlin. de pign. dec. 93.*
prope fin. Tondut. in contrarium alleg. lib. 1. resol. civil. cap. 29. n.
3. & 6. De Luc. de credit. discors. *num. 4. & 10. & de empt.*
disc. 21. numer. 10.

Neque obstat *Text. in leg. si ventri §. eorum ff. de privil. cre-*
dit. Fenut. de mom. temp. cap. 27. num. 2. Arias de Mes. lib. 1. cap.
13. num. 5. & seq. cum aliis, qui possent in contrarium allegari, ubi
quod ex brevitate temporis inter pecuniam mutuo acceptam, & cre-
ditoris dimissionem, videtur conventum inter Partes de subingressione;
quia quidquid sit in puris terminis de hac conclusione, certum est, 29
quod in contingenti non applicatur, quia solutio est facta de pecu-
niis debitoris, & ipsius nomine; ideoque perinde est, ac si ipsemet
debitor proprium debitum extinxisset, ex vulgata regula *Text. in Leg.* 30
si per alium ff. ne quis eum, qui in ius vocat. quo casu nemo dixe-
rit habere locum subingressionem ex supra firmatis. Ad *Text. vero in* 31
Leg. si ventri §. eorum in quo se fundant in contrarium allegari, re-
spondetur, quod prædicti *Text.* dispositio venit limitanda ad eum 32
dumtaxat casum, in quo pecunia non erat effecta debitoris, itaut de
ea libere potuisset disponere, sed erat adhuc propria solventis, &
mutuata ad hoc ut privilegiarius creditor dimitteretur; ibi enim ratio
dubitandi erat solum, an, ex quo pecunia erat directe profecta a sol-
vente in creditores privilegiarios, sed per debitoris personam, daretur
subingressio, quod demonstrant ea verba „ ibi „ *pervenisse autem que-*
madmodum accipimus? utrum si statim profecta est ab inferioribus ad

privilegiarios? an vero, & si per debitoris personam, hoc est ante ei numerata sit? „ & benigna interpretatione dari subingressienem respondet; unde potius prædicti *Text.* dispositio in contrarium retorqueri posset; quod clarius patet retento eodem themate cum §. *antecedenti*, ubi si quis apud Mensularium gratis deponit, habet privilegium, si vero deponit sub usuris, quia tunc modum depositi excedit, & non ea mente deponit, ut ibi pecuniam depositam habeat, sed facultatem concedit Mensulario ea utendi tanquam ex mutuo, quod significant ea verba „ ibi „ *aliud enim est credere, aliud deponere* „ & confert *Text. in Leg. Publia* §. *Lucius tum ibi notat. ff. depos.* ideo nullum habet privilegium. In casu nostro Dom. Comes non simpliciter mutuavit pecuniam, sed prævio contractu Cambii, atque ita ex hac præcedenti causa pecunia iam erat effecta Pacii, qui de ea libere poterat disponere; unde non pervenit ad Mannellium creditorem ex providentia eiusdem Comitis, qui solum mutuavit pecuniam ad recipiendum interesse, & nihil cogitavit de subingressione, & ita *Text.* prædictum declarat *Carleval. de iud. lib. 1. tit. 3. disput. 28. num. 30. versic. benigna vero*, & melius *disput. 35. num. 13.*

Ulterius placuit altera responsio, quod scilicet, quatenus etiam Dom. Comes Strozza in locum D. Mannelli creditoris dimissi fuisset subingressus, & actiones personales contra DD. de Gondis exercere potuisset; attamen repelleretur exceptione cedendarum, quia cum primum Cambium solutione facta de pecuniis, & nomine Debitoris fuerit extinctum, ut supra late comprobavimus, impossibile est, quod D. Comes possit fideiussoribus prædictis Cambium vivum, & non extinctum cedere, cum iisdem privilegiis, & hypothecis in primo Cambio
33 conventis, prout alias de iure tenetur *Leg. 2. ibique DD. C. de fideiuss. Bart. in Leg. fideiuss. 16. in fin. ff. de fideiuss.* late *Felician. de censib. tom. 1. lib. 3. cap. 2. n. 17. & seq. cum aliis relatis per Oleam de cess. iur. tit. 5. qu. 2. n. 1. & per Episc. Rocc. disp. iur. cap. 131. n. 21. & 33.* & certum est, quod hypothecas anteriores primi Cambii cedere non potest, cum in illis non fuerit subingressus, sed ad summum in actionibus personalibus dumtaxat, quod tamen supra negavimus.

Neque visa fuit considerabilis responsio, quod nempe D. Strozza non possit huiusmodi exceptione submoveri, cum non sit cogendus ad cedenda iura, quæ sua culpa non amisit, sed ex natura rei
34 non fuit consecutus *Olea de cess. tit. 5. quæst. 2. num. 44. cum aliis ibi relatis*, quia responderetur, quod imo culpa D. Comitis prædictum Cambium remansit extinctum, ex quo nimis incaute solvit de pecuniis vigore alterius Cambii effectis Pacii Debitoris, & eius nomine, & expresse pro extinctione supradicti Cambii antiquioris, qui potius debuerat, vel nomen Debitoris emere, vel solvere de propriis pecuniis inito pacto de succedendo: quando enim creditor, vel negligen-

tia,

tia, vel liberalitate correum, vel fideiussorem liberat in præiudicium alterius correi, vel fideiussoris, itaut actiones præstare non possit, 35
tunc exceptione cedendarum repellitur, ut latissime *Olea de cess. dict. quæst.* 2. *a num.* 16. ubi multas auctoritates congerit, & contrarias nervose reiicit.

Neque obstat depositio Caramelli, qui fuit mediator secundi Cambii attestantis, quod Dom. Strozza mutuavit Pacio pecuniam animo reportandæ Cessionis, quia ultra alias exceptiones, cessat omnis difficultas ex Lege diei 11. Aprilis 1446. renovata, & confirmata sub die 3. Aprilis 1687. ubi expresse cavetur, quod proxenetis, & mediatoribus nulla fides adhibeatur nisi Contractum „ ibi „ *cum ex-* 36
pressione nominum Contrahentium, & cum aliis circumstantiis, & qualitatibus circa prædicta opportunis „ annotaverint, & descripserint in Libro per eos ad hunc effectum retinendo; unde cum in Libro Caramelli nullum verbum habeatur de reportanda Cessione, nullam fidem mereatur eius attestatio.

Minusque est attendenda fides Dom. Mannellii in qua deponit „ ibi „ *mi fu mandato a parlare per Domenico Caramelli, che aveva trovato chi dava il danaro per detto effetto, con questo però, che io gli cedessi le mie ragioni* „ quia cum fuerit nuper exhibita post publicationem primi Testis, & post didicita testificata, & in calculo ferendæ Sententiæ post plures instantiæ prorogationes non est admittenda *Bart. in auth. atqui semel num.* 1. *& seq. Cod. de probat. Surd. decis.* 126. 37
Ludovis. decis. 48. *num.* 2. *cum aliis relatis per Ridolphin. in prax. par.* 2. *cap.* 11. *num.* 117. præsertim cum tendat ad probationem eiusdem 38
articuli *Buratt. decis.* 824. *num.* 4. *Ridolphin. d. loc. num.* 126.

Ulterius D. Mannellus non deponit præcise de pacto inito inter contrahentes, sed solum quod Caramellus de mandato Pacii illi dixerit, quod invenerat, qui sortem Cambii eidem restitueret, dummodo iura cessisset; unde cum deponat de dicto Caramelli, cui ex supradictis non est præstanda fides, intrat conclusio, quod Testibus non creditur, quorum auctores si eadem deponerent, repellerentur *Cravett.* 39
cons. 41. *num.* 1. bene *Surd. cons.* 135. *num.* 95. confert *Rot. cor. Merlin. decis.* 82. *numer.* 8. sed necesse esset probare concludenter mandatum Pacii.

Item cum Dominus Mannellus cesserit, licet invalide, iura sua Domino Strozzæ non est Testis idoneus, & maior omni exceptione, sed remittitur iudicis arbitrio, an sit illi Fides adhibenda, quamvis non ageretur de illius commodo, & interesse in terminis *Alexand. cons.* 13. *n.* 13. ibique *add. lib.* 1 *Farinacc.* 40
de testib. quæst. 60. *num.* 335. *&* 339. *per tot. Menoch. de arbit. cent.* 5. *cas.* 473. *per tot.* In casu nostro multa suadent non esse attendendum, quia ultra supradicta, inverisimile est, quod si Pacius convenis-

set de cessione facienda, dedisset deinde mandatum D. Strozzæ, ut solveret pro extinctione Cambii. Prout pariter inverisimile est, quod si vere Contrahentes egissent de Cessione, fuissent tam imperiti, & iuris ignari, quod primo contraxissent novum Cambium nullo adiecto pacto de subintrando, deinde solvissent pro extinctione primi Cambii & Cessionem fecissent in diversa Apocha, cum res potuisset paucis in eadem Apocha expediri, scilicet simpliciter solvendo pecuniam Mannellio, vel etiam Pacio cum pacto de succedendo, præsertim cum Contractus fuerit initus in præsentia Caramelli publici Proxenetæ, qui habet sæpissime per manus huiusmodi negotia, & in præsentia Cioli Causidici, & qui in foro versatur, qui hæc ignorare non præsumuntur.

Sed quatenus etiam admittenda esset attestatio, quod omnino negatur, attamen adhuc obstarent, quæ supra diximus de solutione facta cum pecuniis debitis Pacio Debitori, & eius nomine, & mandato, & expresse pro extinctione primi Cambi, quo casu etiamsi ante solutionem esset facta Cessio non relevaret, & ea etiam, quæ diximus de protestatione facta per D. Comitem in ipso actu Cessionis reportatæ, quod id agebat iuribus iura, & obligatio obligatis addendi causa; unde emergit, quod principaliter intendebat in observantia debere manere secundum Cambium. Et ita utraque &c.

Petrus Pationus Rotæ Auditor.
Ascanius Venturinus Rotæ Auditor.
Sebastianus Marini Rotæ Aud. & Relat.

In hac Causa emanavit etiam Votum *Petri de Angelis*, & *Thomæ Cepparelli*, quod impressum habetur inter Resolutiones Fiscales eiusdem Cepparelli *part.* 2. *resolut.* 125.

D E C I S I O XXXIV.

FLORENTINA HYPOTHECÆ PRO ANNUIS LEGATIS

anni 1697. *cor. cl. me.* ARCHIEP. THOMA DELLA GHERARDESCA.

A R G U M E N T U M.

PER centenariam Possessionem Legata Pia extingui posse demonstratur.

S U M M A R I U M.

1 *Legata Pia tamquam respicientia favorem Animæ Legantis nunquam præscribuntur saltem quoad futuras præstationes.* 2 *An-*

2 *Antecessoris negligentia praeiudicare non potest successori ex persona propria venienti, nec contra eum praescriptionem inducere.*
3 *Ad praescribendum contra Ecclesias Quadragenaria requiritur.*
4 *Possessor malae fidei nunquam praescribit.*
5 *Negativa solutionis ab allegante probanda est.*
6 *Possessor ad tuendam suam possessionem post centum annos allegare potest quemcumque meliorem titulum de mundo.*
7 *Possessionis etenim centenariae tanta vis est, ut etiamsi constet de titulo primaevo fiat locus praesumptioni novi tituli ad favorem Possidentis.*
8 *Hoc tamen procedit, si Possessio non sit conformis titulo producto, secus si sit conformis.*
9 *Centenaria Possessio etiam ex non factis deduci potest.*
10 *Ex longa taciturnitate Legatarii praesumitur legatum vel affrancatum, vel alio modo extinctum fuisse.*
11 *Diversum est, an quis excipiat de sola praescriptione, an etiam de centenaria Possessione, & affertur diversitatis ratio* num. 12.
13 *Conclusio, quod Antecessoris negligentia non officiat venienti ex persona propria, locum habet in praescriptione, non autem in Praesumptione.*
14 *Tempora licet non iungantur ad effectum praescriptionis, bene iungi possunt ad effectum praesumptionis.*
15 *Quod negativa solutionis probari debet, non obtinet in centenario Possessore, sed solum in Quadragenario.*
16 *Probatis extremis media praesumuntur.*



Uo Legata fuerunt relicta Cappellaniae sub invocatione SS. Iacobi, & Laurentii sitae in Ecclesia *Sancti Remigii* de Florentia: alterum *florenorum sex* a D. olim Carolo a Beccuto cum conditione tamen, quod quotiescumque eius haeredes consignassent dictae Cappellaniae Bona, seu introitum Bonorum, quae essent introitus florenorum *sex de Sigillo* quolibet anno essent liberi, a praestatione dictorum florenorum sex quolibet anno, & cum onere apposito Sacerdoti dictae Cappellae, quod pro tali additione teneatur offerre Sacrificium designatum quolibet die pro anima dicti Caroli, & suorum, ut in particula eius Testamenti rogati sub die 9. Mensis Septembris anni 1483.

Alterum *librarum sexdecim* sub obligatione unius Apothecae ad usum Farinarioli, quae solvi debeant Cappellano, ut diligentius curet, & officiet dictam Cappellaniam, & celebret ibi Missam quotidianam, & oret Deum pro anima Antonii de Diacceto, & aliorum Praedecessorum, ut habetur ex instrumento Donationis causa mortis, factae per d. Antonium rogatae sub die 17. Iunii 1511.

Quoad primum Legatum florenorum sex non constat, quod a prædicto anno 1483. fuerit ab hæredibus dicti Caroli unquam Cappellano persolutum, licet constet Cappellanos habuisse notitiam prædicti Legati, ex quo in Inventario Bonorum, & redditunm dictæ Cappellaniæ usque de anno 1587. fuerit descriptum a Rectore tunc temporis, nec non etiam hæredes dicti Caroli Legantis in Portata anni 1498. inter reliqua descripserint hoc onus florenorum *sex* ad favorem dictæ Cappellaniæ.

Respectu vero Legati librarum sexdecim constat de eo Rectores habuisse scientiam nec non fuisse aliquando solutum Cappellanis, quia illud in Inventario Bonorum Cappellaniæ descripserunt de anno 1563. cum assertiva exactionis a Possessore Apothecæ ad usum Farinarioli.

A prædicto vero anno usque in præsens non liquet, quod prædictum Legatum librarum 16. fuerit unquam solutum, & respective exactum, imo ex prædicto Inventario anni 1587. habetur, quod nec istud, nec alterum florenorum 6. quod ibidem pariter describitur, amplius non exigebantur.

His in facto suppositis quæsitum fuit an R. D. Andreæ de Ciangolinis moderno Rectori dictæ Cappellaniæ deberetur immissio ex remedio Salviani, seu hypothecariæ contra DD. Fratres del Beccuto?

Prima facie videbatur respondendum affirmative nam cum de extremis, ad obtinendum in Salviano, seu hypothecaria necessariis constaret de Credito, nempe ex prædictis Instrumentis, de hypotheca ex natura crediti, & de possessione bonorum pulsatorum tam penes DD. de Diacceris Debitores, quam penes DD. del Beccuto tertios possessores ex attestationibus Decimarum, Instrumentis emptionum, & substentatione litis; utique denegari non poterat immissio, seu saltem condemnandi erant dd. del Beccuto ad constituendum fundum certum, & fructiferum pro futuris præstationibus dictorum legatorum iuxta petita per dictum Dominum de Ciangolinis.

Nec officere videbatur quod ab anno 1587. usque in præsens non fuerint soluta dicta legata, atque ideo tanquam præscripta peti amplius non possent.

Quia responderi poterat primo legata pia tanquam respicientia favorem animæ legantis nunquam præscripti saltem quoad futuras præ-
1 stationes ex *Novar. in tract. de mal. ablat. privileg. 14. per tot. Pasqualig. de Sacrific. nov. leg. quæst.* 1047. *& quæst.* 1048. *Amostiaz. de caus. piis lib. 2. cap. 6. a num. 55. ad fin.*

Secundo, & in eventum, quod præscribi possent negligentiam Rectorum Antecessorum, non potuisse præiudicium inferre d. D. Andreæ ex persona propria venienti, nec inducere præscriptionem contra
2 non valentem agere, ut in simili responderunt *Cavalc. decis. Fivizzan. 46. num. 29. lib. 1. Quarant. in summ. Bullar. vers. alienatio rei Ecle-*

clesiasticæ num. 46. vers. hic non immerito Barbos. in Pastoral. alleg. 98. num. 12. Rot. decis. 103. num. 8. part. 8. recent. & in his fere terminis Rot. decis. 70. num. 2. & seq. part. 16. recent.

Tertio non fuisse completam quadragenariam, quæ requiritur ad præscribendum contra Ecclesias, cum a tanto tempore, non possideant dd. DD. del Beccuto tertii possessores, nec iuvari possint retrotroacti temporis lapsu cum tunc possiderent bona obligata hæredes dd. DD. 3
a Diaccero, qui stante mala fide nunquam præscribunt, ut præcise tenet *Roderig. de annuis reddit. lib. 1. quæst. 18. num. 103. vers. hic autem præscriptionis.* 4

Quarto demum non probari negativam solutionis dictorum legatorum, quæ tamen est probanda a dd. DD de Beccuro, cum sit fundamentum præscriptionis per eos oppositæ *De Luc. de censib. disc. 20. num. 9.* neque enim ex eo, quod de anno 1587. non exigerentur, ut 5
habetur ex inventario de quo supra bene infertur quod ex post non fuerint soluta.

His tamen non obstantibus, censui absolvendus fore, & esse dd. DD. del Beccuto a Petitis prout illos absolvi & ratio fuit, quia cum non unico præscriptionis præsidio niterentur, sed etiam centenariæ observantiæ, utique poterant ad tuendam eorum possessionem allegare præsumptam legatorum affrancationem, vel alium quemcumque meliorem titulum de mundo, ut in proximis terminis dixit *Rot. decis. 302. num. 7. & 8. part. 18. tom. 1. rec.* 6

Possessionis enim centenariæ tanta est vis, & potentia, ut etiamsi constet de titulo primævo, fiat locus præsumptioni novi tituli ad favorem possidentis; Bene verum est, quod id non procedit indistincte, 7
sed tunc demum si possessio centenaria non sit conformis titulo producto nam si sit conformis, non licet ex antiquissima etiam possessione titulum, præsumptum formare cum ad titulum, de quo apparet, dicta possessio reduci, 8
restringi, atque limitari debeat, ut late discusso articulo firmat *Fontanell. decis. 445. n. 21. & Rot. Roman. decis. 29. num. 56. part. 7. recent.*

Quamobrem in casu nostro dicta possessio centenaria, quæ etiam ex non factis deduci potest, ut in proposito considerat *Rot. decis.* 9
num. 11. part. 18. tom. 1. ubi recedit ab iis quæ dixerat *in decis. 70. par. 16. rec.* superius in obiectis adducta, reduci, & limitari non posset ad titulum per d. D. de Cangolinis productum cum possessio esset *de non solvendo*, & titulus *de solvendo*, utique DD. del Beccuto possessores poterant sibi formare alium titulum præsumptum, puta affrancationis.

Quæ difformitas a titulo primævo resultat etiam ex eo, quod dicti Rectores non celebrarent quotidie iuxta disposita in dictis instrumentis, quæ loco tituli afferebantur, prout constat ex inventariis ex quibus afferuntur teneri ad celebrandum qualibet hebdomada.

Quæ

Quæ quidem libentius recipienda erant concurrente facultate quoad alterum ex prædictis Legatis illud affrancandi, & inverisimilitudine, quod si revera dicta legata non fuerint affrancata, vel alio modo extincta, primi Rectores dictæ Cappellaniæ tandiu siluissent, prout in
10 fortioribus terminis considerat *Cancer. var. resolut. cap.* 14. *num.* 97. *de locat. & conduct.* neque enim prædicti Rectores ignorabant dicta legata cum ea descripserint in Inventario anno 1587. neque erant ita excessiva, ut de facili eorum exactio a divitibus, prout erant dicti DD. a Diacceto procurari non posset.

Nec obstant in contrarium deducta, quia quidquid sit an legata pia præscribantur, cum non desit contrarium sentientes, ut videre est apud *Tondut. resol. benefic.* 100. *num.* 1. *& seq. Gratian. discept. forens. cap.* 118. *& decis.* 4. *per tot. Covar. in regul. possessor. part.* 2. §. 3. *num.* 2. *Leon. de offic. Cappellan. quæst.* 5. *sect.* 25. *a num.* 310. *Tamburin. in metod. Celeb. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 1. *Roderic. de annot. reddit. lib.* 1. *quæst.* 18. *num.* 102. & alii apud quos respondetur valde diversum esse, an quis excipiat de sola præscriptione, an etiam de centenaria
11 possessione, ut observat *De Luc. de alienat. disc.* 3. *num.* 13. *de fideicomm. disc.* 264. *ex num.* 3. *& seq.* & alibi passim quia qui excipit de præscriptione iam fatetur se nunquam solvisse, atque ideo nil mirum, quod per aliquos non admittatur in legatis piis ista præscriptio, cum
12 legata pia nunquam caducentur favore hæredis, & peti possint quandocumque restitutio in integrum, quod secus est in eo, qui excipit de centenaria possessione ob quam sibi competat facultas allegandi quemcumque titulum potest dicere se iam legatum affrancasse, vel alio modo solvisse.

Hinc fit etiam in nihilum relevare, quod secundo loco opponebatur, scilicet negligentiam Rectorum non officere venientibus ex persona propria, quia hæc conclusio procedit in præscriptione, quæ non currit contra non valentem agere, secus in præsumptione, ut sic distinguendo resolvit *Marescott. var. resol. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 17.
13 *Seraphin. decis.* 1027. *num.* 11. *& seq. Beltram. ad Ludov. decis.* 354. *num.* 19. *Ciarlin. contr. forens. cap.* 39. *num.* 30. *& hic adductis Altograd. sen. cons.* 26. *num.* 24. *lib.* 1. *Covarruv. in Reg. Possessor. part.* 2. §. 4. *num.* 6. *vers. posterior. responsio, & versic. poteris etiam Fontanell. de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 17. *num.* 44.

Atque ideo licet tempora non iungantur ad effectum præscriptionis, ut in tertio obiecto, bene iungi possunt ad effectum præsumptionis,
14 sive possederit hæres, sive tertius, ut per præcitatos Doctores.

Quod autem negativa solutionis tanquam fundamentum intentionis Dominorum del Beccuto ab iisdem probari debeat, vel non obtinet in centenario Possessore, sed solum in quadragenario, de quo lo-
15 quitur *De Luc.* in quarto obiecto adductus, vel saltem probata remanet

cx

ex eo, quod iam de anno 1587. legata non exigerentur, ut ex inventariis quam de anno moræ litis, ut ex petitione unde medii temporis 16
negativa resultabat, quia probatis extremis, media præsumuntur.

Quare &c.

Thomas de Gherardesca Apost. Nunciat. Aud.

DECISIO XXXV.

FLORENTINA CAUTIONIS

Diei 29. Octobris 1697. cor. bo. me. Dom. AUDIT. CAMMILLO FINETTI.

ARGUMENTUM.

QUI una cum Venditore ad cautionem sese expresse obligavit, quatenus Bona vendita fideicommisso subiecta reperirentur, condemnandus est ad illam præstandam statim ac Emptor Bonorum vinculum detexit, licet molestias passus adhuc non fuerit. Præscriptio immemorabilis propria ab impropria, & abusiva distinguitur, hancque neque contra Emptorem, neque contra Dominum directum, neque contra Ignorantem ius suum, neque contra vocatos ad Fideicommissum locum habere luculenter ostenditur.

SUMMARIUM.

1 Libri decimarum *præsertim in antiquis probant possessionem, & dominium.*

2 *Dominium a die mortis Testatoris transit in Legatarium saltem resolubiliter.*

3 *Præsertim quando agitur de Legato facto ad favorem Loci Pii, quod a Deo statim acceptari dicitur.*

4 *Irresolubiliter vero quæsitum dicitur dominium, si Bona legata a Legatario fuerint acceptata.*

5 *Dominium utile transfertur in Conductorem per locationem ad longum tempus.*

6 *Venditor rei alienæ, vel alteri obligatæ condemnari potest ad præstandam cautionem, licet Emptor adhuc passus non fuerit molestias &* num. 7.

8 *Maxime quando ad eam præstandam sese expresse obligavit.*

9 *Præscriptio Immemorabilis dicitur, si centum annos excedat.*

10 *Ex eaque resultat melior titulus de mondo absque ulla probatione pro libertate Bonorum.*

11 *Hæres*

11 *Hæres quando utitur accessione Possessionis ex persona sui Auctoris, debet ea uti cum sua causa.*

12 Statutum Gabellarum rubr. 15. *eximit a solutione Gabellæ Filium, qui non est Hæres Patris licet per eius mortem succedat in bonis remansis in alterius hæreditate tamquam fideicommisso suppositis.*

13 *Filius Hæres Patris præsumitur scivisse Bona possessa a Patre esse fideicommisso supposita, atque ideo, nec ex propria persona incboare potest præscriptionem pro libertate Bonorum, in quibus successit per mortem Patris.*

14 *Præscriptio sine possessione locum non habet.*

15 *Continuatio Præscriptionis pro libertate Bonorum venditorum excluditur in persona Emptoris.*

16 *Negativa ab allegante debet probari.*

17 *Ex actibus negativis non inducitur observantia, neque Præscriptio fideicommissi*, num. 18.

19 *Reconductio de quinquennio, in quinquennium, quam Testator in conductione perpetua ordinavit, censetur adiecta ad faciliorem dominii probationem.*

20 *Vigore Statuti Florentini lib. 2. rubr. 130. Frater succedit exclusa Nepte.*

21 *In observantia æquivoca nullum fieri potest fundamentum.*

22 *Per quodcumque tempus, etiam mille annorum, Dominium directum non præscribitur contra Dominum.*

23 *Atque idipsum contingit in Emphyteusi, vel Feudo*, & num. 30.

24 *Præscriptioni immemorabili locus non est quando constat Bona fuisse fideicommisso supposita.*

25 *Fideicommissarius sicuti non potest alienare Bona in præiudicium Vocatorum, ita neque negligendo efficere ut præscribantur.*

26 *Immemorabilis impropria non currit, nec ante purificatam conditionem, nec contra non natos, tamquam pœna negligentiæ non petentis*, num. 27.


28 *Secus in immemorabili Propria principium aliquod non agnoscente.*

29 *Ab Emphyteusi, vel Feudo argui valet ad Fideicommissum.*

31 *Successor in Fideicomisso præscribere nequit ob defectum personæ, contra quam præscribatur.*

32 *Præscriptio non currit contra ignorantem ius suum, vel saltem ei datur in integrum restitutio.* num. 33.

Mi-




Onge post emptionem factam a D. Petro de Pellis duorum prædiorum in vocabulo *la Torricella*, pro scutis 2655. a D. Constantia Petrini Vidua relicta a D. Io. Baptista Arrighi, cum fideiussione Illustris. D. Senatoris Alamanni Arrighi filii dictæ D. Venditricis, & obligatione, ultra generalem, de evictione „ Promettendo in oltre, „ ed obbligandosi in ogni caso, che detti Beni, o parte di essi si „ scoprissero esser sottoposti a Fidecommisso, o in qualsivoglia modo „ vincolati, di rinvestire in altri Beni liberi, e non sottoposti a Fi„ decommisso, nè ad altro vincolo per l' equivalente valore tutto „ quello, che si scoprissero sottoposti a Fidecommisso, o in altra „ maniera vincolati, con la preambula ipoteca de' medesimi a favore „ del Sig. Compratore, e di più domandare a S. A. S. e respettiva„ mente ottenere ogni grazia intorno a ciò necessaria per il rinvesti„ mento da farsi „ Detecto per DD. Andream, Iosephum, aliosque Fratres de Pellis proprietatem dd. Bonorum ex testamento dicti D. Francisci Simonis Manuelli condito anno 1484. pertinere ad Hospitale Innocentium; utile vero esse obnoxium fideicommisso ad favorem descendentium in perpetuum ex d. D. Francisco de Manuellis: Petierunt coram Illustris. & Supremo Magistratu condemnari dictum D. Senat. Alamannum de Arrighis fideiussorem, ac filium, & hæredem prædictæ D. Constantiæ Petrini ad cavendum pro securitate dd. Bonorum ad formam contractæ obligationis.

Sed contradicente d. D. Reo convento, innixo principaliter præscriptioni non modo Centenariæ, sed immemorabili bis centum circiter annorum decursorum a die mortis Testatoris, consultus desuper ab Illu-

Illustrissimo Magistratu, respondi esse annuendum petitis per dd. DD. Actores, non obstantibus exceptionibus d. D. Senatoris de Arrighis Rei conventi.

Quandoquidem ex Testamento d. D. Francisci Manuelli condito 10. Iunii 1484. sub rogitu Antonii de Bartolomæis constat Bona, de quibus agitur fuisse legata Hospitali Innocentium, cum obligatione eadem locandi pro libris quadraginta Bartholomeæ, & Catharinæ uxori, & filiæ respective supradicti Testatoris nuptæ Veranio de Petrinis, & post eorum mortem descendentibus in perpetuum legitimis, & naturalibus, cum ordine primogenituræ, primo masculis, & deinde fœminis a dicta Catharina filia, & deficiente eius linea masculina, & fœminina descendentibus masculis, & fœminis, primo ex Betto, secundo ex Nicolao fratribus Testatoris cum eodem ordine primogenituræ qualitate legitimitatis, & prælatione masculorum, dictisque tribus lineis extinctis, voluit bona, eorumque usumfructum pertinere ad dictum Hospitale, cum proibitione alienationis, & substitutione tam in casu contraventionis, quam inobservantiæ contentorum in dicto Legato ad favorem Hospitalis S. Mariæ Novæ, cui in casibus prædictis, alienationis scilicet, & inobservantiæ, substituit in proprietate personas, ut supra, substitutas in dicto affictu.

Quodque bona prædicta remanserint in hæreditate Testatoris, convincitur ex *Libris Decimarum*, qui Florentiæ, præsertim in antiquis probant possessionem, & dominium, *Rot. Florent. lib. mot.* 101. *a*
1 512. *&* 102. *a* 128. *&* 118. *a* 183. *Catan. decis. 6. num. 6. & decis.* 18. *num.* 12. *& in Florentina Fideicommissi de Malegonnellis* 1. *Septembris* 1679. *& in Florentina Intraturæ, & ex motiv. R. P. D. olim Antonii de Riccis § Fundamentum.*

Propterea cum dominium directum bonorum, de quibus agitur, non pertineret ad dictam Constantiam Venditricem, illudque per consequens transferre non potuerit in D. Petrum de Pellis Emptorem, sed spectaret, & spectet ad Hospitale Innocentium, in quod vigore d. le-
2 gati ipso iure transivit a die mortis Testatoris, saltem resolubiliter ad *Text. in leg. a Titio 66. ff. de furtis Salgad. labyrint. credit. part.* 2. *cap.* 14. *num.* 21. *d. Torre de pact. futur. success. lib.* 2. *cap.* 46. *num.* 79. *&* 80. *Rot. Roman. decis.* 189. *num.* 6. *part.* 7. *recent.* Potissime,
3 quia agitur de legato facto ad favorem loci Pii, quod dicitur factum Deo, qui ubique præsens est, illudque acceptat, *Leg. fin. Cod. de sacrosanct. Eccles. Rot. Rom. decis.* 81. *num.* 6. *part.* 5. *recent. late Sperell. decis.* 168. *num.* 42. *Rot. Florentin. lib. motiv. a* 153. Irresolubiliter
4 vero fuit quæsitum dicto Hospitali, attenta acceptatione eorumdem prædiorum, existente in Libris Possessionum d. Hospitalis Innocentium incœptis *anno* 1488. *fol.* 309. iuncta declaratione, quod Bona prædicta fuerunt conducta ab eodem Hospitali per dictas DD. Bartolomæam, & Ca-

& Catharinam uxorem, & filiam respective Testatoris, iuxta dispositionem ab eodem factam „ ibi „ Ed i sopraddetti Poderi si affittano, „ come dispone il Testamento di Francesco di Simone Maouelli, che „ ci lasciò i sopraddetti Beni, appare dalle ricordanze segnate E a 117.„

Tum ex receptione annui affictus soluti per plures annos a d. D. Bartholomea uxore Testatoris, & d. D. Catharina filia, media persona d. Averani Petrini ipsius mariti, ut ex *lib. A Possessionum dicti Hospitalis Innocentium fol.* 309.

Utile vero dominium eorumdem bonorum (quod per locationem perpetuam transfertur in conductorem, *ad text.* in fortioribus terminis, locationis scilicet ad longum tempus *in cap. nulli & cap. ad Audien-* 5
tiam ff. de reb. Eccles. non alienand. gloss. in Leg. 2. ff. si ager. vectig. Fusar. de substit. quaest. 525. *num.* 3. *Molin. de Primogenit. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 16. *Valasc. de iur. emphit. quaest.* 29. *num.* 28. *Rot. decis.* 128. *num.* 10. *part.* 10. *Seraphin. decis.* 272. *in fin.*) sit obnoxium fideicommisso inducto in perpetuum, ut supra, a D. Francisco de Manuellis ad favorem descendentium primo masculorum, secundo fœminarum ex Catharina filia; iisque deficientibus consolidari debeat cum directo quod est penes Hospitale Innocentium.

Condemnandus erat utroque iure d. D. Reus coventus, ad præstandam cautionem prædictam, quamvis hucusque DD. Actores passi
non fuerint molestias, *Leg. si servum in princ. & Leg servus §. sciens* 6
ff. de actionib. empt. Leg. Praediis, Cod. de evictionib. & ad dd. Leges communiter *Doctores*, & signanter *Bartol. ad d. Leg. servus §. sciens Castrens. in Leg. Creditor Cod. de evictionib. Surd. cons.* 36. *num.* 22. *in*
fin. & decis. 165. *num.* 6. *late Peregrin. cons.* 93. *num.* 4. *& seq. lib.* 5. 7
& in durioribus terminis quando res vendita est hypothecata, *Ciriac. contr.* 372. *num.* 159. *&* 60. *Illustriss. olim Audit. Urceol. cons.* 25. *per tot. precipue num.* 8. *Rot. Rom. decis.* 337. *num.* 5. *part.* 5. *recentior. & decis.* 625. *num.* 1. *part.* 18. *Mangil. de evictionib. quaest.* 29. *num.* 1. *& seqq.*

Eoque magis attenta dicta expressa obligatione præstandi cautio-
nem, & securitatem, quatenus bona prædicta reperirentur obnoxia Fidei- 8
commisso facta principaliter, & in solidum cum D. Constantia matre, cuius est etiam hæres immediatus, & mediatus respective ex persona DD. Alberti, & Antonii Francisci fratrum, quod non fuit controversum, & ex abundanti probatum ex non facta repudiatione hæreditatis maternæ intra annum a die mortis, iuxta Leges annorum 1477. & 1478. iuncta receptione residui pretii dd. Prædiorum pluribus vicibus eidem soluti, tanquam matris hæredi a dictis DD. de Pellis, ut ex Instrumento quietationis in actis producto.

Nec fuit attenta præscriptio bis centum circiter annorum, per quod tempus opponebant Informantes pro Domino Senatore reo con-

vento fuisse possessa dicta Bona per Descendentes a D. Catharina filia præfati Francisci de Manuellis Testatoris tamquam libera, absque reconductione eorumdem bonorum de quinquennio in quinquennium ad mentem dicti testamenti, & absque solutione annui affictus librarum quadraginta ad mentem eiusdem testamenti. Quæ quidem præscriptio, cum
9 ultra centum annos dicatur Immemorabilis, *ex Castill. controv. lib. 5. cap. 93. §. 8. n. 51. in fin. Molin. de primogenit. lib. 2. cap. 6. n. 64. §. & in hoc casu*, licet Centenaria sufficeret, *ex Rot. decis. 253. num. 6. & seqq par. 13. recent.* inferebant exinde resultare meliorem titulum de mundo absque ulla probatione pro libertate bonorum, late plures
10 referens *Rot. dict. decis. 253. n. 8. par. 17. Molin. de primogenit. lib. 4. cap. 10. n. 10. Castill. contr. lib. 5. cap. 93. §. 8. num. 10.*

Quoniam exceptio prædicta facto, nec iuri congruere visa est.

Non facto, quoniam verum non est descendentes omnes a Catharina filia Testatoris possedisse dd. Bona, tanquam libera, quippe constat D. Petrum de Pettinis filium dictæ D. Catharinæ possedisse eadem bona ex dicto titulo Fideicommissi ordinati a Francisco de Manuellis, ac ad eius favorem purificati, ut præbent Libri Decimarum, in quibus eadem bona reperiuntur descripta in eius faciem his verbis „ *quali Beni* „ *li sono pervenuti per eredità lasciatali da Francesco Manuelli, rogato* „ *Ser Antonio di Batista Bartolommei* „

Quæ sane descriptio non modo excludit D. Petrum filium D. Catharinæ, & nepotem Testatoris possedisse dicta Bona, tamquam libera, sed ex titulo tantum, & causa annui affictus ordinati ab Avo materno in Testamento, de quo supra. Verum etiam cum vixerit usque ad annum 1559. ut constat ex *Libris Decimarum*, dictaque bona fuerint vendita anno 1650. a D. Constantia eius pronepote, ultra exclusionem immemorabilis, tollitur etiam Centenaria (quatenus ex aliis utraque non excluderetur) quippe cum ad inducendam præscriptionem iuvari non possit nisi cum sua causa adminiculo possessionis pro dicto tempore, quo eadem bona fuerunt penes dictum D. Petrum nepotem Testa-
11 toris, ut ex *Leg. Pomponius §. cum quis ff. de acquirenda possessione*, optime in specie firmant *Castrens. cons. 238. in fin. lib. 2. Barbos. de præscription. in rub. tituli n. 259. & 260. & in Leg. si quis emptionis, §. sed hic n. 18. Bellamer. cons. 10. num. 7. Molin. de Primogenit. lib. 2. cap. 6. n. 72.* desunt novem anni ad complendum Centenarium.

Nec evitari potest ista responsio ex replicatione, quod ad perficiendam Centenariam ab anno 1559. quo decessit D. Petrus de Pettinis, eique successit D. Franciscus filius, facta declaratione in *Libris Decimarum* dicta bona sibi esse obventa per mortem, & hæreditatem Patris, computandi sint a dicto anno 1559. etiam anni, quibus post factam venditionem eorumdem bonorum a D. Constantia, anno scilicet 1650. hæc subinde fuerunt possessa a D. Petro, eiusque hæredibus de

Pellis

Pellis usque ad annum 1696. quo fuit mota lis, quibus attentis, praescriptio progrediatur usque ad annos 135. circiter.

Vel quia expressio praedicta in *Libris Decimarum*, cum facta fuerit ad elidendam solutionem gabellae, cui non est locus, quando filius non est haeres patris, licet per eius mortem succedat in bonis remansis 12
in alterius haereditate, tanquam Fideicommisso suppositis, attenta clara Sanctione *Statuti Gabellarum Civitatis Florentiae rub.* 15. §. *ma tutti quelli*, non operatur, quod filius dicatur succedere in dictis Bonis, tanquam libere remansis in haereditate patris, & exemptis a Fideicommisso, ut docet quotidiana praxis, sin minus pleraque Florentiae fideicommissa attentari possent, quod essent praescripta.

Vel quia hoc circumscripto, attenta declaratione praedicta delendum potius est tempus, quo post mortem dicti D. Petri vixit dictus Franciscus eius filius, nempe usque ad annum 1574.

Quandoquidem ex *Libris Decimarum* cum fuerint descripta dicta Bona in eius faciem, tanquam ipsi, ut supra, obventa per mortem, & haereditatem patris, convincitur adeptam fuisse possessionem eorumdem Bonorum ex primitivo titulo, sub quo ex iisdem *Libris Decimarum* apparebant praecedenter pervenisse ad eius Patrem, velut in fortioribus terminis, quod filius haeres patris absque alia circumstantia, & praesumptione censeatur scivisse, bona possessa a Patre esse Fideicommisso supposita, atque ideo, nec ex propria persona posse filium inchoare praescriptionem pro libertate bonorum, in quibus successit per mortem pa- 13
tris, optime firmant *Honded. conf.* 80. *n.* 42. *& seq. lib.* 2. late plures referens *Add. ad Molin. de Primogenit. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 70. *&* 71. *Fulgin. de emphyt. resol. Canonis qu.* 9. *n.* 14. *Rot. post Zach. de obligat. Cameral. dec.* 141. *num.* 19.

Rursus cum dicta D. Constantia mater D. Rei conventi desierit possidere civiliter, & naturaliter dicta Bona anno 1650. raque titulo venditionis transtulerit in dictum D. Petrum de Pellis, iuvari non potest ad complendam Centenariam subsequentibus annis, quibus Bona praedicta possessa fuerunt a dicto D. Petro de Pellis, cum praescriptio ultra annum 1650. sit destituta possessione penes dictam D. Constantiam, & dictum D. Senatorem Alamannum eius filium, quae sane pos- 14
sessio requirebatur tanquam unum ex principalibus requisitis praescriptionis, *Geminian. conf.* 123. *n.* 3. *Marant. de Remed. possess. n* 87. *Barbos. ad Leg.* 2. *Cod. de praescript.* 30. *vel* 40. *annor. n.* 12. *& seqq.*

Maxime quia cum D. Petrus de Pellis stipulatus fuerit sibi, suisque haeredibus esse cavendum, quatenus Bona praedicta non essent libera, multo magis excluditur continuatio praescriptionis in eius persona, 15
tanquam non qualificata ab animo praescribentis, *Fagnan. in cap. ad evidentiam de praescription. n.* 10. *Rot. Roman. decis.* 189 *n.* 7. *p.* 14. *rec.*

Hinc parum refert, quod post mortem D. Catharinae filiae Testa-

toris non fuerint per eius Descendentes reconducta Bona prædicta de quinquennio in quinquennium ab Hospitali Innocentium, nec soluta annua pensio librarum quadraginta, iuxta disposita in dicto Testamento a D. Francisco de Manuellis.

Quoniam ultra quod neutra ex prædictis negativis fuit probata per D. Reum conventum, ut omnino requirebatur, tanquam illam, al-
16 legantem, *Rembold. dec.* 287. *in fin. Carill. dec.* 44. *n.* 14. *& dec.* 202. *num.* 9. *par.* 11. *recent.*

Immo nec probata sufficeret, cum ex Actibus negativis non inducatur observantia, *Iason. in Leg. qui dotis* 106. *ff. de solut. matrim.*
17 *Vermigl. cons.* 200. *n.* 14. *Rot. dec.* 442. *n.* 9. *par.* 18. neque præscri-
18 ptio fideicommissi, late *Rot. dec.* 70. *n.* 4. *& seq. par.* 16. *rec.*

Multoque minus, quia Testator cum conductionem perpetuam ordinaverit, reconductio, quam dixit faciendam esse de quinquennio in quinquennium, non fuit adiecta ad effectum inducendi aliam condu-
19 ctionem, productivam novi tituli, sed ad faciliorem dominii probationem, de quo in contingenti non dubitatur, ex superius adductis §. *propterea* optime *Greg. dec.* 348. *ibique Addens*, *Duran. decis.* 402. *n.* 7. *D. Card. de Luc. de emphyt. disc.* 4. *n.* 10. *& disc.* 52. *n.* 17. *& seqq.* Et solutio non facta dicti annui affictus librarum quadraginta, referri posset ad tacitam conventionem, & compensationem solutionis, scilicet Decimæ factæ pro dictis Bonis a Descendentibus Testatoris, quæ iuxta ab eodem disposita, videtur esse ad onus dictis Hospitalis domini directi.

Cum non subsistat ex iam dictis bona fuisse possessa ab Ascendentibus D. Senatoris de Arrighis, tamquam libera per centum annos, immo oppositum constet, cessat per consequens obiectum Centenariæ præscriptionis, cui niti possit allegatio tituli pro libertate bonorum.

Et ex his labitur etiam obiectum adductum ad idem probandum, quod dicta bona fuerint possessa, tanquam libera, eo quod D. Constantia de Petrinis mater dicti D. Senatoris de Arrighis post mortem Domini Cammilli sui Patris successerit in portione illi obventa ex Bonis remansis in hæreditate Domini Francisci de Manuellis, quæ, supposito Fideicommisso, fuissent delata dicto D. Petro iuniori eius fratri, attenta dispositione præfati D. Francisci de Manuellis fideicommittentis, quod masculi essent fæminis præferendi.

Circumscripto siquidem huiusmodi probationem esse patentet æquivocam, quippe etiam in casu, quo dicta Bona fuissent remansa in hæreditate libera dicti D. Cammilli Petrini, pariformiter debuisset in
20 his succedere D. Petrus eius frater, exclusa D. Constantia nepte, attento *Statuto Florentia lib.* 2. *rubr.* 130. & nihilominus non successit, ut opponitur, propterea tribuendum est eius voluntati, vel incuriæ, nullumque fundamentum fieri posset in observantia prædicta, tanquam æqui-

æquivoca, *Abbas in cap. 2. num. fin. de censf. Rot. dec. 169. per tot.* 21
par. 1. recent. Dunozzett. sen. dec. 335. n. 3. D. Card. De Luc. de Feud.
disc. 3. n. 20. Rot. Florentin. penes Torr. de maiorat. dec. 20. num.
optime *Molin. de Primogen. lib. 2. cap. 6. n. 22.*

Cum Dom. Cammillus Petrini pater D. Constantiæ obierit anno 1626. longe a casu nostro distat Centenaria, cui niti posset præsumptus titulus libertatis bonorum.

Non denique subsisteret in iure obiecta præscriptio immemorabilis, seu centenaria, *ex Rot. Rom. dict. dec. 253. n. 6. & seqq. par. 13. recent. Molin. de Primogenit. lib. 4. cap. 10. n. 10. Castill. controv. lib. 5. cap. 93. §. 11. num. 10.*

Quandoquidem etiam in casu, quo bona prædicta, tanquam libera fuissent possessa per tempus immemorabile a Descendentibus ex D. Catharina filia Testatoris, adhuc non esset locus præscriptioni directi nec utilis dominii bonorum, de quibus agitur, licet sufficeret directum, vel utile tantum non esse præscriptum, ut teneretur dictus D. Senator de Arrighis ad præstandam cautionem prædictam.

Non esset utique præscriptum dominium directum contra Hospitale Innocentium, quoniam attento, ut supra, Testamento dicti D. Francisci Manuelli, bona prædicta cum titulo perpetuæ locationis fuerint translata in filiam, & cæteros descendentes Testatoris, iuncta acceptatione dictæ conductionis facta ab eadem filia, media solutione annui affictus, planum est, per quodcumque tempus etiam mille annorum dominium directum præscribi non posse contra dominum, *Bald., Salicet., & Castrens. in Leg. neque, Cod. de usufruct. Bald. de præscript. par. 4. qu. 11. Rot. dec. 141. n. 19. & 20. post Zacbiam de oblig. cameral.* Atque idipsum contigit in emphyteusi, vel feudo, in quibus contra Dominum non est locus cuicumque immemorabili præscriptioni, etiam millenariæ, *Bald. in Leg. si quis manso de contrav. Investitura num. 12. fol. 17. Peregrin. consf. 28. num. 12. & seq. lib. 1. Laraib. Theat. feudali par. 8. qu. 25. n. 8. & seqq. Fulgin. de emphyteus. qu. 9. de solut. canon. n. 5. Rosental. de feud. cap. 6. concl. 82. num. 34. & seqq. & concl. 84. per tot. D. Card. De Luc. de feud. disc. 3. n. 19. & 20. & in Supplement. tom. 1. disc. 3. in fin. & disc. 65. de emphyt. n. 2.* 22 23

Non esset denique locus præscriptioni utilis Dominii, tanquam, ut supra, fideicommisso suppositi, ad favorem Descendentium omnium a Testatore utriusque sexus, hiisque defectis, cum expressa declaratione, quod consolidari debeat cum directo.

Quandoquidem etiam in casu, quo præscriptio opponeretur a Tertio Possessore, in quem Bona fideicommisso gravata fuissent alienata, adhuc non esset locus immemorabili, utpote quæ non obtinet, quando, ut hic, constat, bona fuisse fideicommisso supposita, & sic agitur de immemorabili, impropria, & abusiva, velut testantur communiter 24

niter Doctores, duplici principaliter adducti ratione. Altera, quia plus operari non potest tacitum, quam expressum, fictum, quam verum, propterea cum non valeat Fideicommissarius alienare bona in præiu-
25 dicium Vocatorum, ita neque negligendo efficere ut præscribantur.

Altera, quia quemadmodum vocati ad fideicommissum ante purificatam conditionem succedere non valent, neque agere præsertim non nati, ita nec contra eos currit præscriptio immemorabilis, *Leg.*
26 *notissimi 7. §. illud Cod. de præscript. 30. vel 40. annorum*, *Bart. in Leg. cum scimus Cod. de agricol. lib. 11. Peregrin. cons. 28. num. 13. lib. 2.*
27 tanquam pœna negligentiæ non petentis, *Bald. in Authent. nisi Tricenna litt. C. de bonis maternis*, & cum hac opinione transeunt communiter Doctores, & præ cœteris *Crot. in Leg. filius familia §. Divi num. 141. ibique Alciatus n. 47. & Rip. num. 116. Natt. cons. 437. n. 5.* late *Kinscbild. de fideicom. cap. 16. n. 96. & seqq.* optime *Barbos. in Leg. cum notissimi §. illud Cod. de præscript. Covarr. in cap. possessor par. 3. §. 3. n. 6. Peregrin. dict. cons. 28. n. 14. lib. 1. & de Fideicom. art. 41. n. 16. & seqq. Betsius de pact. illustrium familiar. fol. 494. Fusar. de substitut. qu. 528. n. 4. Rot. dec. 161. n. 27. par. 15. & decis. 70. n. 8. & 12. & dec. 291. n. 12. par. 16. & dec. 366. n. 15. par. 19.* licet secus esset, quando agererur de immemorabili propria, principium aliquod non agnoscente, adeout præsumi posset derogatio
28 Principis, seu quod bona ante ordinatum fideicommissum fuissent alienata, ut bene conciliando, *Molin. Castill. & Rot. Roman. in dict. decis. 253. cor. Taia*, distinguunt eadem *Rot. Roman. dec. 291. n. 13. usque ad fin.* & signanter *num. 18. par. 13. R. P. D Rocca disput. 7. n. 23.* & confirmat eadem *Rot. Roman. dict. dec. 366. num. 15. par. 19. rec. cor. eodem Emin. Taia.*

Verum hæc quæstio prorsus cessaret in contingenti, quo prætenderetur decursa præscriptio immemorabilis pro tempore, quo Bona prædicta fuerunt possessa a vocatis ad successionem in fideicommiso, constituto, ut supra, in utili dominio, quibus in terminis
29 exemplo emphyteusis, seu feudi, a quibus valet arguere ad fideicommissum, ex *Menoch. cons. 702. n. 106. Peregrin. d. cons. 28. n. 14. lib. 1. Rot. dec. 143. n. 17. & dec. 348. n. 12. par. 15. recent* Emphy-
30 teuta enim, & Feudatarius, cum per quodcumque tempus, etiam mille annorum, præscribere non valeant, ex *Rosental.*, *Fulgin.*, *Card. De Luc.* aliisque proxime adductis §. *non esset utique*, ita nec Successor in Fideicommisso, ea manifesta ratione, in his siquidem præscriptionibus, cum requiratur Adversarius, qui sciat, & patiatur, non adest perso-
31 na, contra quam præscribatur, *Molin. de Primogenit. lib. 2. cap. 6. num. 22. ibique Addens*, quos cum aliis refert, & sequitur *Rot. Roman. cor. Peutingero dec. 211. num. 16.* & confirmat eadem *Rot. decis. 161. num. 28. par. 15. recent.*

Præ-

Prædictis accederet substitutio facta a Testatore ad favorem Hospitalis S. Mariæ Novæ in casu, quo fuisset contraventum ab Hospitali Innocentium, propterea, quando ex huius negligentia fuisset inducta præscriptio, hæc utique non fuisset decursa contra Hospitale S. Mariæ Novæ, utpote, quæ non currit contra Ignorantem ius suum, 32
Bartol. in Leg. cum filius familias §. in hac ff. de verbor. obligation. Rot. dict. dec. 143. *num.* 13. *par.* 15. vel saltem daretur restitutio in integrum, 33
Fusar. quæst. 528. *num.* 22. & sic semper verum esset, quod Dominus Reus conventus fuisset adstrictus ad præstandam cautionem prædictam. Et ita utraque &c.

Cammillus Finetti Supr. Magistr. Audit.

DECISIO XXXVI.

FLORENTINA EXECUTIONIS

diei 11. *Februarii* 1698. *cor. bo. me. Dom.* AUDIT. CAROLO BIZZARRINI.

ARGUMENTUM.

CReditori non competit Executio contra Fideiussorem pro Credito illiquido tam ratione Causæ, quam ratione Quantitatis. Conclusio, quod Pars certa, & liquida per incertum, & illiquidum retardari non debeat, quomodo accipienda sit explicatur?

SUMMARIUM.

1 *Pro Credito illiquido via executiva non competit.*
2 *Nulla est Executio pro Credito illiquido facta.*
3 *Liquidationis exceptio non censetur reiecta a Statuto omnes exceptiones reiiciente.*
4 *Creditum quando dicatur illiquidum ratione causæ?*
5 *Creditum ad hoc, ut possit dici liquidum, tale debet esse tam ratione quantitatis, quam ratione causæ.*
6 *Ratione quantitatis quando Creditum efficiatur illiquidum, & inexequibile?*
7 *Pars certa, & liquida per incertum, & illiquidum retardari non debet,*
8 *Regula hac quo in casu locum habeat explicatur,* & num. 9.
10 *Ubi Actio est certa, & clara, per exceptiones dubias, aut turbidas eius executio retardari non potest.*
11 *Solutiones a Debitore factæ in causam duriorem ex Legis præsumptione in dubio sunt imputandæ.*

12 *Exceptio solutionis in causam duriorem imputandæ, viam executivam impedit, & executionem obligationis etiam Cameralis retardat.*

13 *Ubi Actio est clara, & Exceptio pariter est clara, sed replicatio Actoris est turbida, Creditum dicitur illiquidum, & pro eo via executiva non competit.*



VEndiderunt de anno 1660. Olivus, & Franciscus de Olivis plures pecudes, capellas, & equas Benedicto Martellini pro pretio scutorum 600. solvendo ab Emptore intra terminum annorum decem, cum obligatione interim præstandi fructus recompensativos ad rationem quinque pro centenario, & sub fideiussione, & principali obligatione Dominici Galeotti, ut ex Apocha desuper celebrata de die 6. Octobris 1660.

Plura deinde inter easdem Partes negocia intercesserunt, & præsertim ab iisdem de Olivis, alia animalia prædicto de Martellinis in soccidam data fuerunt, ac demum de anno 1677. factis inter eos computis deventum, fuit ad declarationem, & solidationem sequentis tenoris „ Adì 24. Settembre 1677. Fatto conto, e saldo con gli Eredi „ di Benedetto di Pino da Castro di tutte le Bestie, che ha tenuto di „ mio, Vacche, Cavalle, Pecore, Capre, ed altro, e fatto buono i „ guadagni, e perdite di dette Bestie, conteggiato gli aiuti, che se „ gli davano, gl' interessi degli scudi 600. come per scrittura appare, „ conteggiato i saldi fatti fino a questo giorno, fattogli buono i Be„ stiami datoci in conto di mio avere, & ogni altra cosa insino a „ questo sopraddetto giorno restorno debitori in tutto, e per tutto di „ scudi 170. di lire 7. per scudo, dei quali scudi 170 gli detti Eredi „ si obbligano pagarne gl' interessi a ragione di scudi cinque per cento „ fino a che pagheranno la suddetta somma, così d' accordo &c. „

Sub die 27. Augusti 1697. Matthæus Olivi venditorum hæres executive egit in Curia Mercantiæ vigore Apocæ prædictæ diei 6. Octobris 1660. pro summa scutorum quinquaginta adversus Cosmam Galeotti Dominici fideiussoris hæredem; quo contradicente Dominus Iudex eiusdem Curiæ sub die 6. Martii subsequentis executionem confirmandam esse decrevit.

Causa per appellationem ad me devoluta in contrariam abii Sententiam, ac proinde executionem revocandam censui.

Ratio resolutionis fuit tum illiquiditas, tum turbiditas Crediti ex parte actoris.

Quoad illiquiditatem, indubitatum est pro credito illiquido viam executivam non competere, *Surd. decis. 26. num. 4. & seqq. Niger. de*
1 *exequt. cap. 5. num. 1. & seqq. Coler. de process. execut. par. 2. cap. 1. n. 1. & seqq. Ab Eccles. observ. 109. n. 3. & seqq. lib. 1. Mans. consult. 546. n.*

546. *n.* 8. *Card. De Luc. de credit. disc.* 164. *sub n.* 6. *D. Audit. Ansald. de Commerc. & Mercat. disc.* 38. *num.* 16. *& seqq. Rot. dec.* 131. *n.* 3. 4. *par.* 12. *rec.* & executionem pro credito, seu quantitate illiquida factam nullam esse, *Niger. de execut. dict. cap.* 5. *n.* 10. *Mans. dict. consult.* 546. *num.* 8. *Rot. dec.* 224. *n.* 1. *cor. Gregor.* 3

Et adeo privilegiata est liquidationis exceptio, ut etiam stante Statuto omnes exceptiones reiicientе, reiecta non censeatur, *Niger. de execut. dict. cap.* 5. *n.* 32. *&* §. 2. *n.* 5. *Surd. dec.* 26. *n.* 5. *De Luc. de credit. disc.* 148. *num.* 3.

Illiquidum autem visum fuit in casu nostro Actoris creditum tum ratione causæ, tum respectu quantitatis. Ratione causæ, quia diversi Contractus inter Venditores, & Emptorem celebrati fuerunt, unus 4 nempe venditionis, alter soccidæ animalium. De venditione constat ex Apocha. De soccida vero ex Testibus in processu examinatis, nec non ex solidatione „ ibi „ fatto conto, e saldo cogli Eredi di Benedetto di „ Pino da Castro di tutte le Bestie, che ha tenuto di mio, Vacche, „ Cavalle, Pecore, e Capre, & altro, e fatto buono i guadagni, e per- „ dite di dette Bestie, conteggiato gli aiuti, che se gli davano &c.„

Species, & expressio Vaccarum Soccidam manifeste convincit, cum venditio Pecudes solum, Capellas, & Equas, non autem Vaccas comprehendat. Computatio item lucri, & damni animalium, ac subsidia subministrata nonnisi in Soccida verificari possunt. Quare cum incertum sit, a qua causa dependat residuum debiti scutorum 170. an scilicet a venditione, vel a soccida, sequitur creditum, pro quo commissa fuit executio, liquidum dici non posse, cum ad effectum, ut tale dici valeat, nedum ratione quantitatis, sed & ratione causæ liquidum esse debeat, *Niger. de Execut. cap.* 5. *n.* 30. 71. *Coler. de process. execut. par.* 2. *cap.* 1. *num.* 7. 8. *&* 9. 5

Ratione etiam quantitatis creditum illiquidum visum fuit, quia, Venditores in computum pretii animalium, plura Bestiamina, aliasque Res incerti valoris receperunt, ut pariter constat ex solidatione „ ibi „ „ fattogli buono i Bestiami datici in conto di mio avere, & ogni al- „ tra cosa fino a questo sopraddetto giorno &c.„ Quotiescumque autem Creditor a Debitore res incerti valoris recepit, ex quibus creditum vel 6 extinctum, vel diminutum remanere potuit, eius creditum, licet ab initio certum, illiquidum, & inexequibile dicitur, *De Luc. de Iudic. disc.* 33. *n.* 42. *Rot. dec.* 124. *n.* 9. *cor. Cels. & dec.* 122. *num.* 18. *& seqq. post Merlin. de pignor. & dec.* 165. *n.* 47. *& dec.* 306. *num.* 45. *par.* 7. *& dec.* 131. *num.* 7. 8. *par.* 12. *& dec.* 384. *num.* 9. *par.* 15. *& decis.* 320. *num.* 28. *par.* 16. *& decis.* 36. *num.* 19. *par.* 17. *& dec.* 374. *num* 14. 15. *par.* 19. *recent.*

Nec obstare credidi, quod Creditor magnæ quantitatis impediri non debeat consequi totum creditum ob aliquas res, aut merces a debitore

tore recepras, sed relicta in suspenso illa summa, quam ad rationem quanti plurimi merces, aut aliæ res receptæ importare possunt, pro reliquo concedenda sit executio, ex regula, quod pars certa, & liqui-
7 da per incertum, & illiquidum retardari non debet *De Luc. de iudic. disc.* 33. *num.* 43. 44. 45.

Quia id bene procederet, ubi res per Creditorem receptæ sint certæ respectu ponderis, numeri, aut mensuræ, & solum incertæ sint
8 respectu valoris, ut puta, Creditor scutorum centum recepit a debitore decem staria frumenti, vel decem eados vini, vel decem Pecudes, hoc casu certum est, quod prohiberi non debet adversus debitorem executive agere pro consequendo residuo Crediti, quia hoc esset prohibere, ne creditor merces, aut alias res a debitore recipiat, sed relicta in suspenso summa, quam ad rationem quanti plurimi, decem staria frumenti, aliæque similes res certæ quantitatis valere possunt, pro residuo concedenda est executio, & in his terminis bene loquitur *De Luc. loc. cit.* secus tamen est, ubi res a debitore receptæ incertæ sunt tam re-
9 spectu quantitatis, quam respectu valoris, ut contingit in casu nostro, in quo incertum est, quot, & qualia animalia, & cuius valoris venditores in computum pretii receperint, hoc enim casu creditum undequaque illiquidum remanet, nec pro ullo residuo, aut quantitate, quæ certa, & liquida dici possit, executio concedi valet.

Quoad turbiditatem crediti; quamvis actio Olivi Creditoris ex obligatione Galeotti fideiussoris descendens sit certa, & clara, & ubi actio est certa, & clara, per exceptiones dubias, aut turbidas eius exe-
10 cutio retardari non valeat, ut optime deducitur in doctissimo motivo Domini mei Iudicis, a quo, ad tradita per *De Luc. de Credit. disc.* 60. *num.* 6. *Rot. decis.* 165. *num.* 2. *&* *decis.* 344. *num.* 2. *part.* 15. *&* *decis.* 344. *num.* 8. *par.* 18. *recent.* cum aliis in motivo allegatis.

Attamen in casu nostro exceptio pariter Galeotti fideiussoris est certa, & clara tam in facto, quam in iure. Excipit enim, quod inter Olivos Venditores, & Martellinum Emptorem, duo diversi Contractus intercesserint, unus venditionis, pro quo fideiussit, alter Soceidæ pro quo non fideiussit, & quod Venditor ab Emptore diversa animalia, aliasque res receperit, quæ in solutionem, & extinctionem causæ durioris, & debiti, pro quo fideiussit, cedere debeant.

Huiusmodi exceptio clara est in facto, quia ut diximus de Soccida, constat ex depositionibus Testium, & de receptis animalibus, aliisque rebus a Creditore in computum crediti constat ex ipsa solidatione.

Clara pariter est in iure, quia receptum est, ut ubi quis ex pluribus diversis causis creditor sit, solutiones a Debitore factæ in Causam duriorem, ex Legis præsumptione in dubio sint imputandæ ad
11 *Text. in Leg. certum* 3. *ff. de solution. Gratian. discept.* 224. *num.* 5. *Maur.*

Maur. de solut. cap. 9. num. 1. & seq. Mart. Med. examin. 15. num. 11. Durior autem Causa dicitur ea, pro qua fideiussor accessit, *Leg. & magis Leg. in his ff. de solut. Grattan. d. discept. 214. num. 70. & seqq. Maur. de solut. d. cap. 9. num. 9. & decis. 26. num. 16. Scacc. de commerc. & camb. §. 2. gloss 5 num. 98. Rot. decis. 99. num. 3. & 4. cor. Cavaler. & decis. 284. num 1. cor. Buratt. & ibi add. & decis. 554. num. 1. cor. Gregor. & decis. 278. num. 1. 7. post Pacific. de Salvian. & decis. 695. n. 2. part. 2. & decis. 457. n. 19. part. 9. rec.*

Et huiusmodi exceptio solutionis in causam duriorem ex præsumptione Iuris computandæ, adeo potens est, ut viam executivam impediat, & executionem obligationis etiam Cameralis retardet, *Grattan. d. discept. 224. num. 65 & discept. 962. num. 49. Rot. decis. 92. n. 1. 6. part 1 divers. & decis. 199. num. 7. 8. post Zacch. de obligat. Cameral.* 12

Clara igitur existente exceptione fideiussoris tam in facto, quam in iure, si qua adest in casu nostro turbiditas, ea provenit ex replicatione Actoris asserentis contra iuris præsumptionem solutiones a debitore factas in causam leviorem Soccidæ cessisse, & residuum debiti scutorum 170. a contractu venditionis, non vero a soccida pendere, quod altiorem indaginem requirit, & probatione opus habet, quæ nonnisi computis, ac libris exhibitis fieri valet.

Cum itaque in nostra hypothesi, tam *actio* ex parte Actoris, quam *exceptio* ex parte Rei sit clara, & solum turbida sit *replicatio* Actoris, intrat recepta conclusio, quod ubi *actio* est clara, & *exceptio* pariter est clara, sed *replicatio* Actoris est turbida, & altiorem requirens indaginem, creditum dicitur turbidum, & pro eo via executiva non competit, ut optime docent *Card. de Luc. de Camb. disc. 22. n. 4. Rot. decis. 57. num. 4. 5. 6. part. 2. divers. & decis. 526. num. 12. & decis. 559. num 9 part. 1 & decis. 597. num. 3. part. 2. & dec. 142. num. 10. part. 11. recent.* 13

Et ita utraque &c. *Carolus Bizzarrini Auditor.*

DECISIO XXXVII.

FLORENTINA DEVOLUTIONIS

Diei 19. Augusti 1698. cor. bo. me. D. Audit. Carolo Bizzarrini.

ARGUMENTUM.

Hæredibus Domini directi competit Actio pro petenda devolutione Bonorum in emphyteusim concessorum, si de Dominio directo, de Bonorum identitate, ac de fine lineæ constet; nec eis opponi potest

iest Qualitatis hæreditariæ defectus ex eo, quod ipsorum Auctor illegitimus fuerit, quoties legitimitas probatur ex quasi possessione, aliisque coniecturis, & præsumptionibus, quæ licet ad iustificandam propriam legitimitatem non sufficiant, sufficere tamen ostenditur ad illam Auctoris plene comprobandam.

SUMMARIUM.

1 *Probatis Dominio directo, identitate Bonorum, & fine lineæ primi Investiti, devolutio dicitur clara, & manutentio denegari non potest.*

2 *Fides solutionis Gabellæ Dotis, & Instrumentum Dotale sufficiunt ad probationem matrimonii.*

3 *Dos etenim sine matrimonio esse non potest.*

4 *Ex filiatione respectu Patris, & præcedenti matrimonio oritur præsumptio legitimitatis.*

5 *Quæ præsumptio est Iuris, & de Iure, adeout prætendenti illegitimitatem onus eam probandi incumbat.*

6 *Quando constat filium durante matrimonio ortum fuisse, tunc legitimitas nedum præsumitur, sed & probata dicitur.*

7 *Amplia ubi is, de cuius statu agitur, in quasi possessione legitimitatis constitutus reperitur.*

8 *Ex hac quasi possessione transfertur onus probandi contrarium.*

9 *Ex admissione ad paternam, maternamque successionem sufficiens legitimitatis probatio resultat.*

10 *Antequam quis describatur in Libris Tractarum Florentiæ Testes formiter examinantur ad probandam illius filiationem, & legitimitatem.*

11 *Quasi possessio legitimitatis probata dicitur ex admissione ad publica munera, & adducitur ratio.*

12 *Et ex matrimonio cum nobili Fæmina, quæ non præsumitur cum illegitimo nuptias contrahere voluisse.*

13 *Item ex appellatione* Fratris *aliorum filiorum legitimorum in Instrumento a matre condito.*

14 *Inadvertentia, & omissio Notarii non potest Partibus præiudicare.*

15 *Relativum* eorum Matris *de omnibus fratribus nemine excepto prædicari debet.*

16 *Assertio, quod quis sit filius emanata ab ipso Asserente in actu, quo condit Testamentum manifeste demonstrat eius filiationem respectu matris, & adducitur ratio* num. 17.

18 *Legitimitas non præsumptive, sed vere probari debet quoties est fundamentum intentionis Actoris.*

19 *Declara ubi Actor in Iudicio de propria legitimitate contendit, secus ubi agitur de probanda legitimitate Auctoris.*

20 *Præ-*

20 *Praesertim quando Auctor fuit in quasi possessione legitimitatis, quae omnibus successoribus ab eo causam habentibus suffragatur.*
21 *Et eo magis quando versamur in antiquissimis, quo casu indistincte plena legitimitatis probatio non requiritur.*



Omina Elisabeth Gaetani, vidua relicta a Domino Ioanne Francisci de Peruzzis, de anno 1510. vendidit, seu potius sub venditionis nomine in emphyteusim concessit, unam Domum cum tribus apothecis, aliisque pertinentiis Dominico Iacobi Del Ciaona, ementi „ pro se, & eius „ filiis, & descendentibus masculis legitimis, & natura- „ libus, & de legitimo matrimonio procreatis, seu procreandis, & tam „ natis, quam nascituris, & per lineam masculinam in perpetuum legi- „ time descendentibus, & non pro aliis „ cum pacto, quod „ deficien- „ tibus dicto Emptore, & eius filiis, & descendentibus praedictis, ita „ quod nullus eorum supersit in humanis, tunc, & eo casu Bona libere „ revertantur, & reversa esse intelligantur ad dictam Venditricem, & „ eius Haeredes cum omnibus eorum melioramentis „ prohibita ulterius d. Emptori, eiusque filiis, & descendentibus, vel alicui eorum, venditione, vel alienatione, aut ad longum tempus locatione in totum, vel in partem sine licentia dictae Venditricis, vel eius haeredum, sub poena caducitatis in casu contraventionis. Conventum item fuit, quod „ dictus „ Emptor, eiusque filii, & descendentes, & quilibet eorum in solidum „ solvere tenerentur quolibet anno dictae Venditrici, & eius haeredibus „ solidos quinquaginta „ pro annua recognitione, seu canone, cum hoc tamen, quod per cessationem a solutione dictae annuae praestationis, seu canonis Bona in commissum non caderent; & insuper, quod „ idem Em- „ ptor, eiusque filii, & descendentes tenerentur dictae Venditrici, & „ eius haeredibus quolibet anno in perpetuum donec vixerint, dare, & „ vendere omne litamen, quod haberent super dictis Bonis, pro pretio „ solidorum duorum pro qualibet salma „ Constituta item fuit ad favorem Emptoris, eiusque descendentium servitus aquae haustus ex puteo Domus magnae Palatii solitae habitationis praedictae Venditricis. Declaratum pariter, & conventum fuit, quod „ ad onera Decimarum, aliaque „ onera publica imposita, vel imponenda super dictis Bonis dictus „ Emptor, vel eius filii, & descendentes praedicti non teneantur; sed „ exinde debeant conservari indemnes a dicta Venditrice, & eius haere- „ dibus „ Huiusmodi venditio, seu potius emphyteusis, celebrata fuit pro pretio, seu laudemio, florenorum centum septuaginta auri largorum in auro, quos in actu Instrumenti dicta Domina Elisabeth ab Emptore recepit. Promisit insuper dicta Venditrix se facturam, & curaturam, „ quod Benedictus, Bartholomaeus, & Ioannes eius filii, & quilibet „ eorum in solidum cum erunt legitimae aetatis annorum decem, & octo

„ completorum se obligabunt ad defensionem, & de evictione in forma „ legitima, & valida „ Et ad maiorem Emptoris cauthelam „ Franciscus filius olim dicti Ioannis de Peruzzis Civis Florentinus, suo „ nomine proprio, & vice, & nomine Benedicti Bartholomæi, & Ioannis, eius fratrum, & filiorum olim dicti Ioannis, pro quibus, „ & quolibet eorum de ratho promisit, & se facturum, quod ratificabunt cum erunt legitimæ ætatis annorum decem, & octo completorum, alias de suo proprio observare „ Et ulterius „ præcibus, „ & mandatis dictæ D. Elisabeth ibidem præsentis in dicto Contractu „ venditionis, & in omnibus, & singulis in eo contentis, & in omnem „ eorum casum, & eventum, per dictam D. Elisabetham venditricem „ eorum matrem fideiussit, & fideiussor extitit, penes dictum Dominicum „ emptorem prædictum ibidem præsentem, & pro se, & dictis eius filiis, & descendentibus, pro quibus, ut supra emit, recipientem, & „ stipulantem, & promisit se facturum, quod dicta Domina Elisabeth, „ prædictam venditionem, & omnia, & singula per eam in dicta venditione, & contractu, ut supra promissa, facta, & gesta attendet, faciet, & observabit, temporibus, modis, & formis in dicto venditionis Contractu contentis, alias de suo &c. „ Prout hæc omnia clare patent ex publico Instrumento sub die 20. Novembris 1510. ex rogitu Ser Ioannis quondam Marci de Romena.

De anno 1553. sub die 15. Februarii idem Franciscus olim Ioannis de Peruzzis suum condidit Testamentum, in quo post plura legata, ac pias dispositiones, relicta usufructuaria omnium Bonorum suorum Domina Marietta Lorini eius Uxore, hæredem universalem instituit Ioannem Filium legitimum, & naturalem Bernardi Ioannis de Peruzzis, primi viri dictæ Dominæ Mariettæ, & dicti Testatoris privignum. Et in continenti, post conditum Testamentum coram iisdem Notario, & Testibus „ idem Franciscus de Peruzzis afferens qualiter „ Domina Elisabeth eius Mater, iam sunt anni octo, vel circa proxime elapsi, decessit ab intestato, relicto post se dicto Francisco eius „ filio legitimo, & naturali nato ex dicta Domina Elisabetha, & Ioanne de Peruzzis coniugibus, & nullis aliis relictis filiis masculis, aut „ aliis habentibus dictum Franciscum ab eius hæreditate excludere, vel „ cum eo in aliqua parte concurrere, & sciens, & cognoscens dictam „ hæreditatem esse potius utilem, & lucrosam, quam inutilem, & damnosam, sponte &c. omni meliori modo &c. dictam hæreditatem maternam sibi ab intestato delatam adivit, & in ea se immiscuit protestans velle commoda, & incommoda dictæ hæreditatis „ ut constat ex Testamento rogato dictis die, & anno a Ser Ioanne Petro quondam Torelli de Carmignanis.

A Ioanne Bernardi de Peruzzis, hærede testamentario prædicti Francisci de Peruzzis, ortus fuit Bernardus, a Bernardo Ioannes, & a Ioanne Dominus Bindus in præsenti Iudicio Actor. Do-

Domus a prædicta Domina Elisabeth Gaetani vendita, seu in emphyteusim concessa Dominico Iacobi Del Cianna, ad instantiam eiusdem Dominici emptoris, seu conductoris, in eius faciem descripta fuit in publicis Decimarum Libris, & ab inde usque ad annum *1696*. semper in eius linea, ac descendentia masculina permansit, ut constat ex iisdem libris, ac partitis Decimarum: numquam tamen, per tam longum temporis lapsum descendentes Dominici Del Cianna possessores dictæ Domus solverunt, vel saltem ignoratur, quod solverint Dominis de Peruzzis hæredibus venditricis, aut Dominæ Directæ, annuos solidos quinquaginta pro canone, seu recognitione conventos; itemque ignoratur, quod litamen promissum ad rationem solidorum duorum pro qualibet salma, præstiterint. Et vice versa iidem Descendentes, annua Decimarum onera, ad quæ ex pacto hæredes Venditricis tenebantur, Officio Decimarum, ut asseritur, solverunt.

Defecta de anno *1696*. per obitum Iacobi Del Cianna, universa linea, ac descendentia masculina Dominici primi emptoris, a Margarita filia Francisci, & hærede testamentaria Caroli fratris Del Cianna ex alia linea a Dominico descendentium, nec non a Catharina Margaritæ filia, ac Donataria universali, domus possessio appræhensa fuit. Econtra vero Dominus Bindus Peruzzi tamquam hæres mediatus Dominæ Elisabeth Gaetani venditricis prætendens ob finem lineæ, evenisse casum devolutionis, ac reversionis Domus ad hæredes cum omnibus melioramentis, iuxta pactum in Instrumento venditionis, seu Investituræ conventum adversus prædictas Margaritam, & Catharinam iudicium manutentionis, ac respective reintegrationis instituit.

Causa coram me introducta, & acriter discussa eumdem Dominum Bindum Actorem in possessione Domus controversæ manutenendum fore, & esse pronunciavi.

Ratio resolutionis fuit, quia ex parte Rearum impugnatum non fuit, nec *Dominium* respectu Domini directi, eiusque hæredum, nec *identitas Bonorum*, nec *finis Lineæ* primi Investiti: concurrentibus autem hisce tribus requisitis, devolutio dicitur clara, & Domino Directo, vel eius hæredibus, manutentio ratione civilis possessionis, pro recuperanda naturali, ab aliis occupata denegari non valet, ad tradita per 1
Fulgin. de divers. quæst. emphyt. qu. 7. in fin. Rot. dec. 359. n. 5. p. 5. & dec. 35. n. 1. par. 18. rec. & passim alibi.

Nec obstare credidi plures exceptiones ex parte Rearum oppositas.

Primo, opponebatur, D. Bindum Actorem, hæredem non esse D. Elisabeth Gaetani Peruzzi venditricis, adeoque nullam ei competere actionem, pro petenda devolutione Bonorum, favore hæredum, in casum deficientiæ lineæ Emptoris stipulata. Defectus qualitatis hæreditariæ ex eo desumebatur, quod Franciscus filius Ioannis Peruzzi non esset filius Elisabeth Gaetani eius uxoris, sed ex alia fœmina, extra figuram matri-

monii, a Ioanne susceptus, unde non potuerit eidem Elisabeth, quæ mater non erat, ab intestato succedere, eiusque hæreditatem in Ioannem Bernardi Peruzzi ex testamento transferre, & ex illius persona, in Dominum Bindum eiusdem Ioannis pronepotem transmittere.

Secundo excipiebatur, quod quatenus Domino Bindo petita manutentio, foret de Iure concedenda, competeret Reis conventis retentio Domus controversæ pro pluribus solutionibus ab earum Auctoribus, annuatim factis Officio Decimarum, ad quas hæredes Venditricis ex pacto tenebantur, imputatis tamen in dictis annuis solutionibus Decimarum, annuo Canone solidorum quinquaginta, quam Descendentes Dominici Del Cianna quot annis solvere debuissent.

Tertio, obiciebatur lapsus longissimi temporis duorum fere sæculorum, quo Bona a compræhensis in Investitura tamquam libera, & absque ulla canonis solutione possessa asserebantur, ex quo Reæ conventæ prætendebant, vel ius dominii directi, & libertatem Bonorum ab earum Auctoribus præscriptum fuisse; vel saltem vigore temporis plusquam Centenarii, allegari posse titulum allodialitatis, affrancationis, ac alium quemcumque titulum meliorem de mundo, ad repellendos hæredes Domini Directi ad devolutionem agentes.

Circa secundam exceptionem prætensæ retentionis pro credito solutionum Decimarum, oretenus tantum oppositam, & in actis non deductam nec probatam cum iustificatione assertarum solutionum in progressu Causæ ex parte Rearum, institum ulterius non fuit, adeoque super ea, nec cognovi, nec pronunciavi. Tota igitur controversia, ac disputatione ad primam, & tertiam exceptionem redacta, neutram ex iis Domino Actori officere existimavi.

Quoad primam non negabant Informantes pro Reis conventis Franciscum filium esse Ioannis Peruzzi, sed solum contendebant, cum filium non esse Elisabeth Gaetani eius uxoris, unde quæstio non erat super filiatione respectu patris, sed super filiatione respectu matris, seu quod idem est super legitimitate ipsius Francisci, & an esset ex uxore, vel alia fœmina susceptus.

Constabat in facto matrimonium inter Ioan. Peruzzi, & Elisabeth Gaetani de anno 1487. contractum fuisse, & quamvis ad illud probandum fides Parochi exhibita non fuerit, illud tamen ex parte Rearum non negabatur, & de eo sufficienter apparebat ex fide solutionis
2 Gabellæ dotis, & ex Instrumento dotali ibidem relato, quod ad probationem matrimonii sufficere, dixit *Rot. dec.* 130. *n.* 6. *par.* 2. *divers.* ea forti ratione, quia Dos sine matrimonio esse non potest, ad vul-
3 gatum *Text. in L.* 3. *ff. de Iur. dot.* Constabat pariter tum ex Fide Baptismatis, tum ex Libris Officii Tractarum, Franciscum Ioannis Peruzzi, natum fuisse de anno 1491. & sic de tempore constantis inter Ioannem, & Elisabeth matrimonii.

Con-

Constito igitur de filiatione Francisci respectu Ioannis Patris,
& de illius matrimonio cum Elisabeth, militat favore Francisci præ- 4
sumptio, quod legitimus fuerit, & ex uxore a patre susceptus, *Me-
noch. de præsumpt. lib 6. præsumpt.* 54. *num.* 20. *& seqq. Mascard. de
probat. conclus.* 799. *n.* 1. 2. *Paleot. de noth. & spur. cap.* 20. *per tot.
Peregrin. de Fideicom. artic.* 43. *n.* 90. 71. *Surd. de alim. tit.* 1. *quæst.*
10. *n.* 37. *Gratian. discept.* 969. *n.* 4. *Castill. controv. Iur. lib.* 6. *cap.*
124. *n.* 9. *Rovit. cons.* 62. *n.* 1. *tom.* 1. *& ibi Altimar. n.* 26. *Scopp.
ad Gratian. dec.* 89. *n.* 8. *Rot. cor. Coccin. dec.* 1790. *n.* 37. *& cor.
Manzaned. dec.* 722. *n.* 1. *& cor. Zarat. dec.* 15. *num* 49. 52. 53. *&
cor. Celso dec.* 226. *n.* 11. *& in recent. dec.* 201. *n.* 41. *& seqq. par.* 5.
& dec. 367. *n.* 26. *par.* 16. *& dec.* 14. *n.* 11. *par.* 17.

Quæ quidem præsumptio est Iuris, & de Iure, adeout præten- 5
denti illegitimitatem, onus eam probandi incumbat, *Scoppa ad Gratian.
decis.* 89. *num.* 9. 10. 11.

Eoque magis præsumptio prædicta efficax reputatur, quando ultra
filiationem respectu patris, & matrimonium præcedens, constat filium, 6
prout in casu nostro, constante matrimonio ortum fuisse, tunc enim
legitimitas nedum præsumitur, sed & probata dicitur, *Mascard. de pro-
bat. conclus.* 800. *n.* 1. *& seqq. addens ad Pamphil. dec.* 246 *n.* 13. *Rot.
cor. Coccin. dec.* 1369. *sub n.* 24. *& n.* 56. 57. *& decis.* 1453. *n.* 12. *&
dec.* 1579. *n.* 1. *& dec.* 1790. *n.* 1. *& seqq. & dec.* 1823. *n.* 12. *& in
recent. dec.* 16. *n.* 1. 2. *& dec.* 201. *n.* 1. *& seqq. par.* 5.

Prædicta fortius procedunt, ubi is, de cuius statu agitur, in 7
quasi possessione legitimitatis constitutus reperitur, *Menoch. præsumpt.*
54. *n.* 31. *lib.* 6. *Mascard. de probat. conclus.* 799. *n.* 8. *Gratian di-
scept.* 969. *n.* 6. *Rovit. cons.* 62. *n.* 2. *Rot. dec.* 201. *n.* 16. *par.* 5.
recent. Et ex quasi possessione legitimitatis, transfertur onus probandi 8
contrarium in Adversarium, *Gratian. decis.* 89. *n.* 8. *Rot. decis.* 1369.
n. 1. *& dec.* 1644. *n.* 26. *cor. Coccin. & dec.* 357. *n.* 2. *p.* 1. *divers.*

Plura autem concurrunt in casu nostro, quasi possessionem legi-
timitatis Francisci aperte denotantia.

Primo, quia ex libris Decimarum constat, ad successionem Bo-
norum paternorum admissum fuisse; itemque ex eius Testamento pa-
tet, maternam hæreditatem adivisse. Ex admissione autem ad succes- 9
sionem paternam, & maternam solis legitimis debitam, sufficiens quasi
possessio, & probatio legitimitatis resultat, *Rot. decis.* 15. *n.* 48. *cor.
Zarat. & dec.* 1369. *n.* 70. *& dec.* 1644. *n.* 22. *cor. Coccin. & dec.* 16.
n. 23. *par.* 5. *& dec.* 255. *n.* 6. *& seqq. par.* 9. *& dec.* 67. *num.* 2. 3.
par. 16. *recent.*

Secundo ex libris Tractarum Florentiæ (in quibus antequam quis
describatur Testes formiter examinantur ad probandam illius filiatio- 10
nem, & legitimitatem, ut testatur *Rot. decis.* 17. *num.* 4. *cor. Dunozz.*

Iun.) apparet Franciscum ad gradus, & honores publicos habilitatum, & admissum fuisse; ex quo pariter, quasi possessio legitimitatis, probata dicitur, cum gradus, & honores Reipublicæ, non nisi legitimis
11 conferri soleant, *Menoch. præsumpt.* 54. *num.* 38. *lib.* 6. *Rot. decis.* 229. *num.* 13. *part.* 10. & *decis.* 86. *num.* 13. 14. *part.* 12. & *decis.* 44. *n.* 14. & *decis.* 403. *num.* 18. *part.* 19. *rec.*

Tertio quasi possessio legitimitatis favore Francisci, oritur, ex matrimonio per ipsum contracto cum nobili Muliere Marietta Lorini; nec
12 enim verosimile est nobilem Fœminam, cum illegitimo, nuptias contrahere voluisse, ut recte ponderant *Gratian. discept.* 554. *num.* 51. *Rot. decis.* 99. *num.* 13. *coram Zarat.*

Quarto demum de quasi possessione legitimitatis Francisci satis, superque constat ex eo, quod in Instrumento venditionis, seu investituræ Bonorum de quibus agitur, præsente Domina Elisabeth, nomina-
13 tus fuerit *frater* Benedicti, Bartholomæi, & Ioannis aliorum filiorum legitimorum Ioannis sui Patris, ut recte notat *Rot. decis.* 637. *num.* 3. *coram Manzaned.* & *decis.* 443. *num.* 6. *cor. Pamphil.* & *decis.* 14. *sub num.* 16. *part.* 17. *recent.*

Concurrentibus omnibus iis circumstantiis, ac quasi possessione Francisci, de eius legitimitate, & quod filius esset Elisabeth dubitari non posse visum fuit.

Nec contrarium suadere potuit animadversio, quod in Instrumento venditionis, præsente Elisabeth celebrato, & in quo Franciscus pro ea fideiussit, numquam eius filius fuerit appellatus, nec Elisabeth eius Mater fuerit nuncupata.

Quia ex hoc unico actu negativo non nominationis filii, seu Matris, pernecesse non infertur, quod Franciscus filius Elisabeth non
14 fuerit, cum id imputari valeat incuriæ Notarii, ex cuius inadvertentia, & omissione, Partibus præiudicari non potest. Maxime quia si non expresse saltem tacite, & per relationem Elisabeth Mater Francisci in Instrumento nuncupatur. Ibi enim legitur, quod *Franciscus Filius olim dicti Ioannis Francisci de Peruzzis, Civis Florentinus, suo nomine proprio, & vice, & nomine, seu nominibus Benedicti, Bartholomæi, & Ioannis eius fratruum, & filiorum olim dicti Ioannis, pro quibus, & quolibet eorum de ratho promisit, & se facturum, quod ratificabunt cum erunt legitimæ ætatis annorum decem, & octo completorum &c.* & inferius & *sciens se non teneri, volens, precibus, & Mandatis dictæ Dominæ Elisabethæ Venditricis prædictæ ibidem præsentis, in dicto contractu venditionis, & in omnibus, & singulis in eo contentis, & in omnem eorum casum, & eventum, per dictam Dominam Elisabetham Venditricem eorum matrem fideiussit, & fideiussor extitit &c.* relativum illud *eorum*, non solum verificatur de dictis Bartholomæo, Benedicto, & Ioanne, sed etiam de Francisco præsente, & fideiubente, & pariformiter referri debet ad omnes fra-

tres,

tres, & respective filios Ioannis antea nominatos, inter quos etiam Franciscus continebatur, nec de illis tantum, & non de isto prædicari 15
valet, ad tradita per *Menoch. conf.* 390. *num.* 13. *Barbos. dict.* 103. *num.* 3. *& seq. Rot. decis.* 153. *num.* 1. *part.* 17. *recent.* unde tacita, & sufficiens resultat, etiam respectu Francisci, Matris nuncupatio.

Ponderando ulterius, quod idem Franciscus in suo Testamento occasione aditionis hæreditatis Maternæ expresse Dominam Elisabeth Matrem, seque eius filium nominat, ut patet ex illis Testamenti verbis *item incontinenti in eodem loco, & coram dictis Testibus, præfatus Franciscus de Peruzzis, asserens qualiter Domina Elisabetha eius Mater iam sunt anni octo, vel circa proxime elapsi, decessit ab intestato, relicto post se dicto Francisco eius filio legitimo, & naturali nato, ex dicta Domina Elisabetha, & Ioanne de Peruzzis coniugibus &c.* Huiusmodi assertio emanata a Francisco tunc morti proximo, in actu conditi Testamenti, coram Notario, & septem Testibus, inter quos aderat Parocus, optime 16
de eius persona & qualitate informatis manifeste eius filiationem respectu matris, seu eius legitimitatem patefacit, cum verosimile non sit ut constitutus in mala valetudine, & imminentis mortis cogitatione perterritus, mentitus fuerit, & se legitimum fingendo, ac maternam 17
hæreditatem usurpando, immemor salutis æternæ in peccato decedere voluerit, *Rot. decis.* 391. *num.* 7. *part.* 17. *& decis.* 168. *num.* 7. *part.* 18. *& decis.* 163. *num.* 14. *par.* 19. *recent.*

Nec refragatur legitimitatem Francisci, ex coniecturis, & præsumptionibus elicitam, attendendam non esse in casu nostro, quia Dominus Bindus est Actor, & legitimitas Francisci est fundamentum eius 18
intentionis, quo casu non præsumptive, sed vere probanda venit, *Mascard. de probat. conclus.* 799. *num.* 9. *& seq. Castill. controv. iur. lib.* 6. *cap.* 124. *num.* 12. *Card. de Luca de Fideicomm. disc.* 193. *num.* 17. *aliique relati in celebri, atque egregio Voto Domini Severoli in Romana Fideicommissi de Ceulis impresso in rec. decis.* 535. *num.* 73. *part.* 14.

Nam conclusio prædicta, bene procedit, ubi Actor in Iudicio de propria legitimitate contendit, secus autem ubi agitur de probanda le- 19
gitimitate Auctoris, nam tunc ad eam iustificandam leviores, & præsumptivæ probationes sufficiunt, *Gratian discept.* 468. *num.* 37. *Rot. cor. Puteo decis.* 77. *lib.* 3. *& decis.* 357. *num.* 9. *part.* 1. *divers.*

Præsertim quando, Auctor de cuius legitimitate quæritur, fuit prout in casu nostro, in quasi possessione legitimitatis, quæ omnibus successoribus ab eo causam habentibus suffragatur, *Rot. decis.* 1790. *num.* 12. 20
& decis. 1823. *num.* 69. *coram Coccin.*

Et eo magis quando versamur in antiquis, seu potius in antiquissimis, ut in nostra hypothesi, quo casu indistincte, plenam legitimitatis probationem non requiri docent *Peregrin. de fideicomm. art.* 43. 21
sub num. 71. *Mascard. de probat. conclus.* 799. *num.* 15. *Gratian. dec.*

89.

89. num. 19. & discept. 554. num. 49. & discept. 468. num. 36. & discept. 969. num. 5. Castill. controv. iur. lib. 6 cap. 124. num. 19. de Luca de fideicomm. disc. 193. num. 19. Rot. decis. 1369. num. 12. & seq. cor. Coccin. & decis. 15. num. 51. coram Zarat. & decis. 357. num. 8. part. 1. divers. & decis. 229. num. 17. part. 10. & decis. 44. num. 17. part. 19. recent.

Sublata igitur ex prædictis prætensa illegitimitate Francisci, & sic infectione medii, sublata remanet exceptio, quod Dominus Bindus non sit hæres Dominæ Elisabeth, cum eius hæreditas Francisco Filio ab intestato delata, & ab eo adita ex Testamento in Ioannem Bernardi Peruzzi, & ab eo postmodum in Bernardum, a Bernardo in Ioannem, & Bindum, & ab his in Dominum Bindum Actorem transierit. Et ita &c.

Carolus Bizzarrini Rotæ Auditor.

DECISIO XXXVIII.

EADEM FLORENTINA DEVOLUTIONIS SUPER CENTENARIA

eiusdem diei 19. Augusti 1698. cor. bo. me. Aud. Carolo Bizzarrini.

ARGUMENTUM.

EMphyteuta non potest vigore Centenariæ Possessionis absque ulla canonis solutione, nec Bonorum libertatem contra Dominum Directum præscribere, quando interversa non fuit ipsius Domini Directi Possessio; nec præsumptionem melioris Tituli allegare, quando de nova Possessionis causa non constar, quæ præambulum Emphytheusis titulum excludere, & allodialitatem præseferre valeat.

SUMMARIUM.

1 *Liberatio a solutione Canonis præscribi potest ab Empyteuta, eiusque successoribus 30. vel 40. annorum spatio.*

2 *Tertius, & extraneus præscribere valent ius directi dominii, si cum iusto titulo, & bona fide, rem emphyteuticam longo tempore possederint, & canonem non solverint.*

3 *Cum mala autem fide nullo unquam tempore, nec etiam Tertius præscribere potest.*

4 *Dominium Directum a die acquiescentiæ, & interversæ Possessionis præscribi potest ab Emphyteuta.*

5 *Dummodo tamen eidem non resistat sui ipsius, vel Auctoris mala fides.* 6 Si

6 *Si vero Domini Directi Possessio interversa non sit, libertas Bonorum ab Emphyteuta nunquam praescribitur.*

7 *Emphyteuta enim non sibi, sed Domino directo possidet, & absque possessione praescriptio non procedit.*

8 *Vel si possidet, naturaliter tantum possidet, & sola naturalis possessio ad praescribendum non prodest.*

9 *Viceversa Dominus Directus civiliter possidet, & adversus civiliter possidentem praescriptio non currit.*

10 *Titulus Emphyteusis inducit in Emphyteuta Rei alienae scientiam, & consequenter causat malam fidem cuiuscumque praescriptionis impeditivam.*

11 *Quae mala fides inficit etiam Haeredem, eumque ad praescribendum inhabilitat.*

12 *Generaliter mala fides Defuncti semper nocet successori universali, licet ex propria persona praescriptionem incohare velit.*

13 *Et nocet non solum primo, & immediato Haeredi, sed etiam aliis ulterioribus Haeredibus mediatis.*

14 *Hoc autem malae fidei obstaculum etiam in Centenaria, vel immemorabili locum habet.*

15 *Attenta siquidem Iuris Canonici censura, praescriptio etiam centenaria, & immemorabilis cum mala fide incipere, & currere nequit.*

16 *Centenaria facultatem praebet allegandi quemcumque titulum meliorem de mundo.*

17 *Et praesumere facit omne id, quod est possibile.*

18 *Etiam particularem conventionem, & pactum, imo est fortior pacto.*

19 *Praesumptio melioris tituli ob centenarium temporis lapsum desumi non potest ex inobservantia contractus, & adducitur ratio.*

20 *Inobservantia concludenter iustificari debet.*

21 *Negativa solutionis canonis ab allegante plene probanda est, sive sit Actor, sive Reus* num. 22.

23 *Quietantiae stare solent penes emphyteutas solventes, non penes dominos directos.*

24 *Ex eodem lapsu temporis elici nequeunt duae praesumptiones una tituli, & altera non solutionis canonis.*

25 *Praesumptio melioris tituli ex centenaria resultans non est Iuris, & de Iure, sed eliditur per contrarias praesumptiones*, num. 26.

27 *Quilibet ex titulo praeambulo semper possidere praesumitur, nisi alium diversum, ac legitimum titulum ostendat.*

28 *Successor in Emphyteusi semper ex titulo praeambulo Empyteusis possidere praesumitur.*

29 *Titulus Possessionis ex cursu temporis numquam praesumitur variatus, aut mutatus, nisi de mutatione aliunde evidenter appareat, vel nisi primus titulus fuerit invalidus*, num. 30. & 31.

32 *Em-*

32 *Emphiteuta, vel successores allegantes mutationem Possessionis debent illam concludenter probare.*

33 *Emphyteuta non potest sibi causam possessionis mutare, nisi alia causa extrinseca supervenerit, ex qua velle possidere tacite, vel expresse declaraverit.*

34 *Præsumptio Possessionis ex titulo præambulo procedit solum in Possessione de recenti, non autem in Centenaria, Contrarium* num. 35.

36 *Allegatio melioris tituli vigore centenariæ non prodest iis, qui pro aliis possident, nisi clarissime ostendant Domini possessionem intervertisse, & exponitur ratio* num. 37.

38 *Absque possessionis interversione centenaria, vel immemorabilis suffragari non potest.*

39 *Ter centenariam, aut immemorabilem tunc emphyteuta deducere potest meliorem titulum de mundo, quoties Bona possedit tamquam libera iure proprio exclusive ad qualitatem, & titulum emphyteusis*, & n. 40.

41 *Centenaria possessio absque solutione canonis non concludit, quod Bona ab Emphyteuta possessa fuerint tamquam libera, quando cessatio a solutione procedere potuit ex mutua debiti, & crediti compensatione*, & num. 42.



Uoad aliam exceptionem ex lapsu temporis plusquam centenarii deductam, eam pariter insubsistentem censui, sive in vim præscriptionis, sive in vim præsumptionis cuiuscumque tituli melioris de mundo, allegetur.

Quatenus attinet ad præscriptionem, cum materia præscriptionis Emphyteutæ adversus Dominum directum apud Doctores satis involuta reperiatur, idcirco pro clariori intelligentia, & dilucidatione, cum distinctione plurium diversorum casuum procedendum est.

Aut enim agitur de præscribenda adversus Dominum directum libertate a solutione canonis, aut de præscribendo iure directi dominii, & libertate bonorum emphyteuticorum.

Primo casu ubi agitur de præscribenda liberatione a solutione canonis receptum est, ut emphyteuta, eiusque hæredes, vel successo-
1 res triginta, vel quadraginta annorum spatio, absque solutione canonis possidentes, eam præscribere valeant *Maur. de solut. cap. 32. num. 14. & seq. Antonell. de temp. legal. lib. 2. cap. 88 num. 2. Cancer. var. resolut. par. 3. cap. 4. num. 175. & seqq Barbos. in Leg. 2. num 107. & seqq. P. de præscr. 30. vel 40. ann. Rot. decis. 659. in fin. par. 3. recent.*

Secundo casu, ubi agitur de præscribendo iure directi dominii, subdistinguendum est. Nam vel præscribere volens, est Tertius, seu

Extra-

Extraneus, qui rem emphytheoticam ab emphyteuta emit, vel alio titulo acquisivit; vel præscribere volens est ipsemet emphyteuta, aut eius hæres, vel successor.

Ubi agitur de Tertio, & extraneo, receptum pariter est, ut si cum iusto titulo, & bona fide rem emphytheuticam longo tempore possederit, & canonem non solverit, ius dominii directi præscribere 2
possit *Bald. de præscript. par. 4. partis 4. princip. q. 8. num. 4. Fulgin. de solut. canon. q. 9. num. 7. Corbul. de Caus. priv. ob non solut. canon. limit. 31. num. 3 Thesaur. decis. 179. num. 5. Antonell. de temp. legal. lib. 2. cap. 88. num. 15. Cancer. var. resol. par. 3. cap. 4. num. 185. Barbos. in Leg. 2. num. 202. & seq. C. de præscript. 30. vel 40. ann. Card. de Luca de emphyt. disc. 60. num 6.* cum mala autem fide, nul- 3
lo umquam tempore, nec etiam Tertius præscribere valet *Bald. d. q. 8. sub num 4. Fulgin. d. q. 9. sub num. 7. Antonell. d. cap. 88. num. 15. in fin.*

Ubi vero agitur de ipsomet emphyteuta, vel eius hærede, aut successore præscribere volente, & rursus subdistinguendum est. Nam vel ab Emphytheuta interversa fuit possessio Domini directi, vel non fuit interversa.

Primo casu, ubi fuit interversa possessio Domini directi, quando scilicet Emphyteuta, vel eius Successor a Domino requisitus pro recognitione Dominii, aut solutione Canonis, expresse recusavit, & ius Emphytheusis negavit, asserendo Bona libera, & allodialia esse, & Dominus directus acquievit, & tunc a die acquiescentiæ, & interversæ possessionis Dominium directum, & libertatem Bonorum præ- 4
scribere potest *Rosenthal. de feud. cap. 6 Conclus. 82. num. 15. & ibi late glos. lit. A. Bald. de præscript. part. 4. princip. quæst. 11. sub. num. 4. Maur. de solut. cap. 32. num. 7. 8. Cancer. var. resol. p. 3. cap. 4. num. 180. & seqq. Antonell. de temp. legal. lib. 2. cap. 88. num. 11. Barbos. in Leg. 2. num. 90. & seqq. & num. 98. & seqq. Cod. de præscr. 30. vel 40. ann.* dummodo tamen sui ipsius mala fides, aut Auctoris, eidem non resistat *Rosenthal. d. cap.* 5
6. conclus. 82. num. 15. in fin. Antonell. d. cap. 88. sub. num. 11. vers. Hoc tamen.

Secundo casu, quando possessio Dominii directi ab Emphytheuta, vel Successore interversa non fuit, communis est omnium sententia, quod quamvis longissimo tempore, etiam per mille annos Bona Emphytheutica possideat, & Canonem non solvat libertatem, & dominium adversus Dominum directum numquam præscribere potest *Bald.* 6
de præscript. p. 4. partis 4. princip. q. 8. sub. num. 2. & q. 11. sub num. 4. Fulgin. de solut. canon. q. 9. num. 1. & seqq. Corbul. de Caus. priv. ob non solut. Canon. limit. 31. num. 2. Thesaur. decis. 179. num. 2. & seqq. & ibi addens Rosenthal. de feud. cap. 6. Con-

clus.

82. *per tot. Barbos. in leg. 2. num. 63. & seqq. Cod. de prescript. 30. vel 40. ann. Maur. de solut. cap. 32. per tot. Antonell. de temp. legal. lib. 2. cap. 88. num. 5. Cancer. var. resol. p. 3. cap. 4. num 178. Cyriac. contr. 3. num. 78. 79. Gob. consult. 138. num. 16. de Luca de Emphyt. disc. 60. num 5. & de feud. disc. 70. num. 4. Rot. decis. 164. num. 1. p. 2. & decis. 161. num. 27. p. 15. recent.*

Huius autem impotentiæ præscribendi in Emphytheuta multiplex potest assignari ratio.

Primo quia Emphytheuta non sibi, sed Domino Directo possidet
7 & absque possessione præscriptio non procedit, *ad tex. in leg. sine possessione ff. de usurpat. & usucapion. Barbos. in leg. 2. num. 5. & seqq. & num. 52. Cod. de præscript. 30. vel 40. ann. Maur. de solut. cap. 32. num. 4. 5. Cancer. var. resolut. p. 3. cap. 4. sub num. 179.* Vel si possidet Emphytheuta, naturaliter tantum possidet, & sola na-
8 turalis possessio ad præscribendum non prodest, *Rosenthal. de feud. cap. 6. conclus. 82. in glos. lib. 5. circa med. Antonell. de tem. legal. lib. 2. cap. 76. num. 2. Barbos. loc. cit. num. 11. & num. 63. & seqq.*

Secundo quia viceversa Dominus Directus rem Emphytheuticam
9 civiliter possidet, & adversus civiliter possidentem, præscriptio non currit, *Add. ad Thesaur. decis. 179. lit. A Antonell de temp. legal. lib. 2. cap. 88. sub num. 5. Cancer. var. resol. p. 3. cap. 4. num. 178. 179. Barbos in d. leg. 2. num. 10.*

Tertio potissimum quia titulus Emphytheusis inducit in Emphytheuta rei alienæ scientiam, & consequenter causat malam fidem
10 cuiuscumque præscriptionis impeditivam, *Bald. de præscript. p. 4. part. 4. principal. q. 8. sub. num. 2. Fulgin. de solut. Canon. quæst. 9. num. 2. 5. 12. Corbul. de Caus. privat. ob non solut. Canon. limit. 31. num. 2. Rosenthal. de feud. cap. 6. conclus. 82. num. 3 Antonell. de temp. legal. d. cap. 88. num. 1. de Luca de Emphytheus. disc. 60. sub num. 5. Rot. decis. 164. num. 3. p. 2. & decis. 161. num. 27. p. 15. rec.*

Quæ quidem mala Fides, inficit etiam hæredem Emphytheutæ,
11 eumque ad præscribendum inhabilitat *Fulgin. d. q. 9. num. 5. Corbul. d. limit. 31. num. 3. Bald. de præscript. d. q. 8. sub num. 2. Rosenthal. de feud. cap. 6. conclus. 82. num. 10. 11. 12. Antonell. de temp. legal. d. cap. 88 sub num. 4. vers. ego vero Rot. decis. 164. num. 3. p. 2. & decis. 372. num. 3. 4. p. 4. Tom. 2. recent.* Et generaliter certum est malam fidem defuncti semper nocere Heredi, seu Successori universali præscribere volenti, etiam si uti nolit ac-
12 cessione temporis sui Auctoris, sed ex propria persona præscriptionem inchoare velit, *Facchin. contr. Iur. lib. 1. cap. 66. & lib. 8. cap. 27. Gratian. discept. 403. num. 15. & discept. 918. num. 42. Beltramin. ad Gregor. decis. 249. num. 6. Fontanell. decis. 443. num. 2. & seqq. Castill. de Tertiis cap. 26. num. 12. Bonden. collect. 48. num. 17. vol. 1.*

vol. 1. Mans. consult. 164. num. 14. 15. Episc. Rocca select. disput. cap. 149. num. 42. clar. mem. Dominus Auditor Urceolus de transact. quæst. 79. num. 33. Rot. decis. 137. num. 25. coram Ottobon. & decis. 548. num. 3. & decis. 731. num. 57. cor. Dunozz. Iun. & decis. 1753. num. 7. cor. Coccin. & decis. 30. num. 7. & decis. 33. num. 28. & seq. & decis. 50. num. 3. cor. Bich. & in recent. decis. 513. num. 10. part. 4. tom. 3. & decis. 373. num. 12. 13. part. 9. & decis. 30. num. 36. & decis. 118. num. 26. part. 10. & decis. 47. num. 11. part. 13. & decis. 17. num. 13. part. 18.

Et non solum mala fides defuncti nocet primo, & immediato hæredi, sed etiam aliis ulterioribus hæredibus mediatis, ut generaliter docent, *Adden. ad Gregor. decis. 449. num. 6. Gratian. discept. 403. num. 16. Mans. cons. 164 sub num. 15. Urceol. de transact. q. 79. num.* 13
33. Rot. decis. 513. num. 11. part. 4. tom. 3. recent. & in nostris terminis de hæredibus mediatis Emphyteutæ firmant *Fulgin. de solut. canon. d. quæst. 9. sub num. 5. & num. 14. Rot. decis. 372. num. 5. par 4. tom. 2. recent.*

Hoc autem malæ fidei obstaculum tam adversus Emphytheutam quam adversus eius hæredes immediatos, vel mediatos, nedum in præscriptione longi, seu longissimi temporis, sed etiam in Centenaria, vel Immemorabili locum habet, *Fulgin. d. quæst. 9. sub n. 5. & num.* 14
13. cum attenta Iuris Canonici censura, Centenaria, & Immemorabilis etiam præscriptio, cum mala fide incipere, ac currere nequeat, ut ex generali dispositione *text. in cap. fin. de præscript.* firmant post antiquiores *Fontanell. decis. 443. num. 7. Castill. de Tertiis cap. 26. num. 7. &* 15
seq. & num. 24. Barbos. ad Rub. Cod. de præscript. 30. vel 40 ann. num. 354. Adden. ad decis. 6. num. 108. & seqq. part. 3. recent. Mans. consult. 168 num. 54. 65. Palm. alleg. 69. num. 25. de Luca de Iudic. disc. 21. num. 14. Dominus Audit. Ansald. de Commerc. & mercat. disc. 95. num. 22. Rot. decis. 1806 num. 4. cor. Coccin. & decis. 372. num. 2. part. 4. tom. 2. & decis. 265. num. 17. part. 5. & decis. 191. num. 19. part. 8. & decis. 283. num. 12. part. 12. recent.

Prædictas Theoricas congrue ad factum applicando cum agamus de Emphytheuta, aliisque in Investitura compræhensis, & de præscribendo Iure directi dominii, ac libertate Bonorum, nec ullibi appareat de interversione possessionis Domini directi, vel eius heredum ex denegatione canonis, & subsequta acquiescentia, palam est Centenariam in vim præscriptionis allegatam, Reis conventis suffragari non posse.

Nec item eam suffragari posse putavi, etiamsi *in vim præsumptionis* melioris tituli de Mundo allegetur.

Quamvis enim Centenaria habeat vim famæ, ac privilegii, & facultatem præbeat allegandi quemcumque titulum meliorem de mundo, cumque ad favorem allegantis præsumere faciat, ad *text. in Leg. hoc* 16

iure §. *ductus aquæ ff. de aqua quotid. & æst.* & poſt plurimos, qui allegari poſſent firmant, *Altograd. conſ.* 3. *num.* 4. *& ſeq. lib.* 2. *Palm. alleg.* 203. *num.* 69. *& alleg.* 397. *num.* 40. *Bonden. collect.* 29. *num.* 3. *& ſeq. vol.* 2. *de Luc. de Emphyt. diſc.* 60. *num.* 3. *& ſeq. & deciſ.* 65. *num.* 5. *& de alienat. diſc.* 2. *num.* 8. *& diſc.* 3. *num.* 15. *& de Regal. diſc.* 47. *num.* 2. *& de Iur. patron. diſc.* 9. *num.* 9. *Epiſc. Rocc. part.* 7. *num.* 28. *& diſp.* 168. *num.* 1. *& ſeq. part.* 16. *& deciſ.* 709. *num.* 11. 12. *part.* 18. *& deciſ.* 152. *num.* 2. *& deciſ.* 364. *num.* 9. *part.* 19. *recent. Rot. Florent. penes Palm. alleg.* 327. *num.* 46. *& late in deciſ.* 29. *num.* 1. *& ſeq. cor. Urceol.* nec non præſumere faciat ve-
17 tum omne id quod eſt poſſibile, *Caſtill. de Tertiis cap.* 26. *ſub num.* 47. *Palm. alleg.* 203. *num.* 70. *& alleg.* 398. *num.* 41. *Urceol. d. deciſ. Florent.* 49. *ſub. num.* 1. *Rot. deciſ.* 172. *num.* 4. *part.* 13. *recent.* Itemque præſumere faciat particularem conventionem, & pactum, im-
18 mo fortior ſit pacto, *Rocc. diſput.* 168. *num.* 3. *&* 4. *Bonden. collect.* 29. *num.* 6. *Urceol. d. deciſ.* 49. *num.* 7.

Plures tamen concurrunt in caſu noſtro circumſtantiæ, quæ eius vim elidere, eamque inefficacem reddere videntur.

Primo enim præſumptio melioris tituli ob Centenarii temporis lapſum ex non facto, vel inobſervantia contractus deſumi, & inferri non
19 valet, quia ex iis, quæ non apparent nulla oritur præſumptio, *Felin. in cap. tum ex officio ſub num.* 13. *verſic. non obſtat de præſcription. Menoch. de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 131. *num.* 418. *Rot. dec.* 70. *n.* 4. *&* 5. *part.* 16 *recent.* vel ſaltem non factum, & inobſervantia
20 concludenter iuſtificari debet, *Rot. deciſ.* 70. *num.* 6. *part.* 16. *rec.*

In caſu noſtro præſumptio melioris tituli favore Emphyteutæ, eiuſque hæredum, ac ſucceſſorum ex ſolo, ac nudo facto poſſeſſionis per centum, & ultra annos continuatæ deſumi non valet, quia ſola & nuda poſſeſſio ad præcedentem titulum inveſtituræ referri debet. Deſumenda igitur eſt ex non facto, & inobſervantia contractus Emphyteutici, nam ex non ſolutione canonis per tam longum tempus quæ poſſeſſionem reddit æquivocam, & ad titulum allodii referibilem: verum nulla poteſt oriri præſumptio ex huiuſmodi non facto ſaltem quia iuſtificatum non fuit, ut debuerat, probando ſcilicet Negativam ſolu-
21 tionis Canonis, quæ a Margarita, & Catharina tanquam fundamentum earum intentionis probanda concludenter erat *Caſtill. de Tertiis cap.* 13. *num.* 17. *& ſeq. Epiſc. Rocc. diſp.* 189. *num.* 16. & regulare eſt quod negativa ab eo probanda ſit, qui in ea ſe fundat, ſive ſit Actor,
22 ſive Reus, *Maſcard. de probat. concl.* 1087. *num.* 1. *& ſeq. Manſ. conſ.* 136. *num.* 18. *Adden. ad Buratt. deciſ.* 10. *num.* 30. *de Luc. de cenſib. diſc.* 20. *num.* 9. *Rot. deciſ.* 341. *num.* 5. *part.* 15. *& deciſ.* 44. *num.* 4. *part.* 17. *recent.*

Nec ad eorum favorem probata dici poteſt ex eo, quod a Domino

no

no directo non doceatur de solutione, tum quia ob lapsum temporis probatio ei deficere potuit, tum quia quietantiæ penes Emphyteutas solventes, non penes Dominos directos stare solent, ut bene notat *Rot. decis.* 374. *num.* 19. *cor. Merlin.* 23

Non probata igitur negativa solutionis, nulla pro Reis ex contumacia emanare potuit præsumptio melioris tituli, nisi ex eodem cursu, & lapsu temporis, duas præsumptiones elicere velimus unam tituli, & alteram non solutionis Canonis, quod in iure non permitti, & absurdum esse dixit *Rot. decis.* 70. *num.* 7. *part.* 16. *& prius in decis.* 191. 24
num. 14. *&* 15. *part.* 7. *recent.*

Secundo præsumptio melioris tituli ex Centenaria resultans non est Iuris, & de iure, ut (quidquid dixerit *Rot. decis.* 29. *num.* 53. *part.* 6. *recent.*) bene probant *Pedroc. cons.* 36. *num.* 378. *Pariis cons.* 27. 25
num. 120. 121. *lib.* 1. *Gabr. de præsumpt. concl.* 1. *num.* 62. *Cravett. de antiquit. temporum part.* 4. §. *materia ista num.* 14. *Osasch. decis.* 101. *num.* 34. 35. *Castill. de Tertiis cap.* 26. *num.* 28. *Barbos. in Rub. Cod. de præscript. triginta vel* 40. *annorum num.* 360.

Sed est simplex præsumptio per contrarias probationes, vel præ- 26
sumptiones elidibilis, *de Luc. de iurisdict. disc.* 97. *sub num.* 10. *& de iure patron. disc.* 8. *num.* 7.

In nostra autem hypothesi, præsumptio melioris tituli adversus Dominum Directum ab Emphyteuta, eiusque successoribus allegata, elisa remanet ex alia validiori præsumptione, quod quilibet ex titulo præambulo semper possidere præsumitur, nisi alium diversum, ac legitimum titulum ostendat, *Seffe decis.* 156. *num.* 25. *Fontanell. dec.* 445.
num. 21. *Adden. ad decis.* 14. *num.* 36. *part.* 3. *recent. Rot. dec.* 257. 27
num. 4. *ead. part.* 3. *& decis.* 221. *num.* 12. *part.* 6. *decis.* 306. *num.* 15. *part.* 16. *& decis.* 121. *num.* 18. *part.* 19. *recent.*

Et in individuo, quod successor in Emphyteusi semper ex titulo præambulo Emphytheusis possidere præsumatur *Bald. de præscript. part.* 28
4. *quæst.* 11. *num.* 5. *Rosental. de feudis cap.* 6. *conclus.* 82. *num.* 10. *& in gloss. lib. C. & lib.* 5. *Cancer. var. resol. part.* 3. *cap.* 4. *num.* 192. *Rot. decis.* 161. *num.* 27. *part.* 15. *recent.*

Ubi non constat de vero titulo, & de possessione eius vigore semel capta, talis possessio ex cursu temporis nunquam variata, aut 29
mutata præsumitur, *Fontanell. decis.* 445. *num.* 25. *&* 26.

Nisi de mutatione aliunde evidenter appareat, *Rosenthal. de Feud.* 30
cap. 6. *concl.* 82. *in fin.* vel nisi primus titulus fuerit invalidus, *Add.* 31
ad decis. 14. *num.* 37. *part.* 3. *recent.*

Et Emphyteutæ, aut successoribus allegantibus mutationem possessionis incumbit onus eam concludenter probandi, *Rosenthal. de Feud.* 32
d. concl. 82. *num.* 27.

Quinimo, nec potest Emphyteuta sibi causam possessionis mutare, nisi

alia causa extrinseca supervenerit, de qua clare constet, & ex ea vel-
33 le possidere tacite, vel expresse declaraverit, *Rosental. d. conclus. 82. sub num. 8. & num. 23. Bald. de præscript. d. quæst. 11. num. 5. Fontanell. decis. 445. num. 27. Cancer. var. resolut. part. 3. cap. 4. num. 181. Barbos. in Leg. 2. n. 103. & seq. Cod. de præscr. 30. vel 40. ann.*

Nullibi autem constat in casu nostro, nec de nova causa superveniente, nec de animo Emphyteutarum tacite, vel expresse declarato mutandi causam possessionis, & consequenter mutatio fieri non potuit, vel saltem viget præsumptio, quod causa mutata non fuerit, quæ utpote fortior vincet aliam debiliorem præsumptionem, novi, ac melioris tituli ex centenaria resultantem.

Nec subsistit, quod præsumptio possessionis ex titulo præambulo procedat solum in possessione de recenti, non autem in centenaria, ut
34 incidenter dixit *Rota decis. 29. num. 56. 57. part. 7. recent.* Nam quod indistincte quælibet possessio etiam immemorabilis ex anteriori titulo continuata præsumitur, docent *Sesse decis. 156. sub num. 25. versic. &*
35 *quod continuatio Fontanell. decis. 445. n. 2. & seq.* ubi *de possessione 200. annorum.*

Tertio allegatio melioris tituli de mundo vigore centenariæ non prodest iis, qui pro aliis possident, uti sunt Emphytheuta, eiusque successores, nisi clarissime ostendant Domini possessionem intervertisse, *Rot.*
36 *decis. 81. num. 55. part. 18. recet.* & ratio adduci potest, quia non data interversione possessionis Domini causam primæ possessionis sibi mutare non possunt, *Bald. de præscript. part. 4. princ. quæst. 11. num.*
37 *5. Cancer. var. resol. part. 3. cap. 4. num. 177.*

Et quod absque interversione possessionis Centenaria, vel immemo-
38 rabilis suffragari non possit, *Rot. decis. 265. num. 36. part. 5. & decis. 97. num. 17. part. 13. rec.*

Quare cum in casu nostro de interversione possessionis Domini Directi per denegationem Canonis, & successivam acquiescentiam non constet, præsumptio melioris tituli ab Emphyteuta, eiusque successoribus allegari non potuit.

Quarto denique, tunc solum per Centenariam, aut immemorabilem Emphyteuta deducere potest titulum allodialitatis, affrancationis, aut quemcumque alium meliorem, quando Bona possedit tanquam libe-
39 ra, & allodialia iure proprio exclusive ad qualitatem, & titulum Emphyteusis, secus vero ubi sola possessio simpliciter accedit nullo expresso titulo, vel iure, ex quo sequuta sit, quia cum referri valeat ad Causam, & titulum Emphyteusis remanet æquivoca, & penitus irrelevans, ut in terminis Feudi egregie de more ratiocinatur *Card. de Luc. de Feudis disc. 3. n. 4.* sola enim & simplex possessio etiam millenaria favore Emphyteutæ, aut successorum, non operatur, nisi constet Bona
40 possessa fuisse, tanquam propria per actus univocos allodio, & non Emphyteusi

phyteusi convenientes, ut pluribus relatis firmat idem *De Luc. disc. 3. sub num. 19. versic. quia possessio*.

Alias sequeretur absurdum, quod cum Emphyteusis ad universam lineam, & descendentiam concessa penes unum Emphyteutam, eiusque familiam per sæcula durare soleat, adveniente casu devolutionis ob lineam finitam, possent hæredes ultimi defuncti sub Clypeo Centenariæ rem suam vero Domino auferre, contra omnem Iuris naturalis, & æquitatis rationem, ut optime ponderat idem *De Luc. d. disc. 3. num. 19. versic. ac alias*.

In nostra facti specie licet possessio per duo sæcula absque solutione canonis continuata qualitatem, & titulum Emphyteusis excludere, & allodialitatem præseferre videatur, tamen æquivoca remanet, & cum titulo Emphyteusis compatibilis; quia admisso citra veri præiudicium quod Domini directi annuum canonem nunquam exegerint, id evenire potuit non ex ipsorum negligentia, sed quia Emphyteutæ loco annui Canonis Dominis solvendi, annuas præstationes officio decimarum solverint, ad quas Domini directi ex pacto in investitura adiecto tenebantur: unde nulla potest considerari negligentia in Dominis directis, si Canones non perierint, dum debitores erant annuarum summarum, quas Emphyteutæ pro ipsis in maiori forte quantitate officio Decimarum solverant, & inter eos illius debiti, & crediti mutua compensatio indu- 41
cta censetur, ut bene ad rem notat *Ancharan. cons. 5. sub num. 5. vers. istud est pulcrum dubium* quem sequitur *Rot. decis. 17. num. 3 part. 4. tom. 1. recentior.*

Cum itaque cessatio a solutione Canonis ex parte Emphyteutarum procedere possit ex mutua compensatione debiti decimarum ab ipsis soluti, & ad Dominos directos spectantis, inde sequitur quod Centenaria possessio absque solutione Canonis non concludit per necesse quod bona ab Emphyteuta possessa fuerint Iure proprio, & tamquam libera, & allodialia exclusive ad qualitatem Emphyteuticam, sed remanet æquivoca, & ad titulum Emphyteusis congrue referibilis, & cum eo optime compatibilis, & per consequens ad inducendam melioris tituli præsumptionem suffragari non potest. Corruentibus itaque exceptionibus ex parte Reorum obiectis manutentionem Domini Bindo denegandam non credidi.

Et ita utraque &c.

Carolus Bizzarrini Rotæ Auditor.

DECISIO XXXIX.

FLORENTINA, SEU PISTORIEN. VENDITIONIS

diei 25. Septemb. 1698. cor. bo. me. Dom. AUDIT. CAROLO BIZZARRINI.

ARGUMENTUM.

Emptor si cum Venditore contraxerit de emenda tota aliqua Merce, pro eaque dederit Arrham, ac pretii partem ad computum exsolverit non potest deinde partem mercis pretio anticipate soluta respondentem solummodo recipere, sed totam mercem in contractum deductam accipere cogendus est; nec Venditor ad damna, & interesse tenetur, si quantitatem pretio soluto æquivalentem Emptori tradere recusaverit.

SUMMARIUM.

1 *De consensu Emptoris constat ex solutione pecuniæ tam pro arrha, quam ad computum pretii facta.*

2 *Pretium certum in venditionis contractu requiritur.*

3 *Incertum tamen dici non valet, ex eo, quod certa eius quantitas non appareat.*

4 *Venditio non redditur imperfecta, si pretium sit incognitum.*

5 *Res adhuc non existentes, sed possibiles, & futuræ vendi, ac emi possunt.*

6 *Verba Receputa* per a buon conto *in solutione adposita demonstrant eam non esse finalem.*

7 *Venditio unica, & unico pretio per pondera distributo facta, unica, & individua est.*

8 *Nec potest pro una parte adimpleri, pro alia vero non.*

9 *Venditor cogi non potest ad recipiendam dimidiatam pretii solutionem, cum regulare sit, ut Creditor dimidiatam solutionem recipere non cogatur*, & num. 10.

11 *Venditor si sit in mora tradendi tenetur Emptori ad damna, & interesse habita ratione quanti plurimi res vendi potuisset.*

12 *Debitor speciei non tenetur accedere ad Domum Creditoris, prout tenetur Debitor quantitatis.*

13 *Emptor ad traditionem rei venditæ agens debet prius conventum pretium offerre.*

14 *Et quidem integrum, adeout uno etiam nummo deficiente possit Venditor iuste rem Emptori denegare*, num. 15.

16 *Nec imputari potest Venditori, si rem tradere recusaverit, cum de Iure tradere non teneatur.*

17 Em-

17 *Emptor non potest sub praetextu non traditionis rei venditae a Venditore etiam expresse protestato damna, & interesse consequi, si deficiat integri pretii solutio, vel saltem oblatio.*
18 *Iudex ex officio supplere potest, ac debet exceptionem non soluti pretii.*
19 *Quae exceptio opponi valet adversus Emptorem ad retardandam etiam sententiae executionem.*
20 *In contractibus ultro, citroque obligatoriis ubi is, qui prius implere tenebatur, in adimplendo deficit, potest alter ex contrahentibus pro parte sua non adimplere.*
21 *Nec satis est docere de non adimplemento alterius contrahentis, sed opus est docere de adimplemento ex parte sua.*
22 *Immo secundus contraveniens primum contravenientem ad adimplendum cogere potest.*
23 *Quantitas iuramento liquidari potest ubi constat de substantia contractus, de quantitate autem pretii, vel rei non constat.*
24 *Quae liquidatio obtinet etiam in Emptione, & venditione.*


Endidit Bernardus Faldi Antonio Mariae Tozzini omne Tartarum, quod habebat, & habiturus esset in anno 1692. ad rationem librarum septem pro quolibet centipondio, & pro arrha talleros quinquaginta recepit, ut constat ex Chirographo, seu receputa sequentis tenoris.

A dì 9. Novembre 1692. in Pistoia.

„ Io Bernardo di Francesco Faldi ho ricevuto dal Sig. Anton „ Maria Tozzini cinquanta tolleri per caparra di tutta la Gruma di „ Taso, che si ritrova questo presente anno, e che farà a ragione di „ lire sette il cento; così restati d'accordo, e per esso Bernardo „ Faldi Silvestro Bonacchi mano propria „

Sub die 9. Martii 1693. idem Venditor ab Emptore recepit alios talleros centum ad computum pretii, ut pariter constat ex apocha de recepto sequentis tenoris. „ A dì 9. Marzo 1693. Io Bernardo Faldi ho ricevuto dal Sig. Anton Maria Tozzini, per dato da Iacopo „ Carotti suo Garzone tolleri cento a buon conto di Taso venduto„ gli, dico lire 600. e per non sapere scrivere detto Bernardo, pre„ gò me Silvestro Bonacchi, che facesse la presente ricevuta, ed in „ fede mano propria. „

Post hanc celebratam venditionem tam Emptor, quam Venditor fere per triennum siluerunt, nec unus ab altero contractus adimplementum petiit. De anno 1695. Tozzinus Emptor praetendere coepit, se tantum dumtaxat emisse Tartari quantitatem, quantum ad rationem librarum septem pro centenario importare possent tallari centum quinquaginta iam Venditori exbursati, ac propterea de mense Septembris Pisto-

Piſtorium adiit, paratus ad recipiendum tantam Tartari ratam, æquivalentem prædictæ ſummæ tallarorum centum quinquaginta. Prætendens vero Faldius Venditor ſe vendidiſſe totum Tartarum de anno *1692.* collectum, ac proinde Emptorem teneri ad ſupplendum reſiduum pretii uſque ad integrum totius Tartari valorem, denegavit tradere eam quantitatem, quam ſolum pro rata tallarorum centum quinquaginta Emptor petebat, declarans totum, non autem dimidiatum Tartarum tradere velle.

Quapropter Tozzinus ſub die 10. Septembris *1695.* iudicialiter in Curia Mercantiæ Venditorem interpellavit ad ſibi tradendum tantum Tartarum, quantum importarent tallari centum quinquaginta, ſoluti pro integro pretio, & valore totius Tartari empti, & venditi, alias traditione non facta proteſtatus fuit de omnibus damnis, expenſis, & intereſſe. Cui interpellationi Bernardus Venditor *reſpondit*, venditum fuiſſe totum Tartarum de anno *1692.* paratum, *adeoque* Emptorem teneri ad ſolvendum illius integrum pretium, & valorem, proteſtans, e contra de omni damno, periculo, & intereſſe, tam lucri ceſſantis, quam damni emergentis.

Cauſa deſuper agitata, ac mihi a Dominis ſex Officialibus Curiæ Mercantiæ ad referendum commiſſa, retuli, Tozzinum condemnandum fore, & eſſe ad recipiendum totum, & integrum Tartarum de anno *1692.* a Faldio Venditore paratum, in quantitate per Inſtrumentum venditionis liquidanda, & ad ſolvendum integrum pretium ad rationem librarum ſeptem pro centenario, imputatis in pretio tallaris centum quinquaginta antecedenter ſolutis.

De validitate venditionis dubitari non poſſe viſum fuit, cum in ea concurrant omnia ſubſtatialia, ac vulgata requiſita, res, nempe, *pretium*, & conſenſus.

De conſenſu conſtat ex Chirographo ſuperius enunciato, & præ-
1 ſertim ex iis verbis „ così reſtati d' accordo „ nec non ex ſolutione pecuniæ tam pro arrha, quam ad computum pretii facta.

De pretio pariter conſtat, & quidem certo, prout requiritur ad *Text. in* §. *pretium inſtit. de Empt. & Vendit. Leg. hac venditio* 7. §.
2 *fin. ff. de contrab. empt.* Nec incertum dici valet, eo quod certa eius quantitas non appareat, quia cum conventum fuerit ad rationem librarum ſeptem pro quolibet centipondio, & per ponderationem ſit
3 ratificabile, incognitum potius, quam incertum dicitur, ac propterea imperfectam venditionem non reddit, *Text. in d. Leg. Hac venditio* §.
4 *1. ff. de contrab. empt. de Francb. deciſ. 23. num. 3. de Roſ. conſult. 68. num. 7. Epiſc. Rocc. diſput. 134. num. 9. 10.*

De re item certa in contractum deducta, nempe de Tartaro evidenter apparet. Nec invalida dici poteſt venditio ob incertitudinem rei, reſpectum Tartari de tempore contractus penes Venditorem non extan-

extantis, sed parandi, & colligendi, cum receptum sit, ut res adhuc in rerum natura non existentes, sed possibiles, & futuræ vendi, ac emi possint, ut fructus futuri, partus ancillarum, fœtus Pecudum, & similia, *Leg. nec emptio ff. de contrahend. empt. Gomes. var. resol. tom.* 5. 5
cap. 2. *num.* 7. *& ibi Ayllon. num.* 6. *Mantic. de tacit. lib.* 4. *tit.* 2. *num.* 2. *Mozz. contract. rubr. de empt. & vend. tit. quæ res emi possint num.* 16. *Roderic. de ann. reddit. lib* 1. *quæst.* 12. *num.* 38 *Grat. discept.* 756. *num.* 52. *Mangill. de evict. quæst.* 105. *num.* 8. *Molin. de contract disput.* 340. *num.* 17. *Gusman. de evict. quæst.* 21. *n.* 15. *& seq. Hermosill. ad Leg. partit. gloss.* 1. *lib.* 11. *tit.* 5 *part.* 5. *num.* 3. *Sammintat. controvers.* 42. *num.* 4. *Gall. de fructib. disput.* 2. *artic.* 2. *num.* 7.

Posita validitate venditionis certum visum fuit, eam comprehendere non solum Tartari quantitatem æquivalentem summæ tallarorum centum quinquaginta, sed totum Tartarum, quod de anno 1692. Venditor habebat, & habiturus fuisset, ut manifeste demonstrant verba illa Chyrographi ,, di tutta la Gruma di Taso, che si ritrova questo ,, presente anno, che sarà &c. ,, Et comprobant illa verba receptæ tallarorum centum ,, per a buon conto ,, in solutione apposita, quæ indicant, eam non esse finalem, nec importent solidationem pro toto 6
contractu, *Rot. decis.* 840. *num.* 7. *cor. Merlin. & decis.* 56. *num.* 4. *part.* 12. *recent.*

Hinc clara resultat iniustitia prætensionis Emptoris volentis Contractum dividere, & Tartarum pro rata solum tallarorum centum quinquaginta recipere, nam cum venditio unica fuerit, & unico pretio per pondera distributo facta, unica, & individua fuit, *Cephal. cons.* 407. *n.* 7
45. *Mantic. de tacit. lib.* 4. *tit.* 19. *num.* 65. *Palm. alleg.* 8. *num.* 9. *Rot. Lucen. in recollect. per eumd. Palm. decis.* 76. *num.* 14. *tom.* 1. *Rot. decis.* 184. *num.* 1. *part.* 9. *recent.* nec poterat scindi, & pro parte valere, & adimpleri, pro alia vero non valere, & non adimpleri, *Cephal. d. cons.* 407. *num.* 46. *Mart. d. tit.* 19. *sub num.* 65. *Surd.* 8
decis. 114. *num.* 21. *Dominus Audit. Ansald. de commerc. & mercat. disc.* 56. *sub num.* 23. & attenta individuitate contractus, sicuti Emptor cogi non poterat ad recipiendam dimidiatam Tartari traditionem, ita nec cogi poterat Venditor ad recipiendam dimidiatam pretii solutionem, *Rot. decis.* 471. *num.* 36. *part.* 9. *recent.* cum regulare sit, ut 9
creditor dimidiatam solutionem recipere non cogatur, *Surd. decis.* 186. 10
num. 2. *Cyriac. controvers.* 327. *num.* 38. *Maur. de solution. cap.* 30. *num.* 3. *& seqq.*

Hinc pariter incongrua detegitur altera Emptoris prætensio damnorum, & interesse adversus Venditorem ob eius moram in non tradendo Tartarum petitum. Quamvis enim Venditor, si sit in mora tradendi, teneatur Emptori ad damna, & interesse, habita ratione quanti plu-

plurimi, res vendi potuisset, *Altograd. cons. 45. num. 4. lib. 2. Cyriac.*
11 *controv. 226. num. 73. Rub. ad dec. 1. num. 75. part. 8. recent. Card. de Luc. de Empt. disc. 14. num. 8. & disc. 15. num. 2. Rot. dec. 346. num. 1. 2. cor. Duran. & decis. 173. num. 15. & decis. 471. num. 1. 2. 3. & decis. 489. num. 1. 2. part. 9. recent.*

Ad effectum tamen, ut condemnatio ad damna, & interesse locum habere possit, duæ circumstantiæ concurrere debent.

Primo probare debet Emptor, se tempore congruo adfuisse in loco destinato, paratum cum omnibus necessariis ad recipiendam rei venditæ traditionem, alias Venditor in mora dici non potest, cum Debitor speciei non teneatur accedere ad domum Creditoris, prout tenetur Debi-
12 tor quantitatis, *Mascard. de probat. conclus. 1067. num. 23. Leotard. de usur. quæst. 81. num. 44. Giurb. decis 114. num. 5. Altogr. cons. 45. sub num. 3. lib. 2. Add. ad Buratt. decis. 571. num. 7. de Ros. cons. 68. num. 27. 28. Mans. cons. 415. num. 18. De Luc. de Empt. disc. 14. num. 10. & disc. 15. num. 3. Rot. dec. 1884. num. 2. cor. Coccin. & decis. 219. num. 7. 17. part. 5. & dec. 173. num. 16. 17. & decis. 471. num. 12. & seq. part. 9. recent.*

Secundo probare debet, se pretium rei venditæ Venditori obtulisse, cum Emptor ad traditionem rei venditæ agens, debeat prius con-
13 ventum pretium offerre, ad *text.* expressum in *Leg. Iulianus 15. offerri ff. de act. empt. Leg. si Pater Cod. eod. Leg. cum fundus §. 1. ff. de reb. credit. Leg. fistulas §. qui fundum ff. de contrahed empt. Gratian. discept. 325. num. 1. & seq. & discept. 1000. num. 25. Mangil. de evict. quæst. 33. num. 26. Scacc. de commerc. & camb. §. 1. quæst. 5. sub num. 20. Conciol. alleg. 54. num. 29. Hermosill. ad Leg. partit. gloss. 1. Leg. 27. tit. 5. part. 5. num. 3. & gloss. 2. num. 2. Mans. cons. 535. num. 1. De Luc. ad Gratian. discept. 325. num. 3. Gob. cons. 136. num. 8. Rot. decis. 230. num. 1. & seq. part. 15. recent.*

Pretium autem integrum ab Emptore offerri debet, nec sufficit
14 partem offerre, *d. Leg. Iulianus §. offerri ff. de act. empt. Hermosill. ad Leg. partit. gloss. 1. lib. 27. tit. 5. part. 5. num. 3. Rot. decis. 230. num. 3. part. 15. recent.* adeout uno etiam nummo deficiente possit Venditor iuste rem Emptori denegari, ac pro se retinere, *Hermosill.*
15 *d. gloss. 1. lib. 28. num. 4. Posth. resol. 79. num. 9. 10. Rub ad decis. 16. num. 53. part. 18. recent.*

Nec imputari potest Venditori, si ante solutionem, vel oblationem integri pretii, rem tradere recusaverit, cum de iure tradere non tenea-
16 tur, *Sanfelic. dec. 216. num. 2. Rot. Genuen. decis. 214. n. 2. Mans. cons. 5. num. 33. Rot. Flor. penes eumd. cons. 343. num. 97. 98.* deficiente integri pretii solutione, vel saltem oblatione, non potest Emptor sub prætextu non traditionis rei venditæ a Venditore etiam ex-
17 presse protestato, damna, & interesse consequi, *Balducc. ad Ramon. cons. 7. n. 52. Rot. dec. 320. per tot. part. 15. rec.* Adeo

Adeo enim privilegiata est non soluti pretii exceptio, ut Iudex ex officio eam supplere possit, & debeat, *Gratian. discept.* 325. *num.* 18
8. 9. 15. 16. *& ibid. add. de Luc. num.* 4. *Rot. Genuen. decis.* 214. *num.* 3. *Rot. decis.* 230. *num.* 6. 7. 8. *part.* 15. *recent.* & ad retardandam etiam executionem sententiæ adversus Emptorem opponi valeat, 19
Gratian. discept. 325. *num.* 19. *& seq. & ibid. De Luc. num.* 5. *Rot. d. decis.* 230. *num.* 26. *part.* 15. *rec.*

In casu nostro satisfecit quidem Tozzinus primo requisito, adeundo scilicet Pistorium cum omnibus necessariis ad recipiendam Tartari traditionem. Defecit tamen in secundo, quia nedum residuum pretii totius Tartari non solvit, seu obstulit, sed e contra limitatam petiit Tartari quantitatem ad ratam tallarorum centum quinquaginta antea solutorum. Faldius vero non simpliciter, & absolute denegavit Tartari traditionem, sed solummodo dimidiatam, & ante integram pretii solutionem tradere recusavit, ut clare deponunt duo Testes a Tozzino inducti, & iudicialiter examinati,

Nulla igitur considerari potest mora Faldii Venditoris, si, renuente Emptore integrum totius Tartari venditi pretium solvere, illud non consignaverit, cum, ut iam diximus, integro pretio non soluto, & vel uno nummo deficiente Venditor rem tradere non teneatur; & ratio est, quia in contractibus ultro citroque obligatoriis, ubi is, qui prius implere tenebatur, in adimplendo defecit, potest alter ex contrahentibus pro parte sua non adimplere, *Posth. resol.* 114. *num.* 21. *& seq. Rot. decis.* 20
368. *num.* 2. *part.* 4. *divers.* nec satis est docere de non adimplemento alterius contrahentis, sed necesse est docere de adimplemento ex parte sua, *De Luc. ad Gratian. discept.* 325. *num.* 1. *Rot. decis.* 1884. *n.* 21
2. *cor. Coccin.* imo secundus contraveniens primum contravenientem ad adimplendum cogere potest, *Rot. decis.* 368. *num.* 2. *& decis.* 369. *n.* 22
2. *part.* 4. *divers. & decis.* 819. *num.* 2. *cor. Buratt.*

Ex prædictis itaque motus fui ad condemnandum Tozzinum Emptorem ad solvendum integrum pretium, & recipiendum totum Tartarum, quod de anno 1692. paratum Faldius habebat. Quia vero incerta erat quantitas Tartari de dicto anno 1692. ab eodem Faldio collecti, dixi quantitatem iuramento Venditoris liquidandam fore, nam ubi constat de substantia Contractus, de quantitate autem pretii, vel rei in contractum deductæ non constat, quantitas iuramento liquidari 23
potest, ad *Text. in cap. ex literis de iureiurando*, ut generaliter docent *Mascard. de probat. conclus.* 1080 *num.* 21. *Marant. in prax. part.* 6. *in verb. defertur aliquando iuramentum num.* 21. *Hermosill. de Leg. partit. gloss.* 7. *lib.* 9. *part.* 5. *tit.* 1. *n.* 79. *Parlador. rer. quotid. part.* 2. *cap.* 24
18. *n.* 1. *& seq.* & in terminis emptionis, venditionis probant *Parlador. d. cap.* 18. *n.* 2. *vers. ex his attamen Hermosill. ad Leg. partit. gloss.* 1. *Leg.* 1. *tit.* 5. *part.* 5. *sub n.* 11. *vers. in hoc casu.*

Et ita utrique &c *Caolus Bizzarrini Rotæ Audit.*

DE-

DECISIO XL.

FLORENTINA PECUNIARUM

diei 1. *Aprilis* 1699. *cor. bo. me.* AUD. ALEXANDRO BELLUZZI.

ARGUMENTUM.

SOcius, qui ante computorum solidationem suum recepit Capitale a nova Ratione post dissolutionem antecedentis instituta, tenetur actione pro Socio ad coæquationem Partium, si computis postea solidatis adpareat, ipsum maiorem, quam debebat, partem recipisse. Ex quibus dignoscatur accollatos non fuisse a nova Ratione. Effectus, & nomina primæ Rationis dissolutæ? Assignatio facta per Socios novæ Rationis Capitalium ab antecedenti Societate sibi respective restituendorum importat ne Dationem in solutum, & novæ Societatis in locum primæ subrogationem? negative resolvitur.

SUMMARIUM.

1 *An Socius, finita Societate, exigere possit Capitale ante computorum solidationem, disputatur apud Doctores.*
2 *Computis solidatis si appareat unum ex Sociis maiorem partem exegisse, tenetur quod plus exegit aliis communicare.*
3 *Iniquum est enim inter plures Socios unum altero plus consequi.*
4 *In hac materia melior non dicitur occupantis conditio.*
5 *Accollatio non præsumitur facta, præsertim nulla subsistente causa.*
6 *Accollatione facta cessat omnino Interesse Socii primæ Societatis.*
7 *Cessio simplex non liberat debitorem, sed tantum importat mandatum ad exigendum.*
8 *Accomandans non tenetur pro facto Institoris ultra Capitale in Societate collocatum.*
9 *Socius antiquæ Societatis non est Socius novæ in locum illius subrogatæ.*
10 *Actione pro Socio fit repetitio eius, quod unus ex Sociis plus exegit; ac propterea Actio ista non decennio præscribitur, sed triginta annorum spatio*, num. 11.
12 *Favore unius Socii non debent cæteri prægravari omnibus debitis Societatis.*
13 *Socius non potest de pari negligentia Consocios imputare.*
14 *Administrator particularis non tenetur nisi de Exactis.*
15 *Et nisi probato dolo, vel lata culpa.*
16 *Onus est Agentis ad non exactum probare, quod de tempore commissæ Exactionis Debitores solvendo fuissent.*

POST



OST dissolutam Societatem, quæ in hac Urbe vigebat sub nomine *Bernardi*, *e Mati* fere omnes in illa interesse habentes (Clarissimo Domino Senatore Alexandro Strozza excepto) ad institutionem alterius Societatis devenerunt sub nomine *Mati*, *e Pesci*, in qua Capitalia per eosdem Socios respective in dicta Societate extrahi posse credentes, obtinuerunt unicuique eorum in creditum describi Capitale, quod consignaverat præcedenti Rationi *Bernardi*, *e Mati*, per hæc formalia verba „ „ Avere scudi 2000. moneta di tanti consegnatici per Creditore da „ Bernardi, e Mati &c. Setaioli di Ragione passata per la sua messa „ dei Corpi in questa Ragione, in ordine alle Scritte sociali, alle qua- „ li ec. „ & sic de singulis.

Quamvis enim secundus Census a Michaele hærede gravato impositus, nullus fuerit declaratus, & regulariter ex Censu nullo fructus exigi nequeant, & exacti in sortem sint imputandi, non tamen omnis indistincte nullitas fructuum acquisitionem impedit, eorumque imputationem causat, sed cum benigno communis distinctionis temperamento in hac materia procedendum est. Aut enim nullitas Census provenit ex defectu formæ, & tunc absolutum est, fructus ex eo non deberi, & exactos in sortem esse imputandos Aut provenit ex defectu materiæ, & tunc licet attento iuris rigore Creditori fructus non debeantur, tamen tamquam damna, & interesse ad eamdem rationem, initio contractus, conventam debentur, ut optime distinguendo firmant *Cenc. de Censib. qu* 88. *sub n.* 15. *vers. ego vero*, *Leotard. de usur. qu.* 80. *n.* 14. 22. 23. 24. *Urceol. de transact. qu.* 41. *n.* 12. 13. 14. *Gob. cons.* 33. *n.* 26. 1

n. 26. Mans. cons. 637. n. 14. Sanminiat. contr. 32. n. 51. 52. & contr. 33. n. 98. & seqq. Card. De Luc. de usur. disc. 17. n. 8. Rot. decis. 17. n. 20. & seqq. cor. Triol. & in recent. dec. 127. n. 16. 17. par. 11. & dec. 11. a num. 23. per tot. par. 12. & dec. 267. n. 17. & dec. 464. n. 9. par. 13. & dec. 336. n. 10. par. 19. & in Roman. Census 5. Iulii 1683. cor. R. P. D. Emerix impressa ad tractat. De Luc. de usur. decis. 25. num. 2.

In secondo autem distinctionis membro in casu nostro versamur quia Census nullus, ex eo, quod impositus fuerit super rebus Fideicom-
2 misso subiectis, & alienari prohibitis, nullus dicitur ex defectu materiæ, non autem ex defectu formæ, *Cenc. de Censib. qu. 88. sub n. 15. vers. ergo vero, Urceol. de Transact. qu. 41. num. 14. Mans. cons. 637. n. 14. Rot. dec. 787. n. 15. cor. Seraphin. & dec. 245. n. 19. cor. Ubald. & dec. 127. n. 17. par. 11. recent.* adeoque Hospitale ex secundo censu, licet nullo, fructus, tamquam damna, & interesse, licite exigere, & exactos in eius causam referre potuit.

Fortius accedente Hospitalis bona fide resultante ex duplici sententia, prima scilicet de anno 1630. ad favorem Monialium S. Francisci, a quibus causam mediatam habet, in Curia Archiepiscopali lata; altera de anno 1668. ad favorem eiusdem Hospitalis in eadem Curia emanata, censum canonizante, & super Bonis censitis immissionem eidem ex remedio Salviani concedente. Quia stante bona fide nimis durum, & asperum esset, ut Hospitale fructus, quos a debitore annuatim percepit, & in statu bonæ fidei in pios usus, & pro alendis infantibus expositis minutatim consumpsit cum maximo eius præiudicio,
3 & incommodo restituere teneretur, ut optime de more ponderat *Card. De Luc. de usur. disc. 12. n. 33. & disc. 39. n. 10. & de camb. disc. 28. n. 27. & disc. 31. n. 25.* quem sequitur *Rot. in Æsina Census 10. Iunii 1697. cor. R. P. Dom. Triolo impress. penes Bertacchin. vot. 95. num. 12. & seqq.*

Neque obstat, quod cum attenta Fundi incapacitate Census resolvatur in purum mutuum, ex quo nullæ accessiones citra labem usurariæ pravitatis exigi possunt, inde resultet, quod Hospitale nullos fructus exigere potuerit, & exactos restituere teneatur, non obstante eius bona
4 fide, quæ in hac materia non attenditur, ad tradita per *Cenc. de Censib. qu. 88. n. 12. Leotard. de usur. qu. 805. n. 60. & seqq. Larr. alleg. 24. n. 17. Card. De Luc. de Censib. disc. 10. n. 12. Rot. dec. 1006. n. 4. & seqq. cor. Seraphin. & decis. 228. num. 1. 2. post Cenc. & decis. 63. num. 13. par. 18. recent.*

Negatur enim, Censum super Bonis fideicommissariis impositum resolvi in purum mutuum, atque ex eo nullos fructus deberi, quia cum eius nullitas, ut diximus, proveniat ex defectu materiæ, licite creditor fructus, tamquam damna, & interesse consequi potest, ut præ-

præcise in terminis Census super Bonis fideicommissariis constituti firmant *Cenc. de censib. qu. 19. n. 41. Rot. dec. 72. n. 6. & dec. 75. n. 4. 5
par. 9. recent.* & quoad bonam fidem creditoris non attendendam, id solum procedit in materia usuraria, & ubi in contractu censuali pactum aliquod adiectum fuit contra illius substantiam, vel alias usurariam pravitatem præseferens, ut in his terminis loquuntur *Cenc. de censib. 6
qu. 88. n. 12. De Luc. de cens. disc. 10. num. 1. & 2. Seraph. dec. 1006. n. 4. & seqq.* aliique supra in obiecto allegati. Unde verificari nequit in casu Census super fundo fideicommissario impositi, in quo cum nulla emergat usurariæ labis suspicio, sed eius defectus in sola materia consistat, creditoris bona fides est quam maxime, quoad fructuum perceptionem, spectanda, & attendenda.

Nil item refragatur, quod ubicumque contractus ipso iure irritatur, & causa reducitur, ad non causam, nullo unquam tempore fructus acquiri valeant percipienti, qui ministerio iuris in mala fide ab ipso 7
initio perceptionis præsumitur, ad tradita per *Surd. dec. 45. n. 29.*

Nam pariter negatur, contractum census super Bonis fideicommissi fundari ipso iure irritari, eoque resoluto causam reduci ad non causam, quia licet census super Re fideicommissaria, & alienari prohibita impo- 8
situs, sit nullus, *Mart. Med. exam. 3. n. 48. & in addit. ad decis. 31. Grattan. dec. 13. n. 6. & seqq. Catan. decis. 16. n. 8. Mangil. de evict. qu. 84. n. 1. Urceol. cons. 1. n. 8. & cons. 53. n. 15. Rot. dec. 43. n. 5. post Cenc. & dec. 144. n. 1. post contract. & dec. 310. n. 16. cor. Bich. & dec. 622. n. 4. cor. Dunoz. iun. & dec. 421. n. 5. par. 2. divers. & dec. 370. n. 5. par. 17. & dec. 122. n. 1. par. 18. recent.* non tamen 9
est nullus ipso iure ab initio, ut minus recte senserunt *Cenc. de cens. qu. 19. n. 5. & seqq. Fusar. de substit. qu. 706. n. 2. e seqq. Spad. cons. 208. n. 2. lib. 2. Mans. cons. 737. n. 10. Rot. post Cenc. dec. 45. n. 1.
& seqq.* sed iuxta veriorem sententiam implicitum habet validitatis sta- 10
tum, & solum Fideicommissario volente annullatur, *Gratian. discept. 43. n. 25. et discept. 174. n. 15.* optime *Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 61. num. 1. et seqq. Gall. de fruct. disput. 4. art. 3. n. 25. Sanminiat. contr. 32. n. 48. Rot. Ianuen. cor. præstantissimo Dom. meo Collega Bellutio penes eumd. Sanminiat. controv. 33. n. 98. Rot. dec. 785. n. 3. et seqq. et dec. 787. n. 11. et seqq. cor. Seraphin. et dec. 245. n. 17. cor. Ubald.*

Et hinc eo magis licita apparet ex parte Hospitalis fructuum censualium exactio, ac retentio, quia attenta validitate census ab initio, quotiescumque Fideicommissarius nullitatem non opponit, sed fructus a creditore exigi permittit, impositum adeo approbare videtur, ut fructus ante oppositam nullitatem decursi, ac percepti, creditori iuste acquirantur, & nullitas postea declarata in præiudicium fructuum ab eo perceptorum retrotrahi non valeat, ut punctualiter, & egregie docent 11
Gratian. d. discept. 33. n. 25. et disc. 174. n. 15. Sanminiat. contr. 32. n. 49.

n. 49. Rot. Ianuen. cor. D. meo Bellu&lio penes eumd. contr. 43. n. 98.

Idque etiam observari videmus in censu super Bonis Ecclesiæ alienari prohibitis imposito, in quo pariter ob implicitum validitatis statum, quem habet, receptum est, ut fructus ante detectam nullitatem
12 percepti, emptori absque onere restitutionis, seu imputationis libere acquirantur, ut quidquid in contraria opinione singulariter dixit *Card. De Luc. de alienat. disc. 1. sub n. 109. et in conflictu observ.* 200. communiter firmant *Cenc. de censib. qu. 24. num. 15. 16. et qu. 88. n. 16. Gratian. disept. 559. n. 64. Gonzal. ad reg. Cancell. gloss. 56. n. 97. 98. 99. Leotard. de usur. qu. 80. num. 16. Rot. dec. 235. n. 3. 4. cor. Millin. et dec. 219. n. 5. & dec. 255. n. 4. cor. Merlin. & in Romana Census 17. Maii 1683. cor. R. P. D. Emerix post tract. De Luc. de usur. decis. 24. num. 4. 5. 6.*

Et generaliter in quolibet censu nullo ex defectu materiæ, quod ratione implicitæ validitatis ab initio fructus creditori ante detectam nullitatem percepti licite acquirantur, tradiderunt *Molin. resol. 17. n.*
13 *34. Rot. dec. 206. n. 5. 6. 7. post Cenc. & dec. 41. n. 26. par. 6. & dec. 119. n. 27. 28. par. 7. recent.*

Ad evitandam harum rationum vim docte non minus, quam ingeniose replicabant Informantes pro Bresciano, prædicta omnia procedere solummodo posse, ubi creditor a vero debitore, & impositore census, vel eius hæredibus sponte solventibus, fructus recipit, secus autem ubi a Fideicommissario, aut Tertio ad censum non obligato, quia census impositio super Re fideicommisso obnoxia, & fructuum perceptio loco damnorum, & interesse, valida, ac licita redditur ex parte creditoris, in præiudicium dumtaxat ipsius impositoris census, eiusque hæ-
14 redum, non autem in præiudicium Fideicommissi, & Vocatorum, *Cenc. de cens. qu. 19. n. 44. Fusar. de substitut. qu. 706. n. 13. Mangil. de evict. qu. 83. n. 29. Marescott. var. resol. lib. 3. cap. 10. n. 120. Mart. Med. dec. 31. n. 9. Catan. dec. 16. sub n. 20. Urceol. consil. 1. n. 75. & cons. 53. n 17. Sanminiat. contr. 32. n. 51. 58. Rot. dec. 60. n. 6. post Cenc. & dec. 13. n. 2. post Merlin. de legit. & dec. 144. num. 5. 6. cor. Bich. & dec. 67. n. 4. cor. Peuting. et dec. 336. n. 10. 11. par. 19. rec.* Unde cum in casu nostro Hospitale fructus census exegerit, non a Michaele impositore, vel eius hæredibus, sed a Ioanne Francisco fideicommissario, & ob paternam hæreditatem repudiatam non obligato, consequens est, ut non obstante bona fide, vel implicito statu validitatis census, fructus, nec etiam tamquam damna, & interesse licite exigere potuerit.

Verum facilis ex facto resultare visa fuit responsio, quia cum Ioannes Franciscus passus fuit, Hospitale ex censu in sui favorem nullo fructus percipere, tacitum perceptioni consensum præstitisse censetur. Ubicumque enim Fideicommissarius, in cuius favorem census nullitas indu-

inducitur; non reclamat, sed patitur, ut creditor fructus percipiat,
eius patientia, ac tacitus consensus operatur, ut fructus licite censean- 15
tur exacti, & in sortem non imputentur, *Cenc. de cens. qu. 19 n. 36.
Fusar. de substit. qu. 706. sub n. 11. Rot. Ianuen. cor. D. meo Bellutio
apud Sanminiat. contr. 33. num. 97.*

Eoque magis prædicta procedunt, ubi Fideicommissarius ad solutionem fructuum se expresse obligavit, quia tunc, census nulliter impositus, quoad ipsum substinetur ad effectum, ut ad fructus loco damnorum, & interesse teneatur, & impositionem nullam adeo approbare cen- 16
seatur, ut eam amplius impugnare non possit, *Rot. dec. 417. n. 4. 5. post Cenc. et dec. 46. n. 2. et seqq. par. 7. recent.* Cum itaque in nostra hypothesi Ioannes Franciscus Fideicommissarius, in Instrumento cessionis census vendici a RR. Monialibus S. Francisci Præsbytero Montauti ad observantiam contractus censualis, & ad fructuum solutionem uti Fideicommissarius se expresse obligaverit, non potest amplius impositionem uti nullam impugnare, aut fructuum restitutionem, vel imputationem prætendere.

Nec turbat obiectum ab iisdem Informantibus pro Bresciano solide excitatum, quod ad hoc, ut Ioannes Franciscus census impositionem ab initio nullam, approbasse, ac ratificasse dicatur, constare debet ipsum habuisse plenam, perfectam, ac invincibilem scientiam iuris, & facti, videlicet, quod non solum ei innotuerit censum super Bonis Fi-
deicommissi impositum fuisse, verum etiam eamdem impositionem non 17
sustineri, sed iuris ministerio annullari, *Gratian. discept. 513. n. 11. et discept. 824. n. 52. 53. Caren. resol. 79. num. 15. et seqq. Mastrill. dec. 121. n. 37. et seqq. Rot. Florent. dec. 3. n. 10. cor. Urceol.* aliique communiter, de qua scientia cum in casu nostro non constet, imo potius eius iustus error, & probabilis ignorantia nullitatis census resultet ex præcedenti sententia Curiæ Archiepiscopalis eumdem censum validum, ac legitimum declarante, census nulli ratificario inducta dici non poterit.

Nam communis, atque optimæ distractionis clypeo facile obiectum retunditur. Aut enim agimus de ratificatione tacita resultante, vel ex facto hominis mediante solutione, aut actu aliquo positivo contractum approbante, vel ex facto Legis per quinquenii lapsum, de qua in *Leg. fin. Cod. si maior. fact.* alienationem sine decreto factam ratam habuerit. Aut agimus de ratificatione expressa verbis expressis specifice facta. Primo casu nempe in ratificatione tacita recte procedit adducta
conclusio, quod ratificatio non suffragetur, nisi probata in Ratificante
scientia actus, & nullitatis. In secundo vero casu ratificationis expressæ 18
conclusio non militat, & in expresse Ratificante, scientia tam facti, quam iuris præsumitur, nec ulterior eius probatio requiritur, ut inter unam, & alteram ratificationis speciem bene distinguendo docent *Menoch cons. 561. n. 19. 20. 21. 40. & per tot. Ger. Spin. cons. 16. num. 88. 89.*

88. 89. *Gratian. discept.* 513. *num.* 29. 30. 31. *Hodiern. contr. forens. cap.* 34. *n.* 46. *Gallerat. de renunciat. lib.* 3. *cap.* 9. *n.* 5. *in fin. Castil. dec.* 18. *n.* 54. *Episc. Rocc. select. disp. cap.* 152. *n.* 89. *Rot. in Romana Hereditatis* 24. *Maii* 1604. *cor. Litta*, *Rot. Florentina in Praten. Commenda* 24. *Iulii* 1696. §. *non obstat. cor. Venturino*.

Ratio disparitatis inter utrumque casum optima assignatur, quia in primo casu tacitæ ratificationis non præsumitur, Ratificantem scivisse
19 substantiam, & qualitates actus ratificati, alioquin ex eodem facto duæ orirentur præsumptiones, una, quod per actus tacitos quis præsumeretur ratificare contractum, altera, quod eiusdem contractus, eiusque qualitatum scientiam habere præsumeretur contra regulam docentem, ex eodem facto duas diversi effectus præsumptiones oriri non posse. In alio autem casu expressæ ratificationis non solum cessat hæc ratio duarum præsumptionum, sed adest contraria ratio suadens, perfectam scientiam,
20 substantiæ, & qualitatum ipsius contractus. De substantia dubitari non potest, cum exprimatur in ipsa ratificatione. De qualitatibus suadet ratio, quia ubi est cognita actus substantia, & eius qualitates cognitæ creduntur, ut bene ratiocinatur *Menoch. dict. cons.* 561. *num.* 20. 21. Et data scientia facti, de qua in casu nostro ambigi nequit, cum in Instrumento venditionis, in quo Ioannes Franciscus intervenit, expressa
21 fiat mentio, & fideicommissi, & census super eius Bonis impositi, ignorantia iuris allegari non potest, quia quilibet Leges scire præsumitur, ut in terminis *Conciol. allegat.* 6. *sub n.* 21. Cum igitur nos nedum habeamus tacitam Ioannis Francisci ratificationem, resultantem ex solutione, & respectiva permissione exactionis fructuum censualium, sed & expressam, resultantem ex eiusdem expressa obligatione pro observantia contractus census, & fructuum solutione, frustra opponitur de scientiæ defectu in hac secunda ratificationis specie non iustificandæ.

Neque in contrarium urget, quod attenta Sententia de anno 1630. in Curia Archiepiscopali lata, ac validitatis census declaratoria manifeste appateat, Ioannem Franciscum per errorem, atque ignorantiam se obligare, ac successive annuos fructus Hospitali solvisse, adeoque eorumdem
22 fructuum, tamquam indebite solutorum, condictio ei competat, quæ semper indebitum per ignorantiam, atque errorem solventi conceditur, ad *Text. in Leg.* 1. *&* 2. *& tot. tit. ff. de cond. indeb. Leg. cuius per errorem ff. de reg. iur.* cum concordantibus.

Quia cum ignorantia, & error, ob quem Ioannes Franciscus se obligavit, ac fructus persolvit, non facti fuerit, cum indubitatum sit, solutum per errorem iuris condici, ac repeti non posse, ad *Text. ex-*
23 *pressum in Leg. cum quis* 10. *Cod. de iur. & fact. ignor.* ubi Imperatores Constantinus, & Maximianus clare rescripserunt „ Cum quis ius ignorans indebitam pecuniam solverit, cessat repetitio; per ignorantiam „ enim facti tantum repetitionem indebiti soluti competere, tibi no-

„ tum

„ tum est „ & concordat *Text. in Leg. 9. §. fin. ff. eod. Leg. si per ignorantiam 6. Leg. Fideicommissum 7. Cod. de condict. indeb. Leg. error. facti 9. Cod. ad Leg. falcid. Harprect. in §. is quoque num. 53. & seq. instit. quib. mod. re contrah. oblig. & ibid. Wlte. n. 2 in §. sequens n. 54. instit. de act. Donell. commentar. iur. lib. 14. cap. 14. Calvin. de aequit. lib. 3. cap. 201. n. 37. Dexart. decis. Sardin. 22. num. 26. & pluribus aliis relatis Episcop. Rocc. disp. 126. n. 30. 31. 32.*

Et quamvis alii in contrariam abierint Sententiam putantes, quod etiam error iuris ad indebiti condictionem prosit, *Maur de solut. cap. 22. n. 13. Vasq. contr. usu frequent. lib. 3. cap. 63. n. 5. 33. Caren. resol. 229. n. 8. & resol. 230. n. 3. & seqq. Christin. de Belg. 8. par. 3. vol. 31. Rot. Florentina in Florentina Repetitionis indebiti 4 Septembris 1693. cor. Dom. meo Bellutio n. 59. 69. Rot. dec. 177. n. 13. par. 1. & dec. 143. sub n. 12. par 17. rec.* 24

Ad conciliandam tamen distinctionis foedere harum opinionum contrarietatem, advertendum est, indebitum in iure nostro, in quadruplici differentia considerari. Primo enim quoddam est indebitum, & civiliter, & naturaliter. Secundo quoddam est indebitum civiliter, sed debitum naturaliter. Tertio quoddam est indebitum naturaliter, sed debitum civiliter. Quarto quoddam est debitum civiliter, & naturaliter, sed ope perpetuae exceptionis indebitum, ut docet communis praeceptor *Bartol. in Leg. cum quis n. 1. Cod. de iur. & fact. ignor. et in Leg. 1. n. 2. ff. de cond. indeb. Oinotom. in §. is quoque n. 2. et seqq. quib. mod. re contr. oblig. et ibid. Piccard. a num. 9. ad 16. Mozzi de contract. tit. de divis. indeb. n. 6. et seqq.* 25

In prima indebiti specie, nempe in indebito civiliter, & naturaliter, receptum est, ut quocumque errore solutum, repeti possit *Bart. in dict. Leg. cum quis n. 27. Cod. de iur. et fact. ignor. et in dicta Leg. 1. n. 26. ff. de condit. indeb. Oinotom. in dict. §. is quoque num. 4. et ibid. Piccard. n. 10.* 26

In secunda indebiti specie, nempe in indebito civiliter, debito autem naturaliter, receptum est, ut solutum per errorem facti, repeti possit, *Gloss. & Bartol. in dict. Leg. cum quis n. 17. & seqq. Cod. de iur. & fact. ignor. & in dict. Leg. 1. n. 17. ff. de cond. indeb. Oinotom. in §. is quoque instit. quib. mod. re contr. oblig. n. 2. & ibid. Piccard. n. 14. Vinn. in §. item 15. n. 3. Instit. de oblig. quae ex quasi contr. Vasq. contr. usu frequens lib. 3. cap. 63. num. 35. 36. Ciriac. contr. 633. n. 4. Caren. resol. 230. n. 4. Dexart. dec. Sardin. 22. n. 27. Rocc. disput. 126. num. 36.* 27

In indebito naturaliter, sed debito civiliter receptum est, ut solutum quocumque errore, sive facti, sive iuris repeti valeat, *Bart in dict. Leg. cum quis n. 26. & in dict. Leg. 1. n. 25. Oinotom. loc. cit. n. 3. Piccard. loc. cit. n. 11. & seqq.* 28

In Indebito civiliter, & naturaliter, sed indebito ope perpetuæ ex-
29 ceptionis, receptum est, ut si exceptio perpetua, & favorabilis sit, solutum quocumque errore repeti possit, iuxta *Text.* expressos in *Leg. si non sortem 26. §. indebitum, & Leg. qui exceptionem 40. ff. de cond. indeb. Leg qui hominem 34. §. fin. ff. de solut. Bart. in dict. Leg. cum quis n. 28. & seqq. & dict. Leg. 1. n. 27. & seqq. Oinotom. in d. §. is quoque n. 5. & seq. et ibid. Piccard. n. 15. 16. et Harprect. sub n. 13. Caren. resol. 229. n. 7. et resol. 230. sub n. 3. Rot. Nostra in Florentina Repetitionis indebiti 4. Septembris 1693. cor. Dom. meo Audit. Bellusio num. 28. 29. 69.*

Hac posita distinctione in indebito civiliter, & debito naturaliter, nos absolute versamur, quia fructus censuales a Bresciano soluti, & ab Hospitale exacti civiliter tantum sunt indebiti, sed naturaliter debiti, sive personam recipientis, sive personam solventis spectemus. Quoad personam recipientis nempe, Hospitalis, indubitatum est, fructus ex censu nullo a Creditore perceptos, naturaliter eidem
30 debitos esse, ut testantur *Rocc. disp. 126. n. 21. Rot. dec. 528. n. 5. 6. par. 14.* Quoad personam solventis, nempe Ioannis Francisci, indubitatum pariter est, fructus ab eo solutos naturaliter debitos fuisse, utpote solutos vigore obligationis naturalis, resultantis ex proprio
31 consensu, & expressa obligatione, in Istrumento cessionis census contracta, & æquitate naturali suffulta, licet iuris civilis assistentia destituta, ad tradita per *Oinotom. in §. bis quoque n. 2. instit. quib. mod. re contr. oblig.* Cum ergo in secundo relatæ distinctionis membro versemur, amplectenda utique venit prima Sententia, solventi per errorem iuris, repetitionem denegans; reicta contraria eam concedente, quæ solum in aliis tribus indebiti speciebus locum habere potest.

Neque dicatur, nos potius in quarto, & ultimo eiusdem distintionis membro versari, eo quod Ioannes Franciscus, qui fructus persolvit, perpetua, ac favorabili exceptione ex Fideicommisso, ac pro-
32 hibitione alienationis, tutus erat, quo casu solutum sive per errorem facti, sive per errorem iuris, condictione indebiti repeti potest, iuxta *Text. & Doctores* supra allegatos in §. *in debito civiliter.*

Pro obiecti enim solutione altera non minus pulchra occurrit distinctio. Nam aliæ sunt exceptiones perpetuæ, quæ naturalem obligationem tollunt, & istæ solventi quocumque errore sive facti, sive iuris indebiti condictionem tribuunt. Aliæ sunt exceptiones perpetuæ, quæ solam obligationem civilem perimunt, obligationem vero natura-
33 liter non tollunt, & istæ indebiti condictionem non pariunt, ut magistraliter de more docet *Bartol. in Leg. Iulianus num. 16. ff. de cond. indeb. & post eum Wlte. in §. sequens num. 41. Instit. de act. Vinn. in §. item is sub n. 1. vers. sed etsi debitori Instit. de obligat. quæ ex quasi contract. nasc.* Et merito quidem, quia naturalis obligatio ubicumque

sub-

subsistat, semper indebiti condictionem impedit, ad *Text. in Leg. naturaliter* 13. *Leg. si pœna* 19. *Leg. frater a fratre* 38. §. 1. 2. *Leg. Iulianus* 60. *Leg. si quod Dominus* 64. *ff. de cond. indeb. Leg. naturales* 10. *ff. de oblig. & act. Leg. fideiussor.* 16. §. *naturales ff. de fideicom. Leg. sed si Paterfam.* 9. *in fin. & Leg. seq. ff. ad S. C. Maced. Harprect. in* §. *is quoque num.* 14. *instit. de oblig quæ & quasi contr. Roec. dict disp.* 126. *n.* 22. *& seq. Rot dec.* 306. *n.* 8. *cor. Bieb. dec.* 404. *n.* 7. *par.* 12. *& dec.* 528. *n.* 7. *par.* 14. *recent.* & passim alibi. In casu autem nostro cum Ioannes Franciscus in prædicto Instrumento venditionis census se pro observantia eiusdem census, & pro fructuum solutione obligaverit, exceptio Fideicommissi, & prohibitio alienationis, quæ eidem Fideicommissario competebat, perimere, ac tollere nunquam potuit eius obligationem naturalem ex proprio consensu in actu se obligandi emisso, & ex æquitatis naturalis obligatione, per exceptionem licet perpetuam, & favorabilem non elisa, condictio indebiti ad repetendos fructus, per errorem iuris solutos, eidem competere nequit. 34

Nec subsistit, quod etiam solutum per errorem iuris, repeti possit ab eo, qui agit de damno vitando, *Caren. resol.* 229. *n.* 8. *& resol.* 230. *sub n.* 3. *Ciriac. controv.* 164. *n.* 16. *& seq.* ea de ratione, quia iuris error non nocet ei, qui de damno vitando contendit, *Leg. iuris ignorantia* 7. *Leg. error. facti* 8. *ff. de iur. & fact. ignor. Caren. dict. resolut.* 229. *sub n.* 8. *Ciriac. contr.* 164. *n.* 20. *Altograd consf.* 94. *num.* 43. *lib.* 1. *Gratian. discept.* 957. *num* 29. & consequenter fructus per errorem iuris soluti repeti possint a Bresciano, qui agit de damno vitando. 35 36

Quia si generaliter, & in communi casu vera esset limitatio prædicta, quod solutum per errorem iuris repeti possit ab eo, qui agit de damno vitando, penitus destrueret, ac funditus everteret, regulam, seu conclusionem supra firmatam, quod solutum per errorem iuris repeti non potest, quia semper verum est, quod is, qui indebitum solutum repetit, agit de damno vitando, ut per se patet. Allata igitur limitatio, seu conclusio locum dumtaxat habere potest, ubi agitur de repetendo indebito civiliter, & naturaliter; vel indebito ope perpetuæ, ac favorabilis exceptionis, naturalem obligationem perimentis; non vero ubi agitur de indebito civiliter, sed debito naturaliter, prout in casu nostro ex supra late firmatis.

Quoad rationem vero in comprobationem limitationis adductam, quod error iuris non nocet ei, qui agit de damno vitando, quamvis regulariter vera sit, tamen non procedit, ubi res agitur inter duos, qui æque de damno vitando contendunt, nam tunc melior est conditio rei, seu illius, qui de maiori, ac graviori damno agit, ut notabiliter docet *Alexand. ad Bart. in Leg. non fatetur ff. de confess. in verbo error iuris*, quem sequitur *De Angel. de confess. lib.* 3. *qu.* 20. *sub n.* 69. *vers. sed* 37

verum, non igitur procedere potest in casu nostro, quia etiam Hospitale tractat de damno vitando, & in præsenti Iudicio est reus. Quinimo de maiori, ac graviori damno agit, quia Brescianus repetere intendit id, quod annuatim in parva summa, cum modico incommodo solvit; Hospitale vero tractat de exbursanda, ac restituenda, unica vice, ingenti summa, quam annuatim per minutatas solutiones recepit, & in quotidianos pios usus consumpsit, unde dubium non est, quod in maiori incommodo, & damno versatur, & consequenter ad eius gravius damnum evitandum, error iuris Bresciano nocere debet, quamvis agat de damno vitando.

Multo minus subsistere visum fuit, quod Ioannes Franciscus, per errorem potius facti, quam iuris se obligaverit, fructusque solverit, adeoque condictio indebiti ei denegari non possit.

Siquidem error iuris proprie est, cum quis scit, factum aliquod extitisse, propter quod revera non debet, sed nihilominus putat, se iure debere. E contra vero, error facti est, siquis factum aliquod præ-
38 cessisse existimet, quod revera non præcessit, & ex quo si vere præcessisset, iure obligaretur, ut omnium melius explicat *Donell. Commentar. Iur. lib.* 14. *cap.* 14. *sub vers. in cæteris*. Hinc clare patet, Ioannem Franciscum per errorem non facti, sed iuris, vere se obligasse, & successive, quia optime scivit factum præcedens, videlicet Fideicommissum a Gabriele avo ordinatum, & censum super bonis eiusdem Fideicommissi a Michaele Patre impositum, sed nihilominus putavit, se iure debere, ac obligatum esse, eo quod forte credidit, censum super detractionibus Patri, & Fideicommisso quoque particulari competentibus, legitime sustineri, qui indubitate proprius, ac verus est error iuris indebiti condictionem, ex prædictis impediens.

Et ita utraque &c.

Carolus Bizzarrini Rotæ Audit.

DECISIO XLIII.

PETRASANCTEN. COMMENDÆ CAMPANÆ

de anno 1700. *cor. cl. me.* ARCHIEPISCOPO THOMA DELLA GHERARDESCA.

ARGUMENTUM.

FUndator Commendæ in certis Bonis cum promissione manutentionis illorum annui redditus tenetur ad supplendum redditum promissum quotiescumque diminutio contingat, licet sequuta sit devolutio Commendæ ad Sacram Religionem.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Promittens* manutenere *tenetur continuo, & effective praestare veritatem a principio promissam.*
2 *Assignans Fundum redditus promissi ad nihil amplius tenetur.*
3 *Limita si ulterius promissa sit* manutentio *dicti redditus, quia si sequatur diminutio debetur supplementum, prout si fuisset promissa annua quantitas.*
4 *Dictio* semper *tamquam exclusiva limitationis quodcumque tempus amplectitur.*
5 *Devolutio Commendae ad Sacram Religionem non inducit novationem.*
6 *Nedum Commendatarii, sed etiam Sacra Religio potest agere ad supplementum annui redditus Commendae.*
7 *Ea, quae fiunt ex gratia, & benignitate quoad aliquos trahi non possunt ad remissionem proprii Iuris quoad reliquos.*
8 *Obligationis continuatio eruitur ex obtenta liberatione a vinculo obligationis.*



Uum Reverendus olim Dominus Ioannes Campana in fundatione Commendae, de qua agitur expresse promiserit Bona eidem pro fundo dotali adsignata „ SEMPER MANUTENERE Sacrae Religioni D. Stephani, & Serenissimo Magno Magistro annui redditus, & introitus scutorum ducentum quadraginta ad nitidum „ revocari non potest in dubium, quod diminutis redditibus ob extinctionem censuum pro parte fundi adsignatorum, & reductionem pensionis cuiusdam Domus teneantur Reverendissimi Canonici, & Capitulum de Petrasancta Haeredes dicti Fundatoris supplere usque ad quantitatem promissam, quia promittens *manutenere* tenetur continuo, & effective praestare veritatem creditori a principio promissam, *Rot. cor. Duran. decis.* 404. *num.* 8. & in terminis individualibus Commendarum 1
huius Sacrae Religionis *Ansald. Sen.* meritissimus *cons.* 26. *num.* 77. *& seq. & Reverendissimus Ansaldus Iun hodie Sacrae Rotae Romanae Auditor in tract. de Commerc. & Mercatur. decis.* 71. *num.* 30.

Nec obstat, quod Promittens annuum redditum satisfaciat suae obligationi assignando fundum tanti redditus, ac proinde cum Fundator in erectione Commendae adsignaverit Bona reddentia introitum promissum ad nihil amplius teneatur, ut per *Text. in Leg si quis argentum §. si vero redditus Cod. de donat.* dixit *Rot. dec.* 433. *num.* 1. *cor.* 2
Cerro, & prius in decis. 283. *n.* 5. *&* 6. *par.* 7. *rec.* Quia vera quidem est conclusio, sed non applicatur, cum Fundator promiserit ulterius dictum redditum *manutenere*, quo casu si redditus diminuitur, tenetur ad supplendum, perinde ac si fuisset promissa annua quantitas, 3

ut per *Castrens. cons.* 41. *num.* 3. *lib.* 2. *Rot. decis.* 62. *n.* 18. *part.* 11. *recent.* & in his terminis *Reverendiss. Ansaldus ubi supra n.* 31.

Minus relevat huiusmodi obligationem perdurare usquequo Commendi stet in vocatis, secus vero ubi devolvatur ad Sacram Religionem cum adsignamento sufficienti ad redditus promissos, quia huic assertioni repugnat littera Fundationis, cum manutentio annui redditus non fuerit promissa Commendatariis sed ipsimet Religioni, eiusque Ma-
4 gno Magistro, & quidem cum dictione illa *semper*, quæ tamquam exclusiva limitationis temporis amplectitur etiam illud devolutionis, ac
5 propterea cum devolutio non inducat novationem, poterit quandocum-
6 que Sacra Religio vigore primevæ obligationis agere ad supplementum.

Quæ quidem obligatio non extinguitur ex eo, quod non sit in usu Sacræ Religionis prætendere supplementum reddituum diminutorum *post devolutionem* Commendarum; nam eo ipso, quod huiusmodi usus
7 plene non probatur, responsum fuit, quod ea, quæ fiunt ex gratia, & benignitate quoad aliquos trahi non possunt ad remissionem proprii Iuris quoad reliquos.

Neque enim ad probandum talem usum suffragari poterat liberatio obtenta ab Illustrissima Domina Tommasia Campana de Panciaticis in actu consignationis tot Censuum æquivalentium tam in sorte, quam in fructu, Censibus extinctis in manibus Commendatariorum; quoniam ex hoc ipso magis confirmatur nostrum assumptum, quia si ad devolutionem fieret extinctio obligationis, Sacra Religio eum curaret supple-
8 mentum non erat opus procurare liberationem, quam usque in præsens non obtinuerunt Reverendissimi Canonici, ac proinde tenentur ad supplementum.

Et ita utraque Parte pluries informante decisum &c.

Ego Thomas de Gherardesca Iudex &c.

DECISIO XLIV.

LIBURNEN. ASSECURATIONIS

diei 14. *Septembris* 1703. *cor. bo. me. Dom.* AUDIT. ANDREA FARSETTI.

ARGUMENTUM.

Assecurationis casus evenisse deciditur quoties Navis, quæ duobus in locis alternative exoneranda erat, altero ipsorum relicto ad remotiorem iter direxerit, sed vi tempestatis ad primum locum redire coacta merces, ob passam procellam deteriores factas ad locum pro exoneratione electum ferre amplius non potuerit.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Apoca assecurationis paratam habet exequutionem.*
2 *Atque verbis universalibus concepta omnem casum, licet insolitum comprehendit.*
3 *Maxime ob appositam aliquorum casuum exceptuationem.*
4 *Oneratio ex literis oneratoriis probatur.*
5 *Ex Consulatu per Navis Magistrum confecto plenissima oritur probatio, licet non citata Parte, & coram incompetenti Iudice fuerit processum.*
6 *Absque eo quod Testes in longinquis partibus examinati repetantur, maxime, Parte non opponente, & quorum copia haberi non possit.*
7 *Assecuratores conveniri possunt, quoties merces assecuratae ad locum destinatum non pervenerint. Amplia ut* num. 8.
9 *Assecuratorum est onus probare, merces ad locum destinatum pervenisse.*
10 *Quod si non adimpleverint, cum de facili adimplere potuerint, contra eos augetur praesumptio.*
11 *In alternativis satis est unam partem adimpleri.*
12 *Alternativa loci censetur apposita in gratiam illorum, qui fuerunt Assecurati, ac proinde ad eos spectat electio, n. 13. & amplia ut* n. 14.
15 *Post factam loci electionem non est amplius poenitentiae locus in praeiudicium Assecuratorum.*
16 *Itaut ad locum non electum voluntarie redeundo, suscepta obligatio ibi amplius adimpleri non possit.*
17 *Exoneratio non dicitur, quae fit cogente vi tempestatis.*
18 *Subscriptio magis attenditur, quam corpus scripturae, cum ab ea obligationis forma, & substantia dependeat.*
19 *In conditionalibus nudum factum attendi solet.*
20 *Per subscriptionem non inducitur novatio obligationis pure, ac libere conceptae, sed tantum declaratio ipsius.*
21 *Conditio resolutiva praecedentem potius conventionem praesupponit, quam destruat.*
22 *Traditione praesertim, vel solutione accedente.*
23 *Conditionis implementum considerandum est cum effectu, & ob causam, finemque, de quibus fuit cogitatum, &* num. 25.
24 *Perinde enim est aliquid non esse, & sine effectu esse.*
26 *Verum non est, quod Assecuratores partem tantum sequuti damni reficere teneantur.*
27 *Distinguitur tamen inter assecurationem, qua pretium, vel valor rei adsecuratae promittitur, atque alteram, qua certa pecuniae quantitas spondetur.*
28 *Facta per Adsecuratores renunciatione* Inceptae *totum damnum venit reficiendum.*
29 *Sive renunciatio sequatur expresse, sive tacite.*

One-


Nerata Navi nuncupata *il Costante* saccis 3420. frumenti, transvehendi ut dicitur *per divisa*, vel Cadicem, vel Amstelodamum, DD. Vernaccia, & Davanzati Liburnenses Mercatores, ad quos pertinebat, curaverunt, illud assecurari a pluribus Negotiatoribus, ad rationem quinque cum quadrante pro centenario, quousque salvum exoneraretur *Amstelodami*, prout in Apoca assecurationis de die 20. Iulii 1699. quoscumque sinistrorum casus plenissime continente, exceptis *di stiva, e Dogana*, cum conditione tamen, in subscriptionibus eiusdem Apocæ expressa, quod si Frumentum *Cadicis* exoneraretur, duo pro centenario a DD. Assecuratoribus restituerentur.

Navis Portum *Cadicis* feliciter appulit, at DD. de Ginoris, DD. de Vernacceis, & Davanzatis Correspondales, iustis de causis Frumentum recipere recusaverunt, ideoque ipsius Magister, iuxta Apocæ oneratoriæ, conventionem, *Amstelodamum* versus illam solvit, sed ea semel, iterumque varios casus passa, & ob graviorem demum tempestatem fere quassata ad Artabrum, seu *Finis Terræ* Promontorium *Cadicem* redire fuit coactus ubi, ut Navim reficeret, frumentum exoneravit, quod tamen deterioris qualitatis effectum, atque ulteriori navigationi minus aptum repertum *Amstelodamum* transvehere renuit.

Quum vero DD. Vernaccia, & Davanzati prædictorum sinistrorum, & quod Frumentum ad Portum Amstelodami non pervenerat, nuncium accepterint, intimaverunt primum DD. Assecuratoribus sub die 22. Decembris 1699. cum renunciatione Inceptæ, vulgo *all' incetta*, ac deinde sub die 30. Martii 1700. petierunt coram Dominis Consulibus Maris *Pisarum* declarari, casum evenisse, ob quem Assecuratores ad refundendam quantitatem in Apoca Assecurationis conventam, cogerentur; commissaque causa doctissimo, atque integerrimo Assessori Domino meo *Lopez* fuit in Voto absolvendi Assecuratores ab observatione Iudicii, cum victoria expensarum, reservatis Iuribus Dominis Assecuratis ad melius in alio Iudicio probandum; quod Votum, quoad expensas, certamque frumenti ratam a Dominis Consulibus fuit moderatum, in cæteris vero approbatum.

Huiusmodi sententiæ non acquieverunt Domini Actores; sed habito recursu ad Regiam Celsitudinem, obtinuerunt sub die 19. Decembris 1700. rescribi dictis Dominis Consulibus Maris, quod iterum super iuribus reservatis Patres audirent, causamque de Voto nostro deciderent, qui deinde, negotio plenius ad trutinam revocato, retulimus tandem, condemnandos esse DD. Assecuratores secundum petita per DD. Vernaccia, & Davanzati, cum interesse a die 2. Iunii iuxta liquidationem, respectu quantitatis faciendam, & cum expensarum condemnatione.

Satis

Satis enim de extremis ad victoriam Dominorum Actorum, commissæque stipulationis constare visum fuit; nam quoad Assecurationis obligationem, Frumentique onerationem, inter Partes nulla aderat discrepantia, cum de prima abunde liqueret ex Apoca Assecurationis paratam habente exequutionem, *Rot. Gen. decis. 79. num. 1. decis. 196.* 1
n. 1. decis. 58. n. 1. part. 18. recent. decis. 121. num. 20. post Urceol. de transact. Balducc. decis. 15. num. 15. de Assecurat. tit. 1. decis. 57. num. 6. & 15. post Albiz. de incostant. quæ pregnantissimis, atque universalibus verbis concepta omnem casum, sinistrumque licet insolitum 2
compræhendebat, *Stracc. de assecurat. gloss. 15. sub num. 13. & gloss. 16. per tot. Rocc. de assecurat. notab. 63. num. 23. Altimar. de nullitat. contract. rubr. 1. sect. 6. quæst. 9. num. 105. pag. 343. Balducc. ad Ramon. cons. 39. num. 12. cum seq. Mut. decis. 3. sub num. 11. Rot. dec. 24. num. 1. part. 6. recent. repetit. apud Marin var. resol lib. 1. cap. 278. num. 3. Priol. decis. 470. num. 4. decis. ultim. num. 13. part. 16. decis. 400. num. 8. part. 17. recent.* maxime ob appositam duorum tantum exceptuationem *di stiva, e Dogana*, ob quam eo fortius omnes, 3
& quicumque alii casus in stipulationem venisse censebantur, *Mans. cons. 421. num. 13. & 14. Rocc. disput. 97. num. 13. Balducc. ad Ramon. d. cons. 39. num. 14. & decis. 11. num. 7. decis. 15 num. 44. de assecurat. tit. 1. Monac. decis. Florent. 1. num. 35. cum seq. Bertachin. Vot. 160. num. 1. Priol. decis. 470. num. 4. & in eadem causa decis. ultim. num. 13. part. 16. decis. 400. num. 10. part. 17. recent. & decis. 57. num. 45. post Albiz. de incons.* quemadmodum oneratio frumenti in Navi destinata probabatur ex litteris oneratoriis, iunctis fidibus tam Domini de Carlesis frumentorum, horreorumque Custodis in Portu *Liburni*, quam Domini Francisci de Ioannis Navis Scribæ 4
de dicta oneratione deponentium sub die 28. Septembris 1700. & 25. Maii 1703., ad tradita per *Rocc. disput. 98. num. 1. Rot. cor. Coccin. decis. 66. num. 1. decis. 420. num. 14. part. 16. decis. 369. num 51. part. 19. recent. decis. 53. num. 19. post Urceol. de transact. dec. 23. num. 2. post Roman cons. tom. 2. & post Albiz. de incons. in iudic. decis. 57. num. 7. plene per Balducc. decis. 13. num. 15. 16. 27. 32. & seq. de assecurat tit. 1. Priol. decis 470. num. 1.*

Casus autem purificatæ obligationis Assecuratorum controverti non poterat; nam ex secundo Consulatu in Portu *Cadicis* per Navis Magistrum confecto resultabat, quod postquam Navis tempestatibus agitata, atque collisa ad dictum Portum secunda vice rediit, frumentum assecuratum ibidem fuit exoneratum, iussuque Iudicis relictum, quia deterioris qualitatis repertum, *Amstelodamum* absque gravi damno transvehi amplius non potuit, ex quo Consulatu, licet non citata Parte, & coram incompetenti Iudice fuerit processum, cum plenissima oriretur probatio, ad *Text. in Leg. 2. & 3. ubi Bartol. Cod. de naufrag. lib. 11.* 5
Stracc.

*Stracc. de Naut. part. 2. num. 6. 7. Loccen. de iur. marit. lib. 3. cap.
11. num. 6. Peeck. de re nautic. ad Leg. 2. Cod. de naufrag. num. 1.
Rocc. respons.* 34. *num.* 2. *& lib.* 1. *& de assecurat. num.* 202. *Pegas.
var. resol. cap.* 1. *num.* 29. *Rocc. disput.* 97. *num.* 2. *Balducc. ad Ra-
mon. cons.* 39. *num.* 23. *&* 24. *De Luc. de credit. disc.* 111. *num.* 12.
Capyc. Latr. decis. 60. *num.* 1. *& seq. & ibi Manfrel. num.* 10. *Ubag.
decis.* 99. *num.* 3. *&* 6. *Rot. decis.* 21. *num.* 3. 4. *post cons. Ramon.
tom.* 4. *& post Urceol. de transact. decis.* 53. *num.* 8. *decis.* 369. *num.*
13. *&* 20. *part.* 19. *recent.* absque eo, quod testes iam in longinquis
6 partibus examinati reperiantur, maxime Parte non opponente, & quo-
rum copia haberi non possit, *Luc. de Penn. in Leg.* 2. *in fin. Cod.
de naufr. Balduc. ad Ramon. d. cons.* 39. *n.* 27. *Cost. de fact. scient. cent.*
2. *dist.* 71. *in fin.* & supponunt omnes mox allegati, purificatam con-
sequenter fuisse obligationem, commissamque stipulationem favore di-
ctorum Dominorum Vernaccia, & Davanzati, concludendum erat, cum
ex ea tunc demum conveniri etiam posse Assecuratores receptum sit,
quoties merces assecuratæ ad Portum, locumque destinatum non per-
7 venerunt, *Stracc. de assecur. gloss.* 13. *in princip. Rot. d. decis.* 24. *n.*
6. 10. *&* 15. *decis.* 64. *num.* 1. *part.* 6. *recent. decis.* 157. *in fin. part.*
12. *decis.* 400. *num.* 4. 5. *part.* 17. *decis.* 58. *num.* 5. 7. *&* 14. *part.*
19 *recent. Priol. decis.* 470. *num.* 2. *Dunozzett. Iun. decis.* 460. *num.* 1.
& 4. *Monac. decis. Florent.* 1. *num.* 19. *& seq. & num.* 101. *Rot. Gen.
decis.* 129. *num.* 2. *versic. verum bis*, *Fontanell. decis.* 243. *num.* 12.
13. *Royas decis.* 54. *num.* 4. *Balducc. decis.* 13. *num.* 4. *& decis.* 15. *n.*
57. *de assecur. tit.* 1. *& in addit. ad Ramon. d. cons.* 39. *num.* 10. *cum
seq. & Rot. post eum decis.* 23. *num.* 1. *tom.* 2. *decis.* 57. *num.* 57. *post
Albiz. de inconst. in iud.* licet ipse merces salvæ, & integræ, vel earum
pretium adhuc reperiantur, *De Luc. de Credit. disc.* 106. *num.* 11. *Rot.
decis.* 24. *num.* 5. 6. *part.* 6. *recent.* & præsupponit *Rot. decis.* 400.
num. 6. *part.* 17. *recent. confirmata in decis.* 23. *n.* 1. *post Balducc. ad
Ramon. tom.* 2.

Eoque magis prædicta procedere nobis visa sunt, quia non tam
ex dictis Consulatibus constabat, quod Frumentum *Amstelodamum* non
8 fuerit transvectum, nec ibi exoneratum, verum etiam ex parte Domino-
rum Assecuratorum non negabatur, *Rocc. respons.* 34. *sub num.* 4. *tom.*
1. *Ansald. de mercat. disc.* 9. *num.* 23. *in fin.* adeo ut nihil in toto
Processu appareret, quo probaretur intra longissimum tempus Frumen-
tum ad dictum Portum pervenisse, prout eorum erat onus probare,
9 *Kuric. de Assecurat. sub versic. sequitur ut & tempus Stracc. de assecu-
rat. gloss.* 30. *Monac. decis. Florent.* 1. *num.* 101. *Royas d. decis.* 54. *n.*
4. *& decis.* 64. *num.* 1. *part.* 6. *recent.* quodque cum de facili habere,
10 atque adimplere potuerint, contra eos augebatur præsumptio, *Ludovis.
decis.* 188. *num.* 4. *&* 5.

Neque

Neque obstare putavimus deducta ab Informantibus pro Dominis Assecuratoribus, atque in motivis Domini mei *Lopez*, quod scilicet cum ex Apoca oneratoria, & ex subscriptione alterius Assecuratoris constaret de conventione, quod Navis deberet alternative exonerare frumentum, vel *Amstelodami*, vel *Cadicis*, sufficeret, illud Cadicis fuisse exoneratum ad hoc, ut obligationi Dominorum Assecuratorum satisfactum diceretur, ex regula alternativæ, cuius satis est unam partem adimpleri ad ea, quæ congerit, *Rocc. respons. 50. num. 4. & seq. tom. 1. Rocc. disp. 42. num. 46. & disp. 110. num. 20.* atque ex textu tanquam individuali allegato in *Leg. Arbitraria 2. §. 2. ff. de eo quod cert. loc.* 11 Cessavit enim quælibet oppositio, quia alternativa loci in dicta Apoca oneratoria conventa, nonnisi Dominorum de Vernaccis, & Davanzatis utilitatem respiciebat in quorum gratiam fuit apposita ad hoc ut ipsis esset plenius consultum, & plura loca haberent, ubi pro commodiori venditione Frumentum possent exonerare, ad *Text. in Leg. in fin. ff. quod cert. loc. Surd. cons. 98. n. 7.* atque in puncto consulit *Ramon. cons. 39. sub num. 9.* ad quos proinde Dominos Assecuratos spectabat electio, ad 12 tradita per *Barbat. cons. 15. num. 29. 30. lib. . Tbusc. litt. E conclus. 202. num. 14. & seq. Gratian. cap. 338. num. 12. Amat. resol. 34. num. 22. & seq. Salgad. in labyrint. part. 2. cap. 29. num 37. Caldas de nom. Empb. lib. 2. quæst. 10. sub num. 53. Monter. decis. 48. num. 14. 26. & seq. Sperell. decis. 40. num. 8.* 13 fortius vero quum ageretur de alternativa ratione loci, in qua electio est stipulatoris si promissorem prævenit, ex *Text. in d. Leg. 2. §. 2. ff. de eo quod cert. loc. ubi Bart. ceteriq. antiquiores Duran ad d. tit. ff. cap. 3. pag. mihi 925.* 14 omnium autem plenius, & eleganter *Textum* emendat, atque ita interpretatur, *Ant. Fabr. in rational ubi sub vers. restat tantum & vers. porro quemadmodum Tbusc. litt. E concl. 102. num. 21. Mantic. de tacit. lib. 14. tit. 39. num. 5. Magon. decis. Lucens. 16. num. 10.* qua electione cum iam dicti Domini Assecurati usi fuerint, mediantibus Dominis de Ginoris eorum Corresponsalibus, qui prout ex actis liquebat, postquam super venditione grani in dicto Portu *Cadicis* convenire non potuerunt, Navis Magistrum dimiserunt, ad hoc, ut iter *Amstelodamum* versus prosequeretur, alternativa pariter obligatio respectu loci fuit resoluta, solumque *Amstelodamum* supererat, ubi Frumentum exonerari debebat, quod proinde iterum *Cadicem* transvehi non potuit, contra voluntatem, & mentem Assecuratorum, in quorum præiudicium post factam declarationem, atque electionem, si Navis Magistro pœnitentiæ locus amplius non erat, ad ea, quæ per *Iason. in Leg. is qui heres num. 12. ff. de acquir. hæredit. Salgad. in labyrint. part. 2. cap. 29. sub num. 39. Rot. Gen. decis. 10. sub num. 2.* 15 qui Cadicem consulto, ac voluntarie redeundo, susceptam obligationem amplius ibi adimplere non valebat, ad regulam *Text. in Leg. Boves §. hoc sermone ff. de verb. signific.* 16 de qua *Rocc.*

Rocc. de assec. notab. 19. *num.* 55. *Rot. Gen. decis.* 63. *num.* 4. *& seq.*
multo magis dicendum erat eidem obligationi non fuisse satisfactum,
ob Navis adpulsum Cadicem fortuito, ex vi tempestatis sequutum,
coactamque frumenti exonerationem, quæ exoneratio dici nequit, *Capyc.*
17 *Galcott. contr.* 46. *num.* 7. quemadmodum ex facto etiam ipsius Navis
Magistri satis probabatur, qui in suo Consulatu Naulum petiit, non ob
transvectum frumentum Cadicem tantum, sed pro etiam itinere, quod
Amstelodamum versus absolvetar, antequam ad Promontorium *Finis
Terræ* Tempestatem pateretur, ex qua petitione per Iudicem admissa,
ac comprobata, declaravit, quod Navis Cadicem accidentaliter appule-
rat, ad hoc, ut iam, fluctibus iactata, quassataque, reficeretur, non
vero pro alternativæ obligationis adimplemento, in Apoca oneratoria
conventæ, cuius altera pars, ob declarationem Dominorum de Gino-
ris iam evanuerat.

Atque ex his cessabant, quæ ex eadem Assecurationis Scriptura de-
ducebantur, ubi postquam Assecuratores convenerunt super præmio ad
rationem quinque cum quadrante si Frumentum *Amstelodami* exoneraretur,
in eorum subscriptione fuit additum „ e scaricando detti Grani in Ca-
„ dis doveremo render addietro il premio a ragione di due per cento „
ex quo, Exoneratio frumenti, in Portu *Cadicis* facienda, non tam al-
18 ternative, quam conditionaliter conventa dicebatur, magis attendenda,
quam corpus Scripturæ, cum ab ea obligationis forma, & substantia
dependeat, *Ansald. de Mercat. disc.* 55. *sub n.* 7. 8. *Urceol. decis.* 32.
num. 29. 30. qua proinde Exoneratione qualitercunque *Cadicis* sequuta,
19 commissa pariter stipulatio, adimpletaque obligatio, favore eorumdem
Assecuratorum inferebatur, cum in conditionalibus nudum factum at-
tendi soleat, *Rot. dec.* 480. *num.* 1. *par.* 8. *recent.* allegataque in simili
Rot. Gen. div. dec. 101. *n.* 2. *circ. med. Balduc. decis.* 10. *num.* 4. *de
assecurat. tit. pr.*

Nam cum Assecuratorum obligatio pure, ac libere esset concepta,
pro Frumento salvo *Amstelodamum* transvehendo, ibique exonerando,
licet deinde in Apocæ Assecurationis subscriptione fuerit expressum,
quod præmium ad minorem summam redigi deberet, si frumentum *Ca-
dicis* exoneraretur, non inde tamen a prima pura, atque absoluta obli-
gatione recessus probabatur, sed illam tantum fuisse reformatam, aut
20 declaratam, iuxta præcedentem conventionem alternativam inter Navis
Magistrum, & Assecuratos, ut in proximis terminis advertit *Ramon.
cons.* 39. *sub n.* 6. *vers. hanc conventionem*, *& sub num.* 10. *Emer. Iun.
dec.* 11. *n.* 5. additamque conditionem resolutivam, quæ præcedentem
potius conventionem præsupponit, quam destruat, iuxta vulgatam di-
21 stinctionem, de qua *Oldrad. cons.* 285. *sub n.* 7. *Galganet. de condict. &
demonstr. par.* 2. *cap.* 1. *qu.* 88. *n.* 10. *Mantic. de tacit. lib.* 14. *tit.* 41.
n. 28. *Ansald. de Commerc. disc.* 6. *n.* 17. *& disc.* 56. *n.* 49. *Rot. dec.*
103.

103. *n.* 31. *par.* 15. *recent.* unde conventio rectius, quam conditio appellatur per *Bruxell. de condit. lib.* 1. *tit.* 3. *n.* 37. traditione præsertim, 22
vel solutione accedente, ut in nostro casu *Altograd. conf.* 54. *n.* 58. *lib.* 1. cuius tamen conditionis implementum in facto verificari non potuit ex eo, quod Navis ob gravem supervenetam tempestatem, *Cadicem* iterum appulerit, & quod ibidem Frumentum fuerit exoneratum, cum illud accidentaliter, atque ex necessitate, præter contrahentium intentionem, finemque ab eis volitum, evenerit, ut diximus, & consequenter non attendendum, quia conditionis implementum considerandum est *cum effectu*, & ob causam, finemque, de quibus per Contrahentes fuit cogitatum, *Mantic. de tacit. & ambig. lib* 14. *n.* 42. *& tit.* 44. *n.* 12. *in fin. Duran. de condit. & mod. par.* 3. *cap.* 7. *n.* 24. bene *Merend. contr. lib.* 23. *cap.* 50. *num.* 21. *in fin.* ubi reprobat *Rot. Gen. decis.* 101. in 23
contrarium allegatam *Rot. dec.* 103. *n.* 14. *par.* 15. *recent.* Perinde enim 24
est, aliquid non esse, & sine effect esse, *Surd. conf.* 381 *n.* 13. *cum seq. Monac. dec. Bonon.* 40 *punct.* 10. *Bonden. collect.* 49. *n.* 56. *tom.* 2. solusque finis Negotii contemplatus attenditur, totumque regit, 25
Mans. conf. 85. *num.* 28.

Cum igitur Assecurationis casus venerit, ex quo frumentum *Amstelodamum* non fuit transvectum, nec ibi exoneratum docebatur, condemnari consequenter debuerunt Assecuratores ad integras summas ab ipsis promissas, absque ulla superexistentis frumenti, vel ipsius pretii defalcatione, cum absolute vera non sint firmata per Dominum *Lopez* in suis Motivis in hac Causa *sub vers. vel tandem si assecurationis &c. num.* 7. *& seq.* quod Assecuratores partem tantum secuti damni reficere 26
teneantur, *ex Rocc. de assecur. notab.* 95. *n.* 369. 370. *Sanfelic. decis.* 162. *par.* 2. *decis.* 258. *par.* 6. *& decis.* 47. *par.* 7. *recent.* cæterisque congestis.

Sed ea communiter recepta est distinctio inter Assecurationem, *qua pretium*, *vel valor Rei* assecuratæ promittitur, atque alteram, qua 27
certa pecuniæ quantitas spondetur, adeout primo casu, si res in totum non pereat, Assecuratores, nonnisi ad damni emendationem cogi possint. In secundo autem indistincte ad summarum assecuratarum solutionem teneantur, sive sinistrum accidat in totum, sive in partem, *Rot. dec.* 420. *n.* 17. *par.* 16. *dec.* 400. *n.* 1. 4. 6. 7. *par.* 17. *rec. & dec.* 58. *n.* 2. 5. 8. *&* 14. *par.* 19. *Balducc. dec.* 14. *n.* 11. *& seq. tit.* 1. *de assecur. & ad Ramon. conf.* 39. *n.* 8. 9. *& post eum dec.* 23. *n* 6. 7. *tom.* 2. *& tom.* 4. *dec.* 21. *n.* 20. *cum seq.* præsertim facta per Assecuratores renunciatione *Incepta*, quo casu totum damnum venit reficiendum, *Loccen. de Iur. marit. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 12. *Giballin. de univ. negoc. lib.* 4. *cap.* 11. *n.* 8. *vers.* 12. *Rocc. de assec. notab.* 95. *n.* 373. *Balduc. dec.* 10. *n.* 12. *tit.* 1. *de assecur.* sive renunciatio sequatur expresse, ut 28

29 in præsens, sive tacite, agendo pro solutione integri pretii, *Dunozzet. iun. dec. 460. num. 7.* Et ita utraque &c.

Ascanius Venturinus Rotæ Audit.
Andreas Farsettus Rotæ Audit. & Relat.
Alexander Bellutius Audit.

DECISIO XLV.

EADEM LIBURNEN. ASSECURATIONIS SUPER SINISTRO, SIVE DETERIORATIONE FRUMENTI.

eiusd. diei 14. *Sept.* 1703. *cor. eod. b. m.* AUDIT. ANDREA FARSETTI.

ARGUMENTUM.

DEterioratio Frumenti, ex quibus causis potius repetenda sit, demonstratur, & quomodo probari possit? Insuper ostenditur Assecuratores, qui omnes casus generaliter in se susceperunt, duobus tantum exceptis *di Stiva, e Dogana*, teneri de corruptione Frumenti quomodocumque sequuta, nisi concludenter probent, corruptionem ex duobus exceptùatis casibus, vel altero eorum accidisse.

SUMMARIUM.

1 *Testibus de credulitate deferendum est in iis, quæ facile contingunt.*
2 *Quæque non solum transferunt onus probandi in contrarium, sed etiam plene probant in iis, quorum probatio non ita facile haberi potest.*
3 *Regula, quod Præsumptio Præsumptionis reiicienda sit, non procedit quando aliquid in consequentiam alterius Præsumptionis præsumitur.*
4 *Forma per æquipollens adimpleri potest quando ad certum finem, & effectum inducta fuit.*
5 *Testes aliquando absque vitio nullitatis examinantur super Articulis, deinde super Interrogatoriis.*
6 *Præsertim confecto examine super Interrogatoriis Partis, ex quibus nullitates, si quæ intervenerunt, sanari solent.*
7 *Sed admissis etiam nullitatibus, cæterisque oppositis exceptionibus, Testes pro aliqua probatione, gravique adminiculo deservire possunt.*
8 *Probatio plena resultare potest ex pluribus præsumptionibus, & naturalibus indiciis.*
9 *Eaque sufficiens intelligitur, quæ Iudicem ad ita credendum inducit.*

10 *In*

10 *In materia difficilis probationis admittuntur Testes etiam de publica voce, & fama, & de auditu, cæteraque leviores probationes.*

11 *Verbum* Disastro *in Apoca Assecurationis sub sinistrorum generalitate expressum non tam infortunium, quam deteriorationem amplectitur; sive in totum appareat deterioratio, sive in parte*, num. 12. *Atque in specie de Frumento deteriorato*, num. 13. & 14.

15 *In casu deteriorationis Frumenti, Assecuratores tenentur probare, quod Frumentum possit servire usui destinato.*

16 *Assecuratores non tenentur ob causam naturalem deteriorationis frumenti.*

17 *Custodi Frumentorum tamquam publicæ personæ plene est deferendum.*

18 *Idque procedit etiam quoad Navis Scribam*, & num. 23.

19 *Deterioratio Frumenti desumenda est potius ex causis proximioribus, & potentioribus, quam ex non probata ipsius mala qualitate, vel solis, stivaque calore.*

20 *Quando Assecuratio generaliter concepta est, Assecuratores tenentur etiam de culpa Gubernatoris Navis.*

21 *Et de corruptione Frumenti ex calefactione.*

22 *Assecuratoribus incumbit onus probandi Frumenti corruptionem accidisse ob aliquem ex casibus exceptuatis in Apoca assecurationis.*

24 *Probatio concludens nunquam dici potest dato possibili in contrarium.*



Rædicta vero licet ad victoriam satis, superque favore Dominorum Vernaccia, & Davanzati sufficerent, eo tamen magis Dominis placuerunt, quia plura concurrebant ad Frumenti deteriorationem, malamque eidem infirmam qualitatem demonstrandam, postquam Navis, vel scissa, vel fluctibus, procellisque fuit agitata, præsertim ad Finisterræ Promontorium, ubi gravem tempestatem passa erat, de quibus omnibus abunde liquebat ex tribus Consulatibus plenam probationem continentibus, ut diximus, ex tertio maxime *Cadicis* confecto, ex quo plusquam manifeste probabatur, quod maris aqua undique Navim ingrediebatur, ut iam submergi cogeretur, nisi hydraulo hauriretur, ob cuius ingressum proinde ipsum etiam Frumentum in ima Navis parte existens, damnum passum fuisse tres Testes eiusdem Consulatus deposuerunt; Et licet de credulitate id asseruerint, tamen quoad passam a Navi tempestatem, cum nulla caderet dubitatio, quemadmodum, & quod aqua undequaque circa ipsum etiam Frumentum pro ingenti quantitate ipsam Navim occupaverit, impercettibile fere etiam nobis visum fuit, quod frumentum intactum remanserit, ex quo deinde grave apud nos probationis argumentum resultavit, non tam quod fuerit *madefactum*, verum etiam quod *notabili damno* fuerit affectum, prout dicti Testes deposuerant, cum iam ex actis probaretur, Frumentum aqua

maris aspersum facile corrumpi, ipsaque experientia docebamur; qua-
1 propter etiam Testibus de credulitate, & minus concludenter deponentibus erat deferendum, *Farinacc. de Test. qu. 68. num. 38. Merlin. dec. 692. n. 49. dec. 69. n. 16. par. 18. recent.* intrabatque conclusio, quod ea, quæ frequenter, verisimiliter, & facile contingunt, præsumptioni iuris æquiparantur, maximumque indicium constituunt, adeout non solum transferant onus probandi in contrarium, sed etiam plene
2 probent in his, quorum probatio non ita facile haberi potest, ut recte fundat *Pacian. de probat. lib. 1. cap. 13. n. 5. cum seq. Cuiac. controv. 219. n. 85. Bonden. collect. 3. num. 14. & seq. tom. 1. Fontanell. dec. 439. n. 19. Rot. Gen. dec. 28. n. 13.* plene *Caroc. decis. 104. per tot.* Non subsistente replicatione de præsumptione præsumptionis reiicienda, quia talis propositio non procedit, quando aliquid in consequentiam alterius præsumptionis præsumitur, *Menoch. de præsumpt. lib. 1. qu. 45.*
3 *n. 1. Giovagn. cons. 27. sub n. 59. lib. 2. Mantic. decis. 101. Add. ad Pamphil. dec. 568. n. 6. dec. 50. n. 33. post Merlin. de pignor.*

Fortius vero accedentibus, tam relationibus Francisci, ac Iacobi de *Oses* peritorum frumenti Mensuratorum, de die 1. Decembris 1699. & 23. Februarii 1700. quam septem testium depositionibus super Partis adversæ interrogatoriis examinatorum, atque in eo convenientium, quod Frumentum *Cadicis* postrema vice exoneratum, pro maiori quantitate multum erat madefactum, & reliquum satis humidum, calefactum, ac tineis plenum, contra quos Testes, licet opponeretur, quod fuerint examinati, non servata forma, in litteris remissorialibus demandata, quod in eorum dictis non concluderent, evacuando interrogatoria, sed solum relative se habentes ad prius testificata, & de auditu, dubitative, atque ex proprio intellectu, nihilominus cum Remissorialium forma saltem per æquipollens fuerit adimpleta, ob versionem Interrogationum ex Italico idiomate in Castellanum, ob quam a
4 Testibus eadem interrogatoria recte intelligi potuerint, & remissoriis litteris satisfieri, licet Interpetris assistentia ab ipsis præscriberetur, ad tradita per *Salgad. in labyr. par. 1. cap. fin. n. 135. Vel. differt. 21. n. 39. & 46. Sanminiat. contr. 33. n. 151. Actolin. resol. 88. num. 38. Caroc. disceps. 54. n. 32. Caren. resol. 70. sub n. 12.* & cum novum non sit in Iure, & absque vitio nullitatis Testes prius super Articulis examinare, deinde vero super interrogatoriis, *Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 8.*
5 *n. 914. & 915. Gonzalez. ad reg. Cancell. in adnot. gloss. 9. §. 1. n. 79.* ubi de consuetudine Hispaniarum testatur, & eum relatione ad primum
6 examen, arbitrio Iudicis toleranda, *Actolin. obs. 87. n. 8. 16. 17. par. 1. Thesaur. dec. 255. n. 8. Adden. ad Seraph. dec. 270. lib. 13. Buratt. dec. 572. n. 9.* præsertim confecto examine super interrogatoriis Par-
7 tis, ex quibus nullitates, si quæ intervenerunt sanari solent, *Gratian. cap. 694. num. 4. Ab Eccles. observ. 84. num. 20. par. 1. Merlin. dec.* 772.

772. *n.* 3. *Ubald. dec.* 666. *n.* 12. *Add. ad Buratt. dec.* 118. *n.* 20. *Add.*
ad Pamphil. dec. 503. *n.* 7. ideo admissis etiam nullitatibus, cœterisque
in contrarium oppositis exceptionibus, Testes prædicti pro aliquali pro-
batione, gravique adminiculo deservire potuerunt, ad tradita per *Barz.*
dec. 23. *n.* 3. *dec.* 81. *n.* 19. *&* 20. *dec.* 201. *num.* 35. *par.* 5. *tom.* 1.
vec. Ansald. de Commerc. disc. 9. *n.* 24. *decis.* 230. *n.* 10. *par.* 9. *decis.*
467. *n.* 31. *par.* 19. *recent.* adeout cum reliquis facti circumstantiis su-
pra recensitis, atque ex toto Processu resultantibus, satis animum no-
strum inducere potuerint ad credendum, quod frumenti deterioratio
nulla alia de causa evenerit, quam ex passis per Navim tempestatibus,
atque ex eo, quod aqua maris fuerit madefactum, cum probatio plé- 8
na resultare valeat ex pluribus præsumptionibus, & naturalibus indi-
ciis, *Peregrin. cons.* 90. *n.* 8. 9. *lib.* 3. *Merend. contr. lib.* 4. *contr.* 11.
n. 26. *Sim. de Præt. de interpetr. ultim. volunt. lib.* 5. *dub. ult. n.* 135.
& seq. fol. 539. *Dunozet. dec.* 441. *sub n.* 7. eaque sufficiens intelliga- 9
tur, quæ Iudicem ad ita credendum inducit, *Leg. quinquaginta ff. de*
prob. Leg. admonend. ff. de iur. iurand. ubi scrib. Soccin. sen. cons. 89.
n. 14. *lib.* 1. *Tusch. litt. P. concl.* 764. *n.* 1. 11. *Mans. cons.* 40. *num.*
31. *Cyriac. contr.* 219. *n.* 83. *Rot. Gen. dec.* 28. *n.* 18. *Barz. dec.* 23.
n. 3. maxime in hac materia, in qua Testes etiam de publica voce, &
fama, & de auditu, cœteræque leviores, quæ possunt haberi probatio- 10
nes admittuntur, *Marquard. de Mercat. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 75. *Mans.*
cons. 519. *n.* 3. *Ansald. de Mercat. disc.* 70. *n.* 16. *Balducc. dec.* 13.
num. 1. 3. *de assecurat. tit.* 1.

Probata vero Frumenti deterioratione, etiam *in parte*, Assecura-
tionis casum evenisse recte inferebatur, cum verbum *Disastro*, in Apo- 11
ca Assecurationis sub sinistrorum generalitate expressum, non tam in-
fortunium, quam deterioramentum amplectatur, *Balducc. dec.* 11. *n.* 5.
de assecurat. tit. 1. *Dunozzet. iun. dec.* 460. *n.* 2. *Rocc. disp.* 97. *n.* 6. 12
sive in totum appareat deterioratio, sive in parte, *Rocc. d. disput.* 97. 13
n. 6. *& seq. De Luc. de Credit. disc.* 106. *num.* 11. atque in specie de
Frumento deteriorato, *Rocc. de assecur. notab.* 95. *num.* 368. & fuit
dictum apud *Mastrill. dec.* 197. *Rot. dec.* 258. *par.* 6. *confirm. dec.* 47.
n. 7. *recent.* & de deterioratione Frumenti ex humiditate, ac tineis 14
proveniente, quoties, ut in nostro casu, Assecuratores generaliter omne
periculum in se susceperunt, *Santern. de assecurat. notab.* 49. *n.* 166.
Altimar. de nullit. contract. rub. 1. *n.* 106. vel quoties aspergine made-
factum, deterius evasit, *Stracc. de assecur. gloss.* 17. *n.* 1. *& gloss.* 19 15
n. 2. *Merend. contr. lib.* 23. *cap.* 50. *n.* 15. ubi quod tali casu Assecu-
ratores teneantur probare, quod Frumentum possit servire usui destinato.

Nec attendi meruerunt ponderationes ab Informantibus in contra-
rium oppositæ, quod cum Navis iter fuerit susceptum tempore æstivo

Frumentum calefieri, ac deteriorari potuerit, ob solis, & stivæ calorem, *Summ. assecur. num. 59.* addita præsertim quadam Capitanei Navis littera de die 10. Septembris 1700. Liburnum missa DD. Audimont, ubi refert, Frumentum fuisse repertum Cadicis deterioratum ob malam ipsius qualitatem; nec non suffragantibus depositionibus Diegi Muniz, & Francisci de Oses Testium ab Assecuratis inductorum, quorum primus *Interr.* 14. *36. & seq. in Summ. Assecurat. num. 66. & sub num. 67.* deponit, quod Frumentum in parte aliquantulum erat calefactum, & quod ex stivæ, solisque calore deteriorari potuit; Alter vero *Interrog.* 40. inquit, Frumentum in parte fuisse calefactum, tineasque producens, quibus addebatur plurium Mercatorum fides *Summ. Assecurat. num. 67.* testantium, quod Frumentum Navi transvectum tempore æstivo, facile calefit, tineas generat, deterioratumque præsumitur ex Navis stiva, vel ex eo, quod etiam ante onerationem malæ
16 fuerit conditionis; ex quibus demum inferebatur ad causam naturalem deteriorationis frumenti, ob quam proinde Assecuratores non tenerentur.

Verum Capitanei Epistolæ obstabat ipsius altera eisdem Dominis Audimont directa sub die 4. Novembris 1699. *Proc. Vernac. a 62.* ex qua contrarium colligebatur, atque etiam pluries ab eo testificata in Consulatibus, ubi deponit, se credere, ob sinistrorum repetitos casus Frumentum fuisse deterioratum, minusque controverti poterat, quod salvum, optimumque Liburni fuerit oneratum, prout deponebat Dominus Carlesi Frumentorum Custos *Summ. Vernac. num.* 101. *&* 102. cui tamquam publicæ personæ, & a Parte contraria inducto, plene erat
17 deferendum, *Bich. dec.* 20. *num.* 7. *dec.* 297. *n.* 11. 12. *par.* 9. *& dec.* 584. *n.* 9. *& dec.* 668. *n.* 13. *par.* 19. *recent.* & quod tale *Cadicis* fuerit repertum, in primo, atque altero Navis ibidem appulsu, liquebat ex attestatione Scribæ eiusdem Navis, formiter examinati sub die 3. Iulii 1703. *Interr.* 7. *&* 8. *Proc. Vernac. a* 195. 200. quem pariter ple-
18 ne probare firmant *Giurb. observ.* 73. *num.* 11. *De Luc. de Credit. disc.* 106. *num.* 16. *Rocc. de Navib. & Naul. notab.* 52. *n.* 141. *Balducc. dec.* 13. *n.* 18. *de assecurat. tit.* 1. pluresque Testes concurrebant super exquisita Frumenti qualitate deponentes, quando prima vice *Cadicis* fuit exoneratum, inter quos Consalvus Angioletti, Ioseph de Rosa, Ioannes Stephanus Salvatelli, Ioannes Matini, *Summ. Vernac. a* 125. 138. 129. 158. 187. 210. quinimmo hoc ipsum alias testati sunt Ioannes Franciscus de Oses *Interrog.* 19. & Diegus Muniz *Interrog.* 19. 37. 42. *Summar. Vernac. a* 218. 242. 247. 253.

Quapropter cum a Portu *Liburni* usque ad *Cadicensem* de mense ferventiori Augusti Frumentum deterioratum non appareret, sed tunc demum postquam maris aqua fuit madefactum, variisque Tempestatibus

Na-

Navis agitata, ex huiusmodi potius causis, tamquam proximioribus, & potentioribus, Frumenti deteriorationem fuisse sequutam probabilius resultabat, quam ex præsupposita, non tamen probata, naturali mala ipsius qualitate, vel solis, ftivæque calore, ad tradita per *Tusch. litt. C. concl.* 147. *n.* 9. *Barbos. axiom.* 40. *sub n.* 33. *Natt. conf.* 119 *n.* 2. *Gratian. cap.* 642. *n.* 10. *Cyriac. controv.* 688. *n.* 80. 81. *Dunoz. Iun. decis.* 478. *num.* 7. 8. 19

Quinimo, cum Assecuratio generaliter esset concepta, omnes sinistri casus comprehendens, duobus tantum exceptis, *di Stiva*, *e Dogana* adeout Assecuratores de culpa etiam Gubernatoris Navis tenerentur, *Santern. de assecurat. par.* 4. *n.* 19. *et seq* quem sic intelligit *Marquard. de Mercat. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 54. *Rot. Gen. dec.* 3. *num.* 15. *dec.* 166. *n.* 4. *dec.* 57. *n.* 44. *post Albiz. de inconstant. in Iudic.* etsi daremus quod Frumentum ex calefactione corruptum remansisset, Assecurationis tamen casum sub dicta generalitate comprehensum evenisse erat respondendum, *De Hevia Comm. Naval. de Assecur. cap.* 24. *num.* 25. *Rocc. de Assecur. notab.* 64. *n.* 233. *Altimar. de Nullit. contract. rubr.* 1. *sect.* 6. *par.* 9. *n.* 106. *fol.* 342. Adeout contra Dominorum Actorum fundatam intentionem, onus incumberet Assecuratoribus, præcise, & concludenter probandi, Grani corruptionem accidisse ex duobus exceptuatis casibus, vel altero eorum, *di Stiva*, scilicet, *e Dogana*, ad ea, quæ magistraliter firmat *Mantic. dec.* 251. *n.* 4. 5. 7. confirmatoria præcedentis 240. *n.* 4. 6. *De Luc. de Iudic. disc.* 2. *n.* 19. *Merlin. dec.* 396. *n.* 8. quæ tamen probatio non resultabat ex depositione Diegi Muniz super *Interr.* 38. *Summ. Vernac. n.* 249. 250. *et Summ. Assecur. sub n.* 67. ubi inter alias causas, quas adscribit Frumenti deteriorationi, enumerat provenientem ex aliquibus saccis lanæ, eidem Frumento superexistentibus; huiusmodi enim Testi contrarius est Navis Scriba, qui super hoc specialiter examinatus *Interrog.* 11. 12. *Proc. Vernacc. a* 201. testatur, quod Lana fuit posita in Navis ambulacro, vulgo *Corridore*, quo loci nullum præiudicium Grano inferre poterat, eique propterea tamquam magis informato, & verisimiliora super re ad se spectante deponenti, magis erat credendum ex supra allegatis, fidemque contrariam dicti Muniz minuebat, *Rot. decis.* 187. *n.* 14. *par.* 9. *dec.* 798. *n* 7. *par.* 18. *dec.* 431. *n.* 13. *par.* 19. *recent.* fortius, quia dictus Muniz deponit de exoneratione Frumenti *Cadicis* post primum sinistrum, asseritque non deterioratum fuisse repertum, quod tamen non evenisset, si revera ex Lana ibidem supposita putrefactio sequi potuisset; maxime quia habito respectu ad tempora calidiora testabatur; Et demum cum idem Testis inter deteriorationis causas referat madefactionem aqua maris sequutam, hæc magis efficax ad Frumenti putrefactionem erat reputanda, atque ex ea in contrarium exceptuatorum sinistrorum probatio excludebatur, quæ concludens nunquam dici potest, dato possibili in con-

contrarium, *Gratian. cap. 600. n. 4. decis. 88. n. 6. & dec. 332. n. 3. par. 4. tom. 1. recent.* Et ita utraque &c.

Ascanius Venturinus Rotæ Audit.
Andreas Farsettus Rotæ Audit. & Relat.
Alexander Bellutius Audit.

DECISIO XLVI.

EADEM LIBURNEN. ASSECURATIONIS SUPER INTERESSE ET EXPENSIS.

eiusd. diei 14. Sept. 1703. cor. eod. b. m. AUDIT. ANDREA FARSETTI.

ARGUMENTUM.

Assecuratores tenentur ad Interesse, & Expensas favore Assecurati a die Litis contestatæ, vel Documentorum productionis non obstante Absolutoria ab observatione Iudicii, vel Sententia favorabili, quoties in prima Instantia fuerunt producta Documenta, ex quibus potuerint de suo malo Iure edoceri.

SUMMARIUM.

1 *Interesse iuxta praxim, liquidandum est in executione Sententiæ.*
2 *Publicis Mercatoribus debetur Interesse lucri cessantis, vel damni emergentis absque ulla requisitorum Castrensis probatione.*
3 *Pecuniæ namque Mercatorum maiorem ad hoc habent æstimationem.*
4 *Interesse si non a die Litis contestatæ, saltem debetur a die productionis Documentorum.*
5 *Interesse quoties Mercatori debetur, vicem Fructuum substinet.*
6 *Quod in terminis Assecurationis pro indubitato est.*
7 *Capitula Consulatus Maris, licet pro Lege ubique non serventur, multum tamen ad Negociorum Decisionem conferunt.*
8 *Quando Causa est in gradu Appellationis, seu Revisionis Iustitiæ, fructus a die primæ Litis contestatæ, vel productionis Documentorum debentur, non obstante absolutoria ab observatione Iudicii.*
9 *Amplia etiamsi Reus primam Sententiam favorabilem obtinuerit*, & n. 10.
11 *In expensis, etiam quoad primam Instantiam, condemnari debes, quando præcipuum resolutionis fundamentum pendet ab iis, quæ in prima Instantia fuerunt producta.*

Con-

Ondemnavimus tandem Assecuratores ad Interesse in exe-
cutione Sententiæ liquidandum, iuxta praxim, de qua 1
*Bartol. Bald. cæterique in Leg. 2. Cod. de sent. quæ sin. cert.
quant. Cagnol. in rubr. Cod. de sent. quæ pro eo, Staiban. de
inter. lib. 1. qu. 16 n. 30. Stacc. de Commerc.* §. 1. *qu.* 7.
par. 2. *ampl.* 8. *n.* 242. Nam cum Domini Davanzati, &
Vernaccia essent in Portu *Liburni* publici Mercatores, controverti non 2
poterat, quod Interesse lucri cessantis, vel damni emergentis eisdem de-
beretur, absque aliqua requisitorum *Castrensis* probatione, *Castill. contr.
lib. 2. cap. 1. n. 35. & seq. & n. 73. Rocc. respons. 19. n. 17. & seq.
& resp. 9. n. 67. lib. 1. Cyriac. contr. 526. n. 8. 30. 35. Staiban. de
Inter. lib. 1. qu. 16. n. 21. 25. Ansald. de Mercat. disc. 65. num. 77.
Sanminiat. contr. 144. n. 14. Palm. dec 111. num. 18. Balduc. dec. 32.
num. 59. tit. 2.* plene *Rot. Nostra in Florentina Interesse 16. Septembris
1693. lib. mot. 134. pag. 431 vers. Interesse vero cor. Illustriss. D. meo
Finetti*, quod Mercatorum pecuniæ maiorem quoad hoc habeant æstima- 3
tionem, quod idem tradit *Castill. ubi supra n.* 32. & si non a die Li-
tis contestatæ, saltem a die 2. Iunii 1700. postquam præcedente sæpius
reperita protestatione per dictos Dominos Actores fuerunt producta Do-
cumenta, ex quibus Assecuratores potuerunt de iuribus suis inquirere, 4
*Leg. sed & loci §. post litem ff. fin. reg. Leg. sed & si Lege §. si ante li-
tem ff. de petit. hæredit. Reden. consf. 9. n. 200. Gall. de fruct. disp.
12. art. 1. n. 22. Scopp. ad Merlin. contr. 43. n. 10. & seqq. cent. 2.
De Luc. de Iudic. disc 39. sub n. 14. & de Fideicom. disc. 185. n.
Peguer. dec 178. n. 10. Buratt. dec. 184. n. 1. Merlin. dec. 663. n. 1.
Add. ad Ramon. consf. 50. n. 66 & in annot. dec. 80. n. 10. post Urceol.
de transact.* qui licet loquantur de fructibus, idem tamen procedit 5
quoad Interesse, quoties Mercatori debetur, cum vicem fructuum sub-
stineat, ad *Text. in Leg. Usuræ 34. n. seq. ff. de usur.* plene *Lagunez
de fruct. par. 1. cap. 4. n. 90. cum seq. Gall. de fruct. dict. disp. 12.
art. 1. num. 24. Fontanell. in adnot. dec. num. 2. tom. 2. in fin. facit
Ansald de Commerc. disc. 34. n. 51. Rot. Nostra 16. Decembris 1678.
lib. mot. 129. pag. 787. lib. 131. pag. 191.* atque in his terminis As- 6
securationis pro indubitando admittunt *Kurick. post tract. de Iur. Ma-
rit. in Diatr. de Assecur. vers. tenebatur etiam, pag. 16. Loccen. de Iur.
Marit. lib. 2. cap. 5. n. 18. Fontanell. dec. 593. num. 1. et per tot.*
dispositumque habetur in *Consulat. Maris in tit. degl' ordini sopra la
sicurtà marittima cap.* 23. cuius Capitula in hac parte, licet pro Lege 7
ubique non serventur, ut testatur *De Luc. de Credit. disc. 107. n. 6.*
multum tamen ad negotiorum decisionem conferunt.

Non refragante, quod Assecuratores in prima Instantia ab obser-
vatione

vatione Iudicii fuerint absoluti; nam cum ob recursum ad Regiam Cel-
situdinem, sive in gradu Appellationis versaremur, ut firmavit *Dom.
Audit. Bononius in Liburnen. Assecurationis Veneris 2. Aprilis versic.
Demum non restitit.* sive in gradu Revisionis Iustitiæ, fructus a die pri-
mæ Litis contestatæ, vel Documentorum productionis debebantur, non
obstante absolutoria ob observatione Iudicii, quoties, prout in casu
nostro, ex supra firmatis in prima Instantia ea deducta fuerunt, ex
8 quibus Reus Conventus facile de bono iure Actoris informari potue-
rit, ut late consuluit *Caball. cons. 89. lib. 2. Cerr. dec. 167. num. 6.
Ottbobon. dec. 250. n. 10. annot. ad dec. 80. sub n. 11. post Urcel. de
Transact.* & in fortioribus licet primam Sententiam pro se favorabilem
9 Reus obtinuerit, quod nihilominus a die primi cœpti Iudicii fructus
debeantur, *Mut. dec. 10. n. 17. Buratt. dec. 568. n. 17. Arguell. dec.
113. n. 4. dec. 2. n. 1. & seq. dec. 236. n. 6. par. 11. & decis. 220.
n. 1. & seq. par. 15. recent. Adden. ad Ramon. cons. 50. n. 7. Scop. ad
Merlin. contr. 43. n. 4. 6. cent. 2. Salgad. de reg. prob. par. 4. cap.
14. n. 149. 161. & seq. Altimar. de Nullit. rubr. 5. qu. 44. n. 5. Ma-
strill. dec. 29. Giurb. dec. 89. n. 2. Mier. de Maiorat. par. 3. qu. 25.
n. 1. & seq. D. Lopez de legat. dissert. 14. num. 67. & seq. Pacific. de
salvian. inspect. 4. cap. 1. 2. 68. & post alios Gob. cons. 97. n. 21. cum
seq.* atque in nostris terminis, quod Reus revocata in Iudicio Revisio-
10 nis, vel Appellationis prima Sententia teneatur ad Interesse a die pri-
mi inchoati Iudicii, ad *Text. in Auth. quæ supplicatio Cod. de prec.
Imper. offer. De Ponte de pot. proreg. tit. 4. §. 4. num. 27. cum seq.*
ubi Regiæ Cameræ decisionem refert, *Fontanell. de pact. claus. 4. gl. ff.
18. par. 4. n. 71. 72. Merlin. contr. 42. n. 44. & seq. cent. 2. &
ibi Scopp. n. 18. De Luc. ad Franc. dec. 120. n. 4. Altim. de nullit.
ubi supr. n. 3. Tapia dec. 41. per tot. Thorr. in comp. dec. par. 3.
verb. interesse ex mora pag. mihi 580.* & cum præcipuum resolutionis
fundamentum penderet ab iis, quæ etiam in prima Instantia per Do-
11 minos Assecuratos fuerunt producta, ut diximus, Expensarum pariter
condemnationem addidimus, iuxta distinctionem in durioribus terminis
receptam, de qua *Grannt. theor. 11. n. 17. Afin. in prax. §. 22. cap.
2. ampl. 6. Bender. de revis. concl. 9. 10. & seq. Cappel. Tholos. dec.
222. ubi add. Scacc. de Appell. quæst. 17. limit. 21. n. 54. Barbos. in
Leg. Eum, qui temere 79. n. 107. ff. de Iudic. Cavalcan. dec. 15. n.
5. par. 1. Afflict. dec. 42. n. 1. Gratian. decis. 138. n. 4. Borell. in
Summ. dec. lib. 2. tit. 39. n. 208. & seq. Rot. dec. 168. n. 5. par.
9. rec. Coccin. dec. 705. n. 6. Carill. dec. 259. n. 3. Dunozzet. dec.
409. n. 4. Rota Nostra lib. Motiv. 138. pag. 300. lib. 98. pag. 28.*
cum aliis apud *Constant. ad Statut. Urb. annot. 59. art. 2. n. 56.*

Et ita utraque &c. *Ascanius Venturinus Rotæ Audit.*
Andreas Farsettus Rotæ Audit. & Relat.
Alexander Bellutius Auditor.

DECISIO XLVII.

LIBURNEN. EMPHITEUSIS SEU HYPOTHECÆ

diei 8. *Aprilis* 1705. *cor. bo. m.* D. ADVOCAT. FRANCISCO M. CHELLINI.

ARGUMENTUM.

IMmissionem in Bona Emphyteusis Hæreditariæ denegari non posse demonstratur Creditoribus hypothecariis, ad hoc ut ex fructibus satisfactionem obtineant; Hæreditaria etenim Emphyteusis, non obstante alienationis prohibitione, hypothecari potest tam a primo acquirente, quam a cæteris vocatis, & iura Creditoris Hypothecarii vigent etiam contra Hypothecantis Hæredes.

SUMMARIUM.

1 *Emphyteusis hereditaria est, ac transire potest etiam ad Extraneos, quoties simpliciter concessa fuit, nulla facta mentione Descendentium.*

2 *Et hypothecabilis est ad instar aliarum rerum, includiturque in generali Bonorum obligatione, etiamsi de ea specialis mentio facta non sit.* num. 3.

4 *Et consideratur uti corpus Hæreditarium.*

5 *Clausula* ad habendum *in dispositiva contractus Emphyteutici per extensum adposita operatur, ut Emphyteusis transitoria sit in quoscumque Extraneos.*

6 *Et æquipollet Clausulæ* quibus dederit.

7 *Controversum est, an facultas disponendi ex clausula* quibus dederit *sit intelligenda intra limites concessionis?*

8 *Quæ clausula non operatur restrictionem ad descendentes primi investiti, quoties Investitura concepta simpliciter fuit, nec ex aliis verbis adparet Emphyteusim fuisse stipulatam solum pro Descendentibus.*

9 *Emphyteusis Hæreditaria alienari libere potest tam a primo, quam a cæteris Acquirentibus, etiam cum præiudicio aliorum vocatorum.*

10 *Prohibitio alienandi Emphyteusim censetur adposita favore Domini directi, ut scilicet, sine eius consensu Dominium utile in alium non transferatur.*

11 *Dominus Directus non potest ad libitum consensum denegare, & si denegaverit, habetur pro præstito.*

12 *Prohibitio alienationis sub pœna caducitatis non comprehendit hypothecam.*

13 *Per Hypothecam etenim Bona non alienantur, sed remanent in Bonis Hypothecantis.*

14 *Et*

14 *Et ideo de iure communi non est prohibita.*
15 *Etiamsi agatur de Emphyteusi Ecclesiastica.*
16 *Hypotheca non est Contractus, nec de per se ab initio consistit, sed accessoria est principali obligationi.*
17 *In Emphyteusi distractio fructuum semper est permissa absque metu devolutionis.*
18 *Salvianum Creditori competit pro sua super fructibus satisfactione.*
19 *In Emphyteusi mere Hæreditaria hypotheca super commoditate percipiendi fructus non solum est exercibilis durante vita Debitoris, sed etiam contra eius universalem, vel particularem successorem.*
20 *Expensæ in Iudicio Salviani semper conceduntur, præsertim quando reficiendæ veniunt de fructibus Bonorum.*
21 *Tanto magis si articulus pro parte Creditoris sit clarus.*



Etulimus Magistratui Perillustrium Dominorum Conservatorum LL. huius Civitatis Florentiæ

„ Domum conductam per Iacobum de Marraccis „ *usque sub die* 4. *Iunii* 1627. ex rogitibus Claudii de „ Ciuppis a Dohana *Liburni* fuisse, & esse obnoxiam, „ seu obligatam quoad fructus, seu commoditatem illos percipiendi Crediris, & Iuribus Domini Ioannis Baptistæ de Boldrinis declaratis in altera sententia eiusdem Magistratus de die 6. Februarii 1703. & propterea fore, & esse concedendam, prout concessimus dicto Domino de Boldrinis, retentionem, seu quatenus Immissionem, donec ex fructibus, seu pensionibus dictæ Domus satisfactus sit de suis creditis, ut supra, & de expensis factis, & faciendis in hac præsenti, iuxta liquidationem, & prout in dicta nostra Relatione de „ die 8. Aprilis 1705.

Unica, & irrefragabilis sic referendi ratio manifeste depromitur ex qualitate ipsius conductionis, quæ tamquam concessa a Laico, nempe a Dohana *Liburni*, itemque celebrata simpliciter pro Iacobo Marraccio nulla facta mentione filiorum, neque hæredum, sed ad vitam Davidis Angeli a Fano eius Cognati, filiorum, nepotum, ac pronepotum per lineam masculinam, & fœmininam legitimam, & naturalem usque in tertiam generationem inclusive, nihil aliud præsefert, nisi quamdam concessionem in emphytheusim qualitatis hæreditariæ, transitoriæ scilicet pro tempore, quo duraverint generationes contemplatæ ad quoscumque hæredes, etiam extraneos, sicut cætera bona hæreditaria eiusdem Iacobi
1 conductoris, *Clar. in* §. *emphyteusis quæst.* 28. *signanter num.* 3. *Molin. de instit. & iur. tract.* 2. *disput.* 469. *num.* 7. *Trentacinq. var. resolut. lib.* 3. *tit.* 1. *de iur. emphyt. resol.* 3. *num.* 15. *Farias ad Covarr. var. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 84. *Valasc. de iur. emphyt. quæst.* 39. *num.* 11. *Robles de repræsent. lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 4. *Antonell. de temp. legal. lib.*

lib. 1. *cap.* 57. *num.* 1. *lib.* 2. *cap.* 55. *num.* 63. *De Luc. de Lin. Legal. art.* 21. *num.* 22. *Mel. alleg.* 28. *num.* 12. *part.* 1. & in terminis emphyteusis concessæ a Civitate, seu Communitate *Mantic. de tacit. lib.* 22. *tit.* 9. *num.* 3. 4. *Fulgin. de iur. emphyt. tit. de success. quæst.* 12. *num.* 1. *vers. & idem dicendum est*, *Palm. Sen. cons.* 91. *num.* 2. *Sabell. resolut.* 58. *num.* 6.

Quo circa explorati iuris est, ut quemadmodum huiusmodi Emphyteusis hæreditaria de sui natura erat hypothecabilis adinstar aliarum rerum, quæ extabant in bonis Palumbæ debitricis, ex plene deductis per *Gob. in cons.* 100. *num.* 1. *& seq. cons.* 105. *num.* 66. *Cyriac. controv.* 2
189. *num.* 1. *Rot. apud Pacion. allegat.* 36. *num.* 18. *alias cor. Emerix. Sen. decis.* 114. *num.* 2. *& decis.* 332. *num.* 3. *part.* 19. *rec.*

Ita eodem pacto in generali Bonorum obligatione per eamdem Palumbam contracti favore Domini de Boldrinis legitime potuit comprehendi, etiamsi de ea specialis mentio facta non fuerit ad *Text. in Leg.* 3
tutor §. *fin. ff. de pignorat. action. Cyriac. controv.* 190. *num.* 3. *& seq. Staiban. Iun. resolut.* 71. *num.* 26. *& seq. Gob. cons.* 100. *num.* 4. *Urceol. cons.* 32. *num.* 28. ubi quod considceratur, uti corpus hæreditarium
Franch. decis. 226. *& ibi De Luc. num.* 1. *& seq. Rot. decis.* 170. *num.* 4
17. 18 *part.* 9. *decis.* 257. *num.* 12. *part.* 11. *rec. Palm. decis.* 132. *num.* 31. *iterum Rot. in decis.* 23. *num.* 4. *decis* 24. *num.* 2. *decis.* 25. *num* 2. *decis.* 26 *num.* 6. *&* 9. *post De Luc. de emphyt. & decis.* 1319. *num.* 1. *cor. R. P. D. Emerix.*

Certius autem inspecta clausula *ad habendum*, in dispositiva no- 5
stri Contractus per extensum apposita; quæ operatur ut Emphyteusis sit transitoria in quoscumque extraneos, iuxta celebre *cons.* 4. *Curt. Iun. ubique* amplexatum *Bonden. collect.* 17. *num.* 95. *tom.* 2. *Ciarlin.* 158. *num.* 4. *Hodiern. ad Surd. decis.* 93. *num.* 11. *Cepparell. resol. fisc.* 2. *num.* 3. *Rot. post. Pacific. decis.* 172. *num.* 2. *& in rec. dec.* 438. *num.* 2. *part.* 1. *& decis.* 332. *num.* 8. *part.* 19.

Et æquipollet clausulæ *quibus dederit*, ut bene *Cavaler. dec.* 219. 6
num. 11. *decis.* 293. *num.* 2 *Rot. post Pacific. dec.* 172. *num.* 3. *Buratt. decis.* 87. *num.* 3. *cum aliis apud Bonden. in d. collect.* 17. *num.* 94. *Dunozz. Iun. decis.* 109. *num.* 8. *Rot. decis.* 435. *num.* 11. *part.* 1. *decis.* 294. *num.* 3. *part.* 2. *& decis.* 225. *num.* 17. *part.* 17. *rec.*

Absque eo quod hic sit opus ingredi quæstionem, an ea intelligi debeat intra limites concessionis, ut nempe tribuat tantummodo facultatem alienandi inter descendentes primi investiti, non etiam inter extraneos, ad notata per *Rot. in decis.* 2. *num.* 4. *& seq. post Ur-* 7
ceol. de transact. Samminiat. controv. 164. *num.* 7. quia, cum nostra Investitura legatur concepta simpliciter pro Iacobo Mattaeeio, quæ de sui natura compræhensionem extraneorum importat, nec ulla sit facta mentio eius descendentium; non est cur dicta clausula operari valeat ali-

aliquam restrictionem, cui tunc demum locus fieret quatenus ex aliis verbis constaret, emphyteusim fuisse stipulatam solum pro descendentibus, ne in una, eademque investitura inducatur manifesta contrarietas, & repugnantia, ut cum pluribus Rotæ decisionibus hoc di-
8 stinguendo declarat, *Paston. de locat. cap.* 53. *num.* 79. *Rot. cor. Emerix. Iun. decis.* 144. *num.* 3. *& seq. idem Sanminiat. contr.* 168. *n.* 20. *Cerr. decis.* 226. *num.* 13. *&* 14.

Neque prædictis officit, quod Palumba, quæ obligationem cum Domino de Boldrinis contraxit, non sit prima acquisitrix; etenim quicquid de iure procedat in terminis emphyteusis pactionatæ, ubi tamen ea est hæreditaria, vel aliter ex pacto, aut consuetudine alienandi ad naturam Allodialium redacta, potest libere tam a primo, quam a cæteris acquirentibus alienari, ut in fortioribus terminis (quando scilicet ageretur de præiudicio aliorum vocatorum, quod non est in casu
9 nostro) docet, *Merlin. de legit. lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 8. *num.* 3. *in fin. versic. & quando Fulgin. de contractu emphyt. quæst.* 24. *num.* 2. *cap.* 10. *num.* 71. *Gob. de permiss. feud. & emphyt. alienat. quæst.* 2. *num.* 24. *late Michalor. de fratr. part.* 1. *cap.* 38. *num.* 30. *& seq. Palm. allegat.* 159 *num.* 21.

Sicuti pariter in contrarium non urget, quod *Conductor non possit* (sunt verba instrumenti) „ eique non liceat dictam Domum deteriorare, alienare, vendere, aut aliquem contractum facere in præiudicium præsentis locationis, sub pena reversionis ad Dominam directam. „

Et primo, quia prohibitio alienationis non est incompatibilis, neque contrarietatem inducit cum natura emphyteusis hæreditariæ transitoriæ ad quoscumque etiam extraneos, cum dicta prohibitio censeatur apposita non solum favore Domini directi, & pro eius interesse, ad hoc, ut sine eius consensu, & solutione Laudemii dominium utile in alium transferri nequeat, *Rot decis.* 170. *num.* 19. 20. *part.* 9. *rec.*
10 *decis.* 114. *num.* 13. *& seq. cor. Emerix. Sen. decis.* 24. *num.* 3. *decis.* 26. *n.* 7. *post De Luc. de emphyt.* ubi etiam *sub num.* 8 subdit, quod Dominus directus in alienatione prohibita absque eius consensu, non potest ad libitum consensum denegare, & si denegaverit, habetur pro
11 præstito in emphyteusi hæreditaria, quod pariter confirmat *Merlin. de legit. lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 8. *num.* 4. *Rot. decis.* 129 *num.* 15. 16. *dec.* 408. *num.* 39 40. *part.* 16. *rec. Palm. alleg.* 101. *num.* 36. *& seq.*

Secundo, quia ex dictis verbis non resultat, quod expresse prohibita sit hypotheca, vel alienatio sumpto latissime vocabulo, quæ hypothecam comprehendat, ut in similibus, imo fortioribus verbis re-
12 spondit, *Rot. cor. Cerr. decis.* 92. *num* 6. *alias decis.* 167. *part.* 9. *rec. & decis.* 238. *post Zach. de oblig. camer.* ubi fuerat dictum, quod Domus emphyteutica esset prohibita quoquo modo vendi, aut alienari irre-

irrequisito Proprietario sub pœna caducitatis, & non obstante decisum fuit, quod dicta verba non excluderent facultatem hypothecandi.

Sed censetur solum prohibita venditio, & alienatio, per quam scilicet ius illud emphyteuticarium in alterum transferatur, quæ nullo modo capit simplicem hypothecam, per quam bona non alienantur, sed 13
remanent in bonis hypothecantis, ut per *Text. in Leg. pignus Cod. de pignor.* prosequitur eadem *Rot. d. decis.* 92. *num.* 7. 8. *cor. Cerr.* cui consonant DD. omnes, qui dicunt, quod hypotheca non sit alienatio, & ideo de iure communi non sit prohibita in re emphyteutica, ut in 14
specie *Ciroce. discept.* 62. *num.* 66. *Spad. consi.* 243. *num.* 1. 6. *tom.* 2. *Rot. apud Buratt. decis.* 749. *num.* 9. 10. *& decis.* 66. *num.* 22. *post Constantin. ad Statut. ubi num.* 23. ampliat etiamsi agatur de emphy- 15
teusi Ecclesiastica.

In nihilo obstantibus pro inferenda amplitudine prohibitionis usque ad hypothecam sequentibus verbis „ ibi „ aut aliquem contra„ ctum facere „ quippe quia hypotheca non est contractus, neque de per se ab initio consistit, sed est firma contractus accessio, hoc est 16
accessoria principali obligationi, *Merlin. de pignor. lib.* 1. *quæst.* 2. *n.* 2. *lib.* 4. *quæst.* 126. *num.* 1. *quæst.* 171. *num.* 4. *lib.* 5. *quæst.* 23. *n.* 1. *& seq. Paitell. annot.* 57. *num.* 39. *Gratian. discept.* 804. *num.* 17. *Actolin. resolut.* 10. *num.* 26. *Palm. decis.* 227. *num.* 44.

Tertio demum, quia supposita etiam quacumque prohibitione hypothecandi, adhuc tamen ea non obstaret quominus generalis hypotheca afficeret commoditatem percipiendi fructus, cuius distractio est sem- 17
per permissa absque metu devolutionis, cum per illam illesa remaneat rei substantia, nullumque præiudicium Domino Directo afferatur, iuxta theoricam *Bald. in Leg. is qui* §. *usufructus ff. de pignor. & Leg. codicillus* §. *instituto num.* 4. *de legat.* 2. *Conciol. alleg.* 16. *num.* 18. *allegat.* 63. *num.* 30. 31. *De Luc. de Feud. disc.* 61. *num.* 18. *de emphyt. disc.* 44. *num.* 3. *disc.* 58. *num.* 6. 18. *de credit. disc.* 14. *n.* 4. *disc.* 151. *num.* 5. *Rot. decis.* 123. *num.* 8. 9. *cor. Peuting. decis.* 92. *num.* 10. *& seq. decis.* 144. *num.* 5. *& seq. cor. Cerr. decis.* 114. *num.* 8. *cor. Emerix. Sen. decis.* 408. *num.* 84. 85. *part.* 16. *recent. decis.* 23. *num.* 9. *decis.* 24. *num.* 6. *decis.* 25. *num.* 6. *decis.* 26. *n.* 10. *post De Luc. de emphyt. Modern. Palm. decis.* 371. *per tot. tom.* 4. *& nuperr. Sac. Rot. in decis.* 75. *num.* 1. *& seq. fere per tot. cor. Ansald.*

Et in hunc vere sensum prodiit nostra relatio, quamvis & ex aliis fundamentis subsistat, quia declaravimus dictam Domum affectam, quoad fructus, seu commoditatem illos percipiendi, concedendo desuper immissionem in Salviano ad effectum, ut Dominus de Boldrinis tamdiu dictis fructibus, & commoditatibus fruatur, donec sibi de credito satisfiat, prout ratione huius commoditatis Salvianum compe-

18 tere concorditer firmant *Conciol. dd. alleg. 16. num. 18. & alleg. 163. num. 30. Rot. decis. 167. num. 13. & seq. part. 9. rec. & decis. 92. n. 13. & seq. cor. Cerr. Palm. alleg. 355. num. 15.*

Non curato iam obitu Palumbæ debitricis, quia cum versemur in emphyteusi mere hæreditaria, hypotheca super commoditate percipiendi fructus non solum est exercibilis durante vita debitoris hypothecantis, sed etiam post eius mortem contra eius universalem, seu particularem successorem, ut distinguendo inter emphytheusim pactionatam,
19 & hæreditatiam tradit *De Luc. de emphyt. disc. 44. num. 4. in fin. Rot. decis. 123. num. 6. 7. cor. Peuting. decis. 92. num. 19. & seq cor. Cerr. decis. 167. num. 19. par. 9. rec. decis. 24. num. 8. & 9. dec. 25. num. 7. decis. 26. num. 11. post De Luc. de emphyt. Palm. decis. 231. n. 17. Pacion. alleg. 50. num. 4.* qui etiam *num. seq.* declarat, id procedere in præiudicium successorum, quamdiu emphyteusis durat penes emphyteutam, secus vero, dato casu reversionis ad Dominum directum.

Addimus in sententia Immissionem etiam pro expensis, quia istæ in Iudicio Salviani semper conceduntur, attento maxime, quod per eas non gravatur Pars, cum de fructibus bonorum veniant reficiendæ *Rot.*
20 *Lucen. apud Palm. decis. 205. num. 9.* Et tanto magis, quia articulus pro D. de Boldrinis est clarus, nullam præbens ansam dubitandi, neque pro parte Adversarii redditur involutus, unde nullatenus intrare
21 poterat expensarum absolutio, eadem *Rot. apud Palm. decis. 24. in fin.*

Et ita utraque &c.

Ioseph de Nobilibus Rotæ Auditor.

Franciscus Maria q. Alexand. Cbellini Advoc. & Relat.

DECISIO XLVIII.

FLORENTINA TRANSACTIONIS DE GHERARDIS

diei 20. Iunii 1705. cor. bo. me. AUDIT. CAROLO BIZZARRINI.

ARGUMENTUM.

Transactio super Bonis Fideicommisso subiectis a Patre facta complectitur etiam filios ex propria persona ad Fideicommissum venientes, licet de eis facta mentio non fit, quoties ex coniecturis appareat de illorum tacita compræhensione, præsertim accedente auctoritate, & præsentia Principis.

SUMMARIUM.

1 *Transactio non extenditur ad personas in ea non expressas.*

2. Nec

2 *Nec obligare potest venientes ex persona propria ad fideicommissum.*
3 *Comprehendit tamen filios transigentis, quando ipsorum ius si non expresse, saltem tacite fuit consideratum.*
4 *Et extenditur ad omnes illas personas, quæ iuxta verisimilem transigentium mentem in ipsa comprehenduntur.*
5 *Maxime si transactio facta sit cum auctoritate, & præsentia Principis, quæ tanti est, ut obligare valeat omnes successores ex persona propria venientes.*
6 *Et supplere quemcumque defectum, atque omnem suspicionis umbram dissipare.*



Gitavasi in questa Rota negli anni 1699. e 1700. una Lite con molto fervore infra gli Creditori della Ragione del fu Senatore Gio. Batista Gherardi &c. di Banco, e Tommaso, Raffaello, e Bernardo Gherardi Fratelli, e figliuoli, ed Eredi respettivamente di detto Gio. Batista sopra la confermazione, e revocazione del Sindacato, che da quelli era stato contro questi intentato, ed in sequela di cui Raffaello, uno di detti Fratelli, era stato carcerato, e gli altri due Tommaso, e Bernardo erano costretti a starsene in luogo immune refugiati. Interpostisi Cavalieri qualificati amici, e parenti comuni per estinguere il fuoco di questa lite, che per la moltiplicità de' litiganti, e loro aderenze inquietava buona parte della Città, ed era origine di molti, e gravi dissapori, introdussero tra dette Parti trattato di aggiustamento, in cui per agevolarne l'esito, si degnò il Serenissimo Gran Principe di Toscana con somma clemenza, interessarvi il suo autorevole Zelo, e che poi restò maneggiato, e concluso sotto la di lui alta Protezione, e può dirsi alla sua presenza, giacchè fu stabilito nel mese di Settembre 1700. nella sua Villa di Pratolino. E successivamente procuratasi di comando del medesimo Serenissimo Principe l'unione in detto aggiustamento anco dei Creditori in proprio di Tommaso Gherardi, fu da tutti gl'Interessati opportunamente confermato, e sottoscritto in Firenze nel dì 30. Novembre susseguente.

Fu convenuto fra le altre cose più sostanziali in detta Concordia, che gli Gherardi dovessero consegnare, e rilassare ai Deputati di detti Creditori, in vece, e luogo de' Sei di Mercanzia, tutti i loro Beni stabili, liberi, e fedecommissi, e di qualsivoglia altra natura, insieme con i Bestiami in essi esistenti, come si legge nel capo primo della medesima, ed all'incontro, che ai Gherardi fusse restituita la loro pristina libertà, e con li relassi, e respettivamente salvicondotti necessari, come nel *cap.* 18. e li fusse rimesso ogni pregiudizio, che il Sindacato avesse potuto apportare al decoro delle loro persone, e Famiglia, come nel *cap.* 1. 5. *e* 14. e li fussero ancora assegnati i condecenti ali-

menti dai frutti dei Beni fedecommessi da liquidarsi, e tassarsi dentro il termine di otto giorni dal Marchese Ferdinando Capponi, come nel *capitolo* 15.

Ebbe la Concordia nelle parti più essenziali il dovuto adempimento, perchè i Gherardi consegnarono ai Deputati per tale effetto eletti da' Creditori li loro Beni stabili tanto liberi, che sottoposti al Fedecommisso, ed i Creditori per mezzo di detti Deputati fecero il rilasso per la scarcerazione di detto Raffaello, e con salvi condotti assicurarono la libertà a Tommaso, e Bernardo, e in appresso il Marchese Ferdinando Capponi con suo lodo del dì *6.* Dicembre 1700. liquidò, e tassò gli alimenti convenuti, cioè per Tommaso, sua Consorte, e Famiglia in somma di scudi 550. annui, computato in detta somma tutto ciò, che per disposizione dello Statuto di Mercanzia fusse dovuto alla di lui moglie per alimenti, e frutti dotali, e per gli altri tre Fratelli Raffaello, Bernardo, e Cavalier Federigo in somma di scudi 350. che gli hanno fino al presente conseguiti, e successivamente si degnò V. A. R. con suo Benigno Motuproprio del dì 19. Luglio 1701. a tenore del convenuto in detta Concordia, reintegrare Tommaso, Raffaello, Bernardo, e loro figliuoli. e Descendenti alla civiltà, nobiltà, e onori di questa loro Patria.

Viene ora turbato il sistema di questa Concordia da Gio. Batista, e Roberto figli minori di Tommaso Gherardi, i quali per mezzo di loro Curatore comparsi sotto dì 5. Marzo 1705. avanti i Sei di Mercanzia, e narrato il tenor di due Fidecommissi, che uno ordinato da Bernardo di Bartolommeo Gherardi nel suo ultimo Testamento del dì 10. Ottobre 1451. rogato Ser Angiolo da Terra nuova, e l' altro dalla Marchesa Cammilla Arrighi Malaspina nel suo Testamento del dì *26.* Settembre *1665.* rogato Ser Francesco Giuntini, hanno preteso l' uno, e l' altro Fedecommisso per la decozione del Padre, e delli Zii essersi a lor favore purificato, e perciò hanno fatto istanza condannarsi li Creditori, e loro Deputati a rimetterli, e rilassarli tutti i Beni sottoposti al Fedecommisso di detti Beni, siccome i Beni liberi rimasti nell' Eredità del Senator Gio. Batista Gherardi per rinvestire sopra i medesimi il Fedecommisso di detta Cammilla consistente in un credito di scudi 11752. che fu depositato appresso il detto Gio. Batista Gherardi, con più i frutti percetti, e parimente a somministrarli gli alimenti, e spese di lite, e pagare alla Gabella de' Contratti di questa Città, con i frutti percetti dalli Beni incorporati quella somma, che per causa di detti Fedecommessi sarà di ragione dovuta, e come più diffusamente nella loro domanda si legge. Contradicendo i Creditori a detta domanda hanno opposto oltre l' eccezioni generali, ostare a detti figliuoli minori la Concordia stabilita colli loro Padri, e Zii sotto la protezione del Serenissimo Principe, e dipoi pendente

tal

tal Giudizio in ordine al *cap.* 19. di essi, in cui vien data al Marchese Ferdinando Capponi la facoltà di porger preci all'A V. R. ad effetto, che resti approvata, e comandatane l'esecuzione, sono ricorsi col loro memoriale a V. A. R. ed hanno umilmente supplicato, che si degni impartire la sua suprema Autorità, e Potestà per l'approvazione della medesima Concordia, e perchè resti indistintamenre da tutti assicurata, ed eseguita non ostante qualunque eccezione, ed interesse de' chiamati al Fedecommisso.

Essendosi servita l' A. V. R. rimettermi il detto memoriale per le mani del Marchese Ferdinando Capponi, acciò glie ne riferisca il mio debole parere, ed avendo in conformità degl'ordini partecipatimi dal Marchese Ferdinando più volte sentito, e in voce, e in scritto, tanto i Deputati de' Creditori della Ragione di Gio. Batista Gherardi, e de' Creditori della propietà di Tommaso, quanto il Curatore di d. Gio. Batista, e Roberto figliuoli minori dell'istesso Tommaso, ho inteso, che da detto Curatore si pretende non ostare la Concordia ai predetti figliuoli minori per l'appresso ragioni.

Primo, perchè in detta Concordia non sono intervenuti nè loro, nè alcuna legittima persona a loro nome, nè sono in essa nominati, o considerati, e perciò non possono dirsi compresi, attesochè la transazione non comprende, nè si estende alle persone in essa non espresse, *Valeron. de transact. tit. 5. quæst. 2. num. 1. b. m. Audit. Urceol. de transact. quæst. 81. sub num. 5. Rot. decis. 199. num. 12. part. 18. rec.* 1

Secondo, perchè trattandosi di Beni sottoposti alli sopra enunciati Fidecommissi di Bernardo Gherardi, e Cammilla Arrighi Malaspina la transazione sopra di essi fatta dal Padre, e Zii Eredi gravati, con averli rimessi, e rilasciati ai loro Creditori, non può sussistere di ragione, nè può obbligare i figliuoli, che sono chiamati, e vengono a detti Fedecommessi per il proprio loro Ius, e persona indipendentemente dall' Ius, e Persone di detti Transigenti, *Rot. decis. 168. num. 3. & decis. 379. num. 7. part. 11. & decis. 129. num. 9. part. 13. recent.* 2

Terzo, che li sia dannosa rispetto al Fedecommisso di Bernardo Gherardi lo deducono perchè avendo egli nel suo Testamento proibita strettissimamente l'alienazione de' Beni, etiam per via di Lodo, e compromesso, e per qualsivoglia altro titolo, ragione, modo, o causa con la sostituzione in caso di contravenzione a favore degli ulteriori chiamati, e con la ragione espressa, perchè i suoi Beni sempre, ed in perpetuo rimanghino, e stiano appresso i suoi Eredi istituiti, e sostituiti, ed avendo il Padre, e Zii contro il tenore espresso di detta proibizione rilassato i Beni del Testatore ai loro Creditori, sia perciò venuto il caso della contravvenzione della loro vocazione, ed in conseguenza siano divenuti Padroni dei medesimi Beni, e frutti di essi, i quali essendo in vigore della Concordia posseduti, e respettivamente

19 intendere delle molestie ingiuste, ed irragionevoli, *Altograd. cons.* 84. *num.* 102. 103. *lib.* 1. *De Luc. de Testament. disc.* 71. *num.* 2. *alter De Luc. ad Grattan. discept.* 758. *num.* 8. *Rot. decis.* 491. *num.* 1. *& seq. & per tot. cor. Merlin. & decis.* 895. *num.* 72. *& decis.* 967. *n.* 16. *cor. Emerix. & decis.* 317. *num.* 8 9. *part.* 15. *& decis* 264. *n.* 3. *part.* 18. *recent. & in Romana hareditatis de Ruspolis* 13. *Ianuar.* 1704. *cor. Molin.* §. 50. E all' incontro la facoltà concessa ai Creditori di poter vendere i Beni vincolati per causa di detti miglioramenti non si deve intendere con ampiezza, e autorità tale, che liberi dal doverli giustificare, perchè non ostante tal convenzione prima di pro-
20 cedere alla vendita, dovranno giustificarli in genere, e in specie, se non con prove rigorose, e perfette, con prove almeno sufficienti ad arbitrio del Giudice, nel modo appunto, che un Tutore liberato dal Testatore dal rendimento de' conti s' intende solamente liberato da una
21 scrupolosa, e rigorosa revisione di conti, ma non da un total rendimento de' medesimi, *Valdaur. observ.* 98. *num.* 2. *Rot. decis.* 187. *n.* 11. 12. *cor. Gregor. & decis.* 297. *num.* 22. *cor. Ubald. & decis.* 192. *num.* 2. 3. *part.* 10. *& decis.* 69. *num.* 4. 5. *part.* 11. *rec.*

Atteso dunque tutto il di sopra considerato, cioè che si tratta di una Concordia stabilita sotto la protezione, autorità, e presenza del Serenissimo Principe Primogenito, fatta da Tommaso considerato, o come Erede gravato, o come Padre con buonissima fede, e senza alcuna ombra di frode, o collusione, contenente una cessione non della proprietà de' Beni in perpetuo, ma dalla comodità de' frutti durante la vita de' Gherardi transigenti, e non pregiudiziale, ma piuttosto utile ai figliuoli, riferisco umilmente a V. A. R. essere di sentimento.

Che V. A. R. possa, se così le piace, approvare, e confermare con la suprema sua Potestà la predetta Concordia, e transazione, e comandarne l' inviolabile osservanza, anco rispetto ai figliuoli di Tommaso Gherardi tanto nati, che da nascere, e altri ulteriori successori, e chiamati ai Fedecommissi enunciati nella prefata Concordia, salvo però sempre ogni, e qualunque ius, e ragione ai detti Figliuoli per la successione in detti Fedecommissi nel caso di morte del loro Padre, e Zii respettivamente, siccome agli altri chiamati ne' respettivi tempi, e casi delle loro vocazioni, non ostante ec. Rimettendomi però sempre ad ogni migliore, e infallibile determinazione di V. A. R. alla quale profondamente umiliato resto facendo ossequiosissima riverenza. Di V. A. R.

Di Ruota li 20. Giugno 1705.

Umiliss. Servo, e Suddito
Carlo Bizzarrini Auditore.

Decisio hæc fuit a S. R. C. approbata sub die 3. Iulii eiusdem anni, & illius inviolabilis observantia demandata, ut restatur *Rot. Florent. cor. de Comitibus decis.* 69. *sub num.* 41.

DE-

DECISIO LI.

FLORENTINA PECUNIARIA

diei 14. Septembris 1707. cor. bo. me. AUDIT. ASCANIO VENTURINI.

ARGUMENTUM.

Obligationem uti erroneam, & ex falsa causa minime corruere deciditur, quoties error nedum probatur, sed ex præcedenti scientia luculenter excluditur, & ex verbis Apocæ obligatoriæ vera, ac finalis causa obligationis manifeste colligitur.

SUMMARIUM.

1 *Obligatio erronea, & ex falsa causa corruit, licet sit iurata.*
2 *Error dicitur probatus, si relatio non continet plus, quam relatum.*
3 *Per reservationem ius competens conservatur.*
4 *Unusquisque tenetur adimplere quod in Apocha obligationis expressit.*
5 *Iuramentum licet obligationem non augeat, illam tamen efficaciorem reddit.*
6 *Et operatur quod deliberate, ac ex certa scientia ad actum quis accessisse dicatur.*
7 *Error excluditur ex præcedenti scientia.*
8 *Non sufficit errorem probare, nisi quoque probetur supervenisse scientiam.*
9 *Assertum in narrativa habet vim confessionis in præiudicium Asserentis.*
10 *Ad virum spectant onera matrimonii, ac decenter uxorem alere, etsi cum parva, aut nulla dote eam duxerit.*
11 *Quo mortuo cessat obligatio, nec transit ad Hæredes.*
12 *Error non præsumitur, sed requirit indubitatam probationem.*
13 *Et sola possibilitas in contrarium illum excludit.*
14 *Status hæreditarius non iustificatur per fidem Decimæ, sed per legitimum Inventarium.*
15 *Æstimum, vel Decima probat Bona ibi descripta, sed non probat plura non adesse.*
16 *Limita quando Proclama, seu Statutum mandatur, quod unusquisque teneatur describere in Æstimo omnia sua Bona mobilia, & immobilia, acquisita, vel acquirenda.*
17 *Æstimatio Bonorum non iustificat eorum statum de tempore mortis Patris, sed tantum de præsenti.*
18 *Maxime si longum tempus intercesserit.*

19 *Sola possibilitas sufficit ad excludendam negativam existentiæ aliorum Bonorum.*
20 *Error circa causam finalem Actum vitiat, alias secus.*
21 *Causa finalis illa est, quæ influit in omnem dispositionis effectum.*
22 *Non potest dici causa finalis illa, per quam finis propositus non assequeretur.*
23 *Referens non plus operatur quam relatum, ubi nihil de novo disponitur.*
24 *Nihil valet reservatio Iuris, quod non competit.*
25 *Expensis inutilibus Partes gravari non debent.*
26 *Succumbens in Iudicio condemnandus est in expensis.*
27 *In dubio præsumitur, quod quis non habeat iustam litigandi causam.*
28 *In Actore requiritur iustior causa litigandi, quam in Reo.*
29 *Actor in re dubia sibi potius silentium imponere debet, quam alteri litem movere.*



Orrecta coram Supremo Magistratu petitione per nobilem Virum Dominum Gabriellem Miniati adversus nobilem Dominam Mariam Cammillam eius Sororem, ac olim Uxorem q. Domini Equitis Ioannis Iacobi Gatteschi Pistoriensis, qua petitione instabat absolvi in futurum, ac cum restitutione totius exacti, non attenta eius obligatione de die 16. Decembris 1697. Ac Causa mihi ad referendum commissa.

Pro fundamento suæ actionis deducebat Actor illam obligationem fecisse præcipitanter, nec non per errorem, seu falsam Causam, ac contra veritatem, cum supposito quod bona donata sufficerent pro ab eo promissa sorori præstatione annua scutorum viginti, licet demonstrasset usque de anno 1679. ac iustificasset non esse capacia, ideoque eamdem eius sororem de scutis 5000. pro dote relictis a Donatore, remisisse scuta duo millia, hinc sequatur suam obligationem ut erroneam,
1 & ex falsa Causa, quamvis iuratam corruere, *Rot. decis. 25. num. 7. part. 6. & decis. 45. num. 5. part. 11. rec.*

Eo magis quia sese retulit ad instrumentum d. anni 1679. nam ibi constat rem aliter se habere, & error dicitur probatus, si relatio non
2 continet plusquam relatum, *Dunozz. Iun. decis. 749. num. 5. Rot. cor. Bich. decis. 19. num. 10. Urceol. de transact. quæst. 96. num. 9 & seq.*

Nec obest, quod soror vigore dictæ obligationis contra ipsum Dominum executionem obtinuerit, ex quo in sententia reservata fuerunt iura ei competentia experienda in iudicio ordinario, quæ satis ex præ-
3 dictis substinere putabat, *Rot. cor. Coccin. decis. 797. num. 8.*

Verum istis non obstantibus, Iustitiæ innixi referre existimavimus contra D. Actorem pro absolutione sororis, etenim nimis clara, & expressa legitur in producta schedula, sive Apoca sua obligatio, qua se ob-

obstrinxit solvere sorori, quousque vixerit annua scuta vigiati debita pro sua portione ad *Text. in Leg. cedere diem ff. de verb. oblig.* §. 1. *Institut. tit. de oblig.* cum concordantibus, hanceque obligationem fecisse in schedula profitetur non præcipitanter, ut in petitione narratur, sed quia consideraverit iura sororis dependentia a Donatione anni *1666.*, & sibi reservata in instrumento dicti anni *1679.* esse sine ulla replicatione, ut sunt verba dictæ schedulæ „ Avendo considerato le ragioni, che si competano alla Sig. Cammilla mia sorella per la dependenza della donazione fatta nel *1666.* dal Sig. Capitano Francesco Miniati mio, e suo Fratello, e che si riservò nella renunzia, che fece a me, ed ai miei Fratelli l'anno *1679.* quando si maritò ec. esser senza minima replica; perciò intendo esser tenuto, ed obbligato di doverli dal dì della morte di detto suo marito, fino che viverà, la somma, e quantità di scudi venti l'anno, in conformità del detto Istrumento del *1679.* per la mia porzione, attenendo le altre agli altri miei Fratelli, e così per levare ogni difficoltà con la presente intendo obbligarmi in ogni miglior modo ec. „ Et voluit, ut valeret tamquam publicum Instrumentum, ac renuntiavit cum iuramento omni exceptioni, quod iuramentum licet non augeat, obligationem illam tamen efficaciorem reddit ad *Text. in Leg. final. Cod. de non numer. pecun. Surd. cons.* 20. *num.* 7. *Rot. ex collectis per Card. de Luc. de Iudic. tom.* 3. *part.* 2. *decis.* 34. *num.* 24. 5
ac operatur, quod appensate, & magis deliberate, ac ex certa scientia ad actum quis accessisse dicatur, *cap. ex rescripto extra de Iur. iur. Capic. Latr. decis.* 159. *num.* 25. *Seraphin. de privileg. iur. privileg.* 90. *n.* 3. *& privileg.* 99. *num.* 9. *Honded. cons.* 41. *num.* 22. *lib.* 2. 6

Nec obest, quod dicatur per errorem, & ex falsa causa se obligasse, & insufficientiam bonorum demonstrasse, ac iustificasse de anno *1679.* & propterea sororem remisisse dicta scuta duo millia de scutis 5000. quoniam si verum est usque de anno *1679.* iustificasse bona non esse capacia, sicut in eius petitione asserit, sic se facit conscium valoris donationis ante suam obligationem subsequutam anno *1697.* ob quam præcedentem notitiam non valeret modo dicere se obligasse per errorem, *Rot. ex collect. per Card. de Luc. decis.* 74. *num.* 14. *de Fideicomm. tom.* 10. *part.* 2. *Cravett. cons.* 255. *n.* 5. ubi inquit, quod non sufficit probare errorem, nisi quoque probetur supervenisse scientiam, *Macabrun. cons.* 89. *num.* 95. *Cost. de fact. scient. & ignor. cent.* 2. *distinct.* 6. *num.* 8. quæ narratio de qua in petitione in §. *disse ancora*, & in §. *finalmente*, etsi habeat vim confessionis in eius præiudicium *per text. in Leg. cum pretium Cod. de liberal caus.* non nocet sorori, quæ non videtur ex hac causa, de qua nihil dicitur in Instrumento dicti anni *1679.* sed ut sequeretur Matrimonium cum dicto Dom. Equite Gatteschi de dictis scutis 5000. remisisse scuta duo millia „ ibi „ e per causa, che resti concluso, e terminato il Matrimonio con detto Si- 7 8 9

Signor Cavalier Gatteschi, è pronta far la renunzia „ quem tamen
noluit locum habere, nisi constante eo matrimonio, quo dissoluto, &
vivente ipsa in statu viduitatis, sibi reservavit Iura competentia pro illo-
rum consequutione, ac illis consequutis voluit obligatos fratres pro pre-
statione annua scutorum 60. ea vivente, ut ibi in Instrumento contine-
tur; nam ipsa in statu viduitatis bene agnoscebat, an soli redditus re-
sidui dd. scut. 3000. sufficerent pro decenti eius victu, quo non ege-
bat vivente viro, ad quem spectabat subire onera matrimonii, ac de-
10 center uxorem alere, etsi cum parva, seu nulla Dote eam duxisset ad
*Text. in Leg. quod si nulla ff. de relig. & sumpt. fun. & per dictam Le-
gem Barbos. in prima parte Leg. 2. in princ. num. 19. ff. solut. matrim.
Fontanell. de pact. nupt. claus. 6. gloss. 2. part. 12. num. 14.* quo mor-
11 tuo cessabat obligatio, nec transibat ad hæredes, ut per *Barbos. d.
numer. 19.*

Cæterum penitus cessabat obiectio. Primo quia nec in facto pro-
batur suppositus error, qui non præsumitur, & requirit concludentissi-
12 mam, ac indubitatam probationem, ut dicit *Rot. cor. Buratt. decis. 200.
num. 3. & in recent. decis. 261. num. 25. part. 7. recent. & cor. Sera-
phin. decis. 976. num. 3. ac ex collect. per Card. de Luc. decis. 38. n.*
13 *19. tom. 13. part. 2.* & sola possibilitas in contrarium illum excludit,
Rot. decis. 1. num. 14. part. 8. recent. & cor. Ottobon. decis. 241. n. 36.

Quæ probatio deficeret in hypothesi, cum nihil relevet illa, quæ
deducitur ex producta fide Decimæ bonorum hæreditatis D. eius Genito-
ris, dum non constat hæreditatem adivisse confecto legitimo Inventa-
rio, sine quo non potuit apparere de statu hæreditario ex dicta Deci-
ma, iuxta *Text. in Leg. final. §. ex licentia Cod. de iure deliberand. Bar-*
14 *bos. in Leg. maritum 13. num. 24. vers. unde præd. ff. solut. matrim.
Covarruv. var. resolut. lib. 2. cap. 6. num. 3. in fin. Rot. cor. Cavaler.
decis. 24. num. 3. & ead. Rot. ex impressis per Card. de Luc. decis. 46.
num. 16. tom. 9. part. 2.* præsertim quia æstimum, sive Catastum,
quod hic Florentiæ dicitur Decima, probat bona ibi descripta, sed
non probat plura non adesse, ut dicunt *Imol. Alex.* & alii cum quibus
15 *Mascard. de probat. conf. 664. num. 8. ac Pacian. eod. tract. de probat.
cap. 46. num. 12. lib. 1.* quidquid sit, quando proclama, seu Statutum
mandatur, quod quis absque mora describere teneatur in æstimo omnia
sua bona mobilia, & immobilia, acquisita, vel acquirenda, ut secun-
16 dum Bartolum in obiecto relatum in *d. Leg. Decem stipulatus n. 3. ff.
de verb. oblig. declarantur idem Alex. in d. Leg. decem n. 17. & Pacian. d.
cap. 46. n. 12. lib. 1. ac Mascard. d. conf. 664. n. 9.* veluti nec supple-
bat per instantiam pro electione æstimatorum, qui non poterant scire quæ,
& quanta bona Pater reliquisset nec plus æstimare quam bona stabilia per in-
spectionem de tempore præsenti, non autem de tempore antiquo, ut dixit
17 *Rot. for. Posth. de subhast. dec. 53. n. 5. & dec. 532. n. 15. part. 5. rec.*

& cor.

& cor. Ottobon. dec. 199. num. 11. & 12. certius si longum tempus intercessit, ut hic ultra decennium a die mortis Patris, ut de communi 18
Pacion. de locat. cap. 19. num. 71.

Tanto magis quia donatio non est restricta ad bona stabilia Patris, sed est universalis quorumque bonorum, ac iurium „ ibi „ donò, e dona tutti, e qualsivoglia sorta, e natura si siano mobili, immobili, crediti, ragioni, ed azioni, Luoghi di Monte di Pietà, del Sale, e delle Graticole, e tanto i suoi Beni liberi, che Fedecommissi pervenutoli dall' Eredità, e disposizione del Sig. Francesco Miniati suo Avo, e da detto Sig. Miniati suo Padre, ed il suo Credito, e ragioni dotali della già Sig. Maria Strozzi sua Madre „ ex quibus liquet nil concludere prædicta duo acta, dum, ut negativa consistentiæ aliorum bonorum excludatur, sufficit sola possibilitas, *Rot. post Urceol. de transact. decis. 88.* 19

Secundo respondetur, quod error ubi est circa causam finalem, super qua dispositio fundata reperitur, tunc illam vitiaret, alias secus, 20
sicuti tradunt *Antbaran. cons. 207. n. 8. Urceol. de transact. d. quæst. 96. num. 11. & 18. Rot. cor. Molin. decis. 854. num. 13. & seq. & cor. Coccin. decis. 1686. num. 80.* In proposito autem causa finalis non potest dici, quod fuerit existentia bonorum, & quod obligatio super ea fundetur, cum de hac Causa nullum verbum legatur in Apoca, & potius colligatur ex eadem Apoca causam fuisse, ut recederet a lite mota per sororem, ac conquiesceret. Instabat enim soror pro satisfactione dictorum annuorum scutorum viginti, iuxta iura sibi reservata in Instrumento dicti anni *1679.* quos ut consequeretur litem promoverat contra D. eius fratrem, & D. Franciscus Della Fonte se interposuerat, ut amicabiliter excitatam controversiam compromitterent, sed inde D. eius Frater consideraverat iura sororis esse sine alteratione, omnemque difficultatem per suam obligationem supire voluit ambiens solam quietem consequi, id totum habetur in eadem Apocha „ ibi „ E così per levare ogni difficoltà, con la presente intendo obbligarmi „ & in Epistola, quæ enunciatur in libello „ che detto Sig. Fonte comprendesse chiaramente perchè s' era interposto per l' accomodamento anco di altre cose, ec. fere sotto il dì *16.* Dicembre *1697.* una dichiarazione a favore di essa Signora ex adverso contenente più capi di cose, e la trasmesse con sua lettera al detto Sig. Francesco Della Fonte mediatore „ quæ Epistola legitur in processu ipsius D. Actoris tenoris „ Per facilitare a mia sorella la conseguzione di quanto si deve, che da me in specie si desidera, ho considerato, che non vi sia miglior compromesso, che quello da me disteso nella forma, che VS. Illustrissima vedrà, che se piace a chi per essa agita, supplico la sua gentilezza consegnargliello, perchè con questa carta spero almeno acquistare la mia quiete, che la desidero più di tutti i tesori del mondo „ si enim causa præcipua,

cipua, & finalis reputatur illa, quæ influit in omnem ipſius diſpoſitio-
21 nis effectum ad tradita *per Bald. in d. Leg. 1. ff. ſolut. matrim.* ac Baldum referens docet, *Hodiern. ad Surd. deciſ.* 104. *num.* 5. utique fateri cogimur non eam eſſe cauſam, per quam non aſſequeretur finis allegatæ difficultatis, ut in Apoca, & exoptatæ quietis, ut in Epiſtola, ſed
22 iterum ſuſcitaretur eadem contentio, perturbaretur, exacerbaretur animus, & destrueretur quod ſemel placuit contra *Text. in Leg. quod ſemel ff. de regul. iur.*

Non denique relevat, quod in eadem apocha habeatur relatio ad dictum inſtrumentum anni 1679. quoniam ea relatio fit quoad ſummam quæ in eo Inſtrumento legitur, quam mortuo viro ſoror in ſtatu viduitatis conſequi ſibi reſervaverat de dictis annuis ſcutis ſexaginta, & quorum portio pro dictis ſcutis 20. ſpectabat ad D. Gabrielem fratrem, non autem inde fit, quod ipſius obligatio non ſit pura, & ſimplex, ut recederet a dicta lite, & contentione; referens enim non plus
23 operatur, quam relatum, ubi nihil de novo diſponitur, alias ſecus, ut limitant, & declarant *Ant. de Amat. reſolut.* 42. *num.* 14. *& Peregr. de Fidecomm. art.* 16. *num.* 111. *verſ. limita*.

Prout nihil obeſt, quod in dicto Iudicio executivo fuerint fratri in ſententia reſervata Iura talia qualia experienda in Iudicio ordinario. Nam cum ex iam ſupra deductis cognitum ſit nullum Ius habere, quod
24 ei ſuffraget ad infringendam ſuam obligationem, regula eſt, quod nihil valeat reſervatio Iuris, quod non competit *Rot. deciſ.* 384. *num.* 4. *part.* 2. *recent. Mart. Med. deciſ.* 79. *num.* 13.

Ex quibus ſimul retuli non eſſe locum petitæ electioni æſtimatorum, quam putavi omnino irrelevantem, & nihil prodeſſe, niſi ut ma-
25 iores evaderent expenſæ, *Rot. dec.* 653. *n.* 4. *&* 5. *& ſeq. part.* 18. *tom.* 2. ubi quod ne Partes inutilibus expenſis graventur & inani labore fatigentur, non permittit huiuſmodi irrelevantes probationes fieri: a quibus expenſis nec eximere potui D. Actorem ex regula, qua ſtatuitur in ex-
26 penſis victum eſſe condemnandum, per *Text. in Leg. properandum* §. *ſin autem Cod. de iudic.* addita præſumptione ulterius contra eum vigente in dubio, quod Iuſtam Cauſam litigandi non habuiſſe cenſatur,
27 *Iaſon. ubi de commun. in d. Leg. properandum Covarruv. pract. quaſt. cap.* 27. *num.* 1. *verſ. ſexto* nec deſint qui velint, quod in Actore iu-
28 ſtior cauſa requiratur, quam in Reo, qui non debet ius ſuum indefenſum relinquere, *Leg. illud ff. de petit. hæredit. Barboſ. in Leg. cum qui temere* 79. *in princ. n.* 76. *ff. de Iudic.* ubi actor conſiderate ire debet,
29 ac in re dubia potius quam litem alteri movere, ſibi ſilentium imponere, ut hanc rationem aſſignat, *Bald. in cap. fin. ad finem ff. de maior. & obediens*, & Baldum referens tradit idem *Barboſ. in d. Leg. cum qui num.* 8. *ff. de Iudic.*

Et ita &c. *Aſcanius Venturini Rotæ Auditor*.

DE-

DECISIO LII.

FLORENTINA PRÆSCRIPTIONIS

diei 14. Septembris 1708. cor. bo. me. D. AUDIT. ASCANIO VENTURINI.

ARGUMENTUM.

SAlviani remedium Creditori Censuario denegandum deciditur, si Tertius fundi censiti Possessor præscriptionem plusquam triginta septem annorum opponat; Quæ quidem Præscriptio everti nequit, ac resolvi per ignorantiam Alienationis a Creditore allegatam, præsertim si crassa, & supina demonstretur.

SUMMARIUM.

1 *Bona fides in Emente, seu alio titulo acquirente præsumitur.*

2 *Longissima Præscriptio actionem intentatam perimit Iure Civili.*

3 *Et Iure Canonico, quo cavetur, ut omnis actio, licet hypothecaria spatio annorum 36. præscribatur.*

4 *Hypotheca non præscribitur si Creditor ignoraverit alienationem Prædii hypothecati.*

5 *Hoc tamen obtinet in Præscriptione decennali, non autem in Præscriptione plusquam 37. annorum.*

6 *Ad hoc, ut Ignoranti competat Restitutio in integrum ob ignorantiam, non solum hæc allegari debet, sed plene, & concludenter probari aliunde quam ex generali præsumptione,* num. 7.

8 *Alias sub Ignorantiæ prætextu subverteretur materia Præscriptionis.*

9 *Ignorantia crassa, & supina nemini prodest.*

10 *Ignorantia non est iusta quando quis per se, vel per alios certiorari potuit.*

11 *Ignorantia crassa, & supina ea dicitur, quæ scientiæ æquiparatur.*



REtulimus Supremo Magistratui esse definitive absolvendos Ioannem Baptistam, & Iosephum Parini, ac alios litis Consortes a petitis per Dominum Equitem, & Fratres de Ricasolis. Fundamentum Resolutionis ponitur in eo, quod usque de anno 1622. Domina Cassandra de Capponibus vendidit Prædium, de quo agitur, Cammillo Miecali pro pretio scutorum mille quatuor centum, quod Prædium inde eodem titulo acquisiverunt a dicto Cammillo dd. de Parinis, qui continuo illud possiderunt pacifice, & sine ulla controversia usque ad annum

1703.

1703. quo præfati Domini Fratres de Ricasolis ex causa cuiusdam Census, per Cassandram impositi anno 1615. pro capitali scut. 600. & cum fideiussione clarissimi Senatoris Oratii de Ricasolis egerunt Remedio Salviani, petentes immitti in possessionem dicti Prædii: Nam cum tanto temporis lapsu plusquam annorum quadraginta, seu triginta sex, iusto titulo emptionis bona fide possederint, quæ bona fides in emen-
1 te, seu alio titulo acquirente præsumitur, ad notata per *Gloss. in verb. probatur, in Leg. super longi* 11. *Cod. de præscript. long. temp.* & cum pluribus ibi allegatis tradit *Vela dissert.* 48. *num.* 29. Certum est, quod per oppositam a dictis de Parinis longissimam præscriptionem, actio con-
2 tra eos intentata perempta remansetat, oedum Iure Civili, per *Text. in Leg. cum notiss. ubi Bartol. Cod. de præscript.* 30. *annor.* Sed etiam Iure Canonico, quo cavetur, quod omnis actio etiam hypothecaria
3 spatio annorum 36. præscribatur, & pluries dixit *Rota Nostra Lib. Mot.* 106. *num.* 177. *& in lib. mot.* 103 *n.* 79. *& in lib. mot.* 99. *pag.* 413. *& in lib. mot.* 134. *a* 82. *& in lib.* 21. *pag.* 289. §. *ult. & in lib.* 14. *num.* 112. §. *nec prædictis*.

Nec relevat obiectum, quo dicitur non fuisse præscriptam hypothecam, sine qua salvianum non datur, dum non fuit probatum præfatos Creditores scivisse dictum Prædium ipsis pro dicto Censu hypothecatum,
4 fuisse in Tertios alienatum, *Rot. decis.* 108. *num.* 6. *par.* 14. *recent. & cor. Merlin. dec.* 817. *num.* 9. *&* 10. & ex impressis per *Constant. ad Statut Urb. decis.* 59. *num.* 20.

Nam obiectum procederet in Præscriptione decennali, quæ non repellit Creditorem, ut suam hypothecam exercere valeat, nisi probetur habuisse scientiam alienationis rei pignoratæ: Secus autem, ubi Emptor rei hypothecatæ fundat exceptionem non in Præscriptione decem, sive viginti annorum, sed in Præscriptione plusquam triginta septem an-
5 norum a die, quo cæpit Emptor possidere rem alienatam, quæ currit etiam contra ignorantes, per *Text. in Leg. sicut Cod. de præscript.* 30. *vel* 40. *annor.* & distinguit *Rot. decis.* 270. *num.* 6. *par.* 6. *recent.* & passim per alios Doctores, ut per *Barbos. in dict. Leg. sicut n.* 304. *de præscript.* late *Honded. cons.* 83. *num.* 50. *lib.* 1. *Vela dissert.* 8. *n.* 32. Et licet Ignoranti competat Restitutio in integrum ob ignorantiam, at-
6 tamen nedum debet ignorantia allegari, ut per eumdem *Honded. cons.* 83. *num.* 68. *lib.* 2. sed ad hunc effectum non intrat excusatio, nisi ignorantia sit ex omni parte probabilis, ac iusta, & debet ab allegante tamquam fundamentum suæ intentionis probari plene, ac conclu-
7 denter, & aliunde quam ex generali præsumptione, *Ancharan. cons.* 70. *num.* 7. *De Luc. de Credit. disc.* 13. *in fin. Bich. dec.* 6. *num.* 43. *Surd. decis.* 4. *num* 7. *Altograd. cons.* 49. *num.* 29. *lib.* 1. *Marescott. var. resol. lib.* 1. *cap.* 19. *num* 8. *Andreol. contr.* 101. *num.* 8. *Stappuec. de Salvian. lib.* 2. *quæst.* 2. *num.* 5. ubi dicit causam ignorantiæ esse plene pro-

probandam, alias sub praetextu ignorantiae subverteretur materia praescriptionis, cum quilibet posset allegare ignorantiam, ut docet *Honded.* 8
cons. 80. *num.* 62. *& seqq. lib.* 2. praesertim in nostra hypothesi, cum ex publicis libris Decimae, qui conservantur in publico Archivio huius Civitatis, facillime Domini de Ricasolis, & eorum Authores poterant certos se reddere de alienatione dicti Praedii, itaut, aut excluditur allegata ignorantia, & potius praesumitur ex iisdem libris agnovisse anterioritatem Crediti dicti de Maccalis, ut infra; aut tamquam crassa, & supina non prodest, *Honded. dict. cons.* 80. *num.* 62. *Rot. cor. Bich. decis.* 6. *num.* 43. 9

Hinc dici solet, quod non sufficit allegare ignorantiam, quae adhibita diligentia poterat removeri, sicut nec iusta ignorantia est, 10
quando quis per se, vel per alios perquirendo certiorari potuit, *Ancharan. dict. cons.* 169. *incipien. principaliter alias* 170. *Roland. a Valle cons.* 72. *num* 23. *& seqq. lib.* 3. *Curt. Sen. cons.* 54. *num.* 4. *in fin.*
& dicitur talis ignorantia crassa, & supina, quae scientiae aequiparatur, 11
Leg. si Titius in princ. ff. de fideiuss. Et ita &c.

Ascanius Venturinus Rotae Audit. & Relat.
Andreas Farsettus Rotae Audit.
Ioannes Bonaventura Neri Badia Rotae Audit.

DECISIO LIII.

MINIATEN. AFFICTUS

diei 6. Sept. 1714. *cor. b. m.* AUDIT. OCTAVIANO VASOLI PICCININI.

ARGUMENTUM.

Beneficii Rector non potest a quasi possessione exigendi annuam praestationem repelli exceptione non adimpletae obligationis ab Antecessore per Transactionem contractae, quoties annuae praestationis causa correspectiva est Locationi Bonorum Beneficialium, non autem oneribus per Antecessorem susceptis, atque Transactio facta fuit absque Sedis Apostolicae Beneplacito.

SUMMARIUM.

1 *Ecclesia possidet, non Rector.*
2 *Pro manutentione in quasi possessione exigendi unicus sufficit solutionis Actus.*

3 *Exi-*

3 *Exigens repelli potest exceptione non implementi.*
4 *Vocabulum* Affictus *quid significet explicatur.*
5 *Et quid vocabulum* Census, num. 6. & 7.
8 *Centenaria Præscriptio est titulus Ecclesiæ magis utilis, & proficuus.*
9 *Qualibet negatio phantastica apta non est constituere rem dubiam ad effectum transigendi, sed requiritur, quod sit fundata, & rationabilis.*
10 *Transactio super re clara, & indubia non subsistit.*
11 *Et super Bonis, & Iuribus Ecclesiæ non valet absque oraculo Sedis Apostolicæ, maxime in præiudicium Successorum.*
12 *Limita, si fiat super Iuribus Ecclesiæ dubiis, quo in casu sufficit sola Episcopi Auctoritas.*
13 *Confessio Episcopi aliunde non adminiculata sufficienter non probat ad effectum præiudicandi Iuribus Ecclesiæ.*
14 *Prohibitus alienare est etiam prohibitus confiteri.*
15 *Ex Actibus facultativis non potest in futurum quæri aliquando Ius coactivum contra Successores.*
16 *Et etiam per longissimum tempus gesti usus, aut consuetudo non inducitur, nec ullum Ius Parti adversæ quæritur.*
17 *Beneplacitum Sedis Apostolicæ requiritur pro validitate Pactionis, quæ Actum prohibitæ alienationis involvit.*
18 *Transactio soli Transigenti nocet durante eius vita, non autem ad Successores progreditur, nisi pro his etiam sit stipulata*, num. 19.
20 *Exceptio Inadimplementi tunc solum intrat, quando agitur vigore contractus ultro citroque obligatorii, & correspectivi.*
21 *Non quando agens esset obligatus erga conventum ex diverso Iure, & Contractu.*
22 *Aliud est unum esse ad aliquid obligatum erga Reum Conventum, sic quod ab eo possit reconveniri, aliud quod illud, ad quod sit obligatus, opponi sibi possit per viam exceptionis non implementi.*
23 *Exceptio non implementi regulariter non admittitur in Iudicio manutentionis, prout generale est in qualibet alia exceptione turbida, & altiorem indaginem requirente*, num. 24.



Eculi Clarissimæ Practicæ super Negotiis Civitatis Pistoriensis manutenendum esse R. D. Canonicum Ludovicum Mercati, uti Rectorem simplicis Beneficii sub invocatione S. Luciæ fundati in Parrochiali Ecclesia S. Sylvestri Oppidi Larciani Diœcesis Miniatensis in quasi possessione annuatim exigendi duas quadernas olei ab Operariis,, & Opera eiusdem Ecclesiæ, quia constat ex Actis de solutione dictarum d[illegible] olei quadernarum semper, ac a tempore immemorabili per dic[illegible] operarios facta Rectoribus antecessoribus, & etiam ipsimet Domino C[illegible]onico in anno 1702. non attento, quod postea a dicto

dicto anno citra non fuerint securæ dictæ solutiones, cum non ideo ab eo amissa fuerit exigendi quasi possessio pro dicta manutentione obtinenda, non tam ex persona antecessorum, cum Ecclesia sit, quæ dicitur possidere, *Gratian. discept. forens. cap.* 113. *num.* 16. 17. *&* 21. *Rot. apud Postb. de manutent. decis.* 388. *&* *cor. Dunozzet. Iun. decis.* 806. *num* 9. quam, & multo magis ex persona propria, cum ad talem effectum unicus etiam solutionis actus sufficiat, ex plene deductis per eumdem *Gratian. discept. forens. dict. cap.* 113. *n.* 2. *Postb. de manutention. observat.* 18. *num.* 3. 4. *&* 45. *Cenc. de Censib quæst.* 93. *num.* 21. *Pacion. de Locat. cap.* 43. *num.* 36. 37. *Rot. cor. Buratt. dec.* 347. *num.* 2. *dec.* 193. *n.* 2. *par.* 3. *recent.* & passim alibi. 1 2

Tota igitur huius Causæ difficultas sterit in eo, quod de anno 1641. 25. Iunii R. D. Dominicus de Archangelis tunc dicti Beneficii Rector devenerit cum Hominibus dicti Communis Larciani ad quoddam Instrumentum Transactionis, seu Concordiæ approbatæ ab Episcopo Miniatensi, in qua correspective ad solutionem dictarum duarum quadernatum olei sibi in futurum fiendam, iunctis aliis pactis se obligavit ter in hebdommada, & omnibus diebus festivis celebrare Missam in dicta parrochiali Ecclesia, interesse Choro, & Processionibus, nec non audire Confessiones in Solemnitatibus Paschatis, Corporis Christi, & temporibus Iubilæi, prætetea (& hoc fuit petra scandali) assumpsit onus in festo S. Luciæ convocandi ad prandium eosdem Operarios, simulque Cancellarium, & Camerarium Operæ, nec non etiam Vicarium Communis Larciani, quod ultimum factum cum Dominus Canonicus modernus Rector semper recusaverit adimplere, hinc potuerit hodie in vim dictæ Transactionis exceptione non implementi ab exactione dictarum olei quadernarum per ipsos Operarios repelli, ex generaliter deductis per *Rot. cor. Penia dec.* 937. *num.* 1. *&* 2. *iuxta impress. Venet. cor. Ubald. decis.* 359. *num.* 2. *&* 3. *&* *decis.* 601. *num.* 33. *par.* 5. *tom.* 2. *recent.* 3

Verum quia dicta difficultas in duplici falso supposito fundata reperitur, uno, quod causa originalis solutionis quadernarum olei fuerit supradictum onus prandii, & omne aliud è contra in dicto transactionis Instrumento per Rectorem adimpleri promissum; altero, quod dictus Dominus Canonicus modernus Rector sit obligatus stare supradictæ antecessoris Concordiæ, sive Transactioni, hinc docto de falsitate unius & alterius suppositi, statim sublata remanet omnis difficultas, & magis semper è converso elucescit veritas conclusionis supra a principio positæ.

Non est igitur verum primum suppositum, quod causa correspectiva solutionis olei fuerint onera in dicto Instrumento anni 1641. contenta, quia ex libris retentis per Camerarios pro tempore dictæ Operæ Sancti Sylvestri constat semper de factis solutionibus dictarum

quadernarum olei, incipiendo ab anno 1527. usque ad dictum annum 1702. & sic per spatium centum, & ultra annorum etiam ante secutum dictum Instrumentum, cum speciali mentione, quod essent ex causa *Affictus*, ut ex Partitis anni 1529. 1530. 1545. & 1546. prout alibi ex causa *Census*, ut præsertim ex Partitis posterioribus dicto Instrumento, in quo relatione habita ad dictos Libros Camerariorum pariter affirmatur, quod esset Census solvi consuetus Rectoribus Beneficii pro tempore; vox enim illa *Affictus* iuxta eius proprium, germanumque sensum intelligitur de locatione, seu de mercede locationis,
4 cui illa dicitur respectiva, *Pacion. de locat. cap. 1. num. 27. 28. Rot. cor. Put. dec. 180. num. 2. 3. lib. 1.* sic etiam vox illa *Census* concurrit cum voce *Affictus*, cum in specie sumatur pro Canone debito ei, qui Prædium suum in alium transfert, retenta annua modica pensione
5 sub hoc nomine, *Bursatt. cons. 375. num. 17. lib. 4. Valasc. de Iur. Emphyt. quæst. 32. num. 7. Barbos. ad Leg. 2. Cod. de Præscript. 30.*
6 *vel 40. annor. num. 332. Cenc. de Censib. quæst. 1. num. 13.* & generaliter pro qualibet annua, vel menstrua præstatione, *Card. De Luc. de dot. disc. 161. num. 57* cum sit vox æquivoca, & promiscue utamur
7 his vocabulis *Census*, *Pensio*, & simile, ut per *Abb. in Cap. constitutus num. 20. de Religios. domib. Honded. cons. 81. num. 10. lib. 2. Fulgin. de Iur. Emphyt. in prælud. quæst. 8. num. 22.*

His consonat Inventarium bonorum mobilium, & immobilium eiusdem Beneficii factum de anno 1679. quod in eo successit Præsbyter Leonardus Bartholomæi reconditum in Archivio Episcopali Sancti Miniati, ubi inter cœtera hæc enunciatio habetur „ *un livello con l' Opera che paga quaderne due d' olio, li quali Beni sono per tradizione, mentre non ho scrittura alcuna* „ iuncto præterea quod in statu, seu portata bonorum dicti Beneficii facta de anno 1525. ut ex catastro Beneficiorum Diœcesis Lucensis inter cœtera bona reperitur descriptum etiam quoddam petium terræ, pro quo Rectori annua solvebatur pensio in tot quadernis olei per conductorem tunc temporis, & in iuribus cuius conductionis in totum, vel pro parte ita potuit Opera subingredi de anno sequenti 1527. quo solum incipiunt præfatæ solutiones, quæ tamen dicta sint ex abundanti, cum stante præstatione dictarum olei quadernarum facta per spatium centum, & ultra annorum ex causa, & titulo expresso affictus, antequam etiam inita esset dicta transactio probatus fuisse dicatur usque tunc favore Rectoris perpetuæ locationis titulus citra necessitatem ulterioris probationis, & nullus titulus Ecclesiæ magis utilis & proficuus allegari potuerit, & possit ipsa cen-
8 tenarii præscriptione, *Rot. Nostr. apud Urceol. decis. 49. num. 1. & seq. Rot. cor. Emerix. Iun. decis. 1139. num. 2. & decis. 1188. num. 1. & decis. 671. num. 16. part. 18. & post Card. de Luc. de dot. in Mantiss. decis. 2. num. 6.*

Con-

Consequenter falsum detegitur etiam aliud suppositum, quod Dominus Canonicus teneatur stare præfato instrumento transactionis, cum illud neque in vim transactionis ex defectu requisitorum, neque ex defectu potestatis in Transigente, maxime in successorum præiudicium substineri possit.

Non in vim transactionis ex defectu requisitorum, quia nullum licet minimum dubium tunc cadere poterat super solutione duarum quadernatum olei ex causa affictus per Operarios fienda Beneficio S. Luciæ, cum etiam tunc staret pro eo immemorabilis exigendi quasi possessio, & supradicta plusquam centenaria præscriptio, & cum nihil aliud in actis Causæ, seu Iudicii de anno 1740. adversus Operarios moti fuisset ab eis oppositum nisi quod Rector docere deberet de fundamentis suæ prætensionis: non etenim quælibet phantastica negativa apta est constituere rem dubiam ad effectum transigendi, sed requiritur, quod sit fundata, & rationabilis, alias omnis Transactio tanquam super re clara, & nullam patiente dubietatem facta remanet inefficax, & invalida, itaut substineri possit, nec in vim pacti, *Leg. 1. ff. de transaction. Leg. Præses Cod. eod. tit. Andreol. contr. 246. num. 16. & seq. controv. 286. num. 73. & seq. controv. 288 a num. 1. usque ad num. 16. Urceol. de transact. quæst. 43. num. 1. & seq. Rot. post eumdem decis. 18. a num. 8. usque ad num. 15. cor. Merlin. decis. 490. num. 1. & 2. & apud Palm. Nep. decis. 370. num. 27. & 28. tom. 4.* 9 10

Non etiam substineri potuit prædicta transactio ex defectu potestatis, quia cum in ea Rector se obligaverit in festo S. Luciæ ad conficiendum Operariis, aliisque personis dictum prandium, aliaque plura onera in se assumpserit, propter quæ reddita fuit valde deterior conditio Beneficii, & Ecclesiæ, cum ex statu, seu portata bonorum anni 1525. non constet, illa fuisse prius annexa fundationi; ulterius in casu non implementi liberavit Operarios ab annua solutione dictarum quadernatum olei, præstando hoc pacto quodammodo interesse facti non adimpleri, hæc inquam omnia contineri dicuntur alienationem a factis Canonibus de bonis, & iuribus Ecclesiæ fieri prohibitam, ut hoc modo inita a Partibus transactio non potuerit absque Oraculo Sedis Apostolicæ maxime in successorum præiudicium, fieri valida, *Card. De Luc. de alienat. disc. 1. num. 38. & num. 44. disc. 17. num. 2. & disc. 18. num. 6. & 7. Urceol. de transact. quæst. 23. num. 2. & seq. & num. 17. & 20. Rot. post eumdem decis. 38 num. 5. cor. Dunozz. Sen. decis. 13. num. 5. cor. Ottobon. decis. 220. num. 14. & 15. cor. Bich decis. 290. num 21. cor. Cerro decis. 662. num. 8. & cor. Emerix. Iun. decis. 1028. num. 1. & seq.* 11

Hinc non obstat, quod ubi transactio celebratur tantum super iuribus Ecclesiæ dubiis, & in controversiam deductis, non super bonis stabilibus, tunc necessarius non sit interventus Beneplaciti Apostolici,

sed sola auctoritas Episcopi sufficiat, iuxta limitationem, quam affert
12 *Urceol. de transact. quæst.* 24. *num.* 38. *Rot. cor. Merlin. decis.* 480.
& 490. *per totas*, quia casus noster, ut visum est, versatur circa ap-
positionem onerum, atque alienationem iurium, & actionum super bo-
nis stabilibus, & patrimonialibus Ecclesiæ, non autem respicit iura
tantum incorporalia, & ulterius transactio fuit facta super iure claro,
non super re dubia, ut nullo modo prædicta limitatio casui nostro ap-
plicari possit.

Pariter non obstat Rectoris confessio emanata in dicto Instrumen-
to transactionis, quod supradicta onera essent solita adimpleri etiam per
13 Rectorem antecessorem; quia sola Prælati confessio aliunde non admi-
niculata probationem sufficientem non constituit, quantum sit ad effe-
14 ctum præiudicandi Iuribus Ecclesiæ, & cum prohibitus alienare, sit
etiam prohibitus confiteri, *Card. De Luc. de Iurisdict. disc.* 12. *num.*
23. *Conciol. allegat.* 63. *num.* 22. *Rot. cor. Ludovis. decis.* 506. *num.*
3. *cor. Bichio decis.* 443. *num.* 6. *decis.* 24. *num.* 30. *part.* 10. *& de-
cis.* 234. *num.* 13. *part.* 12.

Verum etiam admisso, quod Rector Antecessor solitus fuisset da-
re prandium, & facere ea omnia, quæ per successorem transigentem
fuerunt adimpleri promissa, cum tamen essent omnes actus facultativi,
ad quos de iure non poterat adstringi, sic neque ex eis potuerat in
15 futurum quæri aliquod ius coactivum contra successores, *Posth. de ma-
nutent. observat.* 53. *num.* 1. *& seq. Rot. cor. Merlin. decis.* 817. *num.*
6. *& cor. Celso decis.* 310. *num.* 3. *&* 4. cum ex actibus facultativis
etiam per longissimum tempus gestis usus, aut consuetudo non indu-
16 catur, nec ullum ius Parti adversæ quæratur, *Posth. de manutent. dict.
observ.* 53. *num.* 2. *&* 3. *Rot. cor. Cavaler. decis.* 418. *num.* 9. *cor.
Celso dict. dec.* 310. *num.* 5. *decis.* 186. *num.* 3. *part.* 11. *cor. Eme-
rix. Iun. decis.* 1236. *num.* 6. *& apud Torr. var. iur. quæst. tom.* 2.
miscellan. part. 1. *decis.* 22. *num.* 5. *tit.* 12. *pag. mihi* 665.

Cæterum ubi procedendum esset cum falso supposito, quod non
ageretur de actibus facultativis, & Rector per somnium fuisset obli-
gatus implere onera in transactione contenta, cum tamen in casu non
implementi ab eo remissa fuerint favore Operariorum iura, & actiones
pro consecutione dictarum quadernarum olei de bonis, & redditibus Ec-
clesiæ, adhuc semper pro validitate huiusmodi pactionis auctoritas Sedis
Apostolicæ fuisset necessaria, cum actum prohibitæ alienationis invol-
17 vat ex *Card. De Luc. de alienat. disc.* 18. *num.* 6. *&* 7. ac aliis supra
relatis; & in omnem casum transactio nocuisset solum Rectori transi-
18 genti durante vita, non iam ad eius successores progrederetur, *Urceol.
de transact. quæst.* 24. *num.* 22. *&* 23. prout in rei veritate toto in-
specto ipsius transactionis tenore apparet, eam fuisse solum persona-
lem non etiam pro successoribus stipulatam concurrente maxime inob-
ser-

servantia Rectoris immediati successoris transigentis, & immediati antecessoris dicti Domini Canonici, qui licet semper, & quolibet anno prandium Operariis non dederit, ut ex attestationibus exhibitis in actis, semper tamen obtinuit dictas duas quadernas olei sine ulla repugnantia, & contradictione. 19

Firmato itaque solutionem dictarum quadernatum olei fuisse in sui origine correspectivam locationi bonorum Ecclesiæ non autem oneribus per Rectorem susceptis in dicto transactionis Instrumento, & firmato etiam eamdem transactionem quocumque modo acceptam fuisse nullam, & invalidam, nec ligare in beneficio successores, statim emergit non potuisse hodie adversus dictum Dominum Canonicum opponi dictam non implementi exceptionem. Immo dato etiam contra veritatem, quod onus conficiendi prandium Operariis, & aliis personis Rectori, ut supra, incubuisset ex obligatione in vim erectionis Beneficii, aut cuiuslibet alterius contractus in iure subsistentis, & validi, cum tamen obligatio Rectoris, & obligatio Operariorum essent diversæ, & separatæ, non inter se respectivæ, atque ex diversis fontibus, & contractibus provenientes, unam scilicet ex contractu fundationis, altera ex illo locationis, adhuc semper exclusa mansisset dicta exceptio inobservantiæ, & inadimplementi, utpote quæ tunc solum intrat, quando agitur vigore contractus ultro, citroque obligatorii, & inter se correspectivi, *Zacch. de oblig. cameral. quæst. 17. num. 97. versic. intellige tertio*, cum aliis supra in obiecto allegatis, non quando agens, ut in casu, esset obligatus erga conventum ex diverso iure, & contractu, *Gratian. discept. forens. cap. 853. num. 30. Rot. decis. 389. num. 2. & 3. part. 2. recent.* propterea solum Rector hoc casu posset ab Operariis, & aliis in separato Iudicio conveniri pro adimplemento suæ obligationis, cum aliud inquam, sit unum esse ad aliquid obligatum erga conventum, sic quod ab eo possit reconveniri, aliud, quod illud, ad quod sit obligatus opponi sibi possit per viam exceptionis non implementi, optime *Rot. in dict. decis. 389. num. 6. in fin. part. 2. rec.* 20 21 22

Abunde ex his visum fuit constare de bono iure dicti Domini Canonici etiam ubi agitaretur quæstio in petitorio Iudicio; quid autem dicendum, ubi quæstio solum est in Iudicio manutentionis, in quo regulariter exceptio non implementi non admittitur? *Post. de manutent. observ. 63. num. 4* egregie examinata materia *Pacion. de locat. & conduct. cap. 44. a num. 25. usque ad num. 33.* prout generale est in qualibet alia exceptione turbida, & altiorem indaginem requirente ut latissime prosequitur, *Postb. de manutent. observat. 42. num. 67. & 68. cum plurib. seqq.* 23 24

Et ita utraque Parte informante decisum fuit.

Octavius Vasoli Piccinini Rotæ Auditor.

DECISIO LIV.

FLORENTINA LITERARUM CAMBII

diei 5. Iunii 1716. cor. eod. bo. me. Audit. Octavio Vasoli Piccinini.

ARGUMENTUM.

Decoctio Scribentis si contigerit post consensum Acceptantis, sed ante consensum illius, cui datus fuit ab Acceptante ordo solvendi, & illius, qui solutioni adiectus fuit, casus decoctionis cedit solummodo damno Remittentis, non autem alterius, qui vice, ac nomine Acceptantis Tractam adimplere debuisset.

SUMMARIUM.

1 *Ubi acceptationem praecessit scribentis Decoctio, quae ab Acceptante ob loci distantiam fuerat ignorata, acceptatio ipsa habetur pro non facta.*
2 *Acceptans etenim se obligasse intelligitur rebus in eodem statu manentibus.*
3 *Per Decoctionem Mandantis eius mandatum, sicut per mortem, censetur revocatum.*
4 *Qui promittit se acceptaturum literas, tunc obligatur, & acceptatio subsecuta censetur facta in executionem primae obligationis.*
5 *Controversum est, an responsio acceptantis scribenti data de adimplenda tracta importet simplicem promissionem, seu veram obligationem*, & num. *6.*
7 *Ex stipulatione inter Scribentem, & Acceptantem nulla acquiritur actio Tertio absenti in literis adiecto.*
8 *Ex literis Cambii duplex oritur scribentis mandatum, alterum erga personam, quae debet solvere, alterum erga illam, quae debet exigere.*
9 *Utrumque autem consumari dicitur, cum per acceptationem alter alterum in Debitorem, & respective in Creditorem agnoscit.*
10 *Acceptatione sequuta non potest amplius utrumque mandatum per scribentem revocari in praeiudicium Iuris tertio Creditori quaesiti.*
11 *Bene tamen revocari potest antequam sequuta sit accceptatio, quia tunc nondum quaesita est Creditori actio.*
12 *In literis cambii tres contractus includuntur.*
13 *Nisi ultra consensum Dantis pecunias, & scribentis literas, interveniat consensus illius, cui dirigitur tracta, & eius, cui dirigitur remissa, nulla potest induci obligatio inter Mandantes, & illos in quos mandata diriguntur.*

Et

14 *Et Decoctio Scribentis superveniens cedit damno eius, qui dedit pecunias ad cambium, & non alterius, cui datus fuit ordo solvendi.*
15 *Opinio Mansii consultat. 497. num. 4. tamquam Iuri minime consona, & auctoritate destituta reiicitur.*



N Causa DD. Berzini, & Minuti parte ex una, & D. Cosmi Del Sera parte ex alia a DD. VV. perillustribus nobis commissa, moti fuimus ad referendum pro absolutione dd. Berzini, & Minuti, quia Literæ Cambii Venetiis scriptæ per Laurentium Grifoni sub die 3. Augusti 1715. favore DD. Ciaia, & Bonguglielmi solvendæ per Moysen Iacobum Firmum Hebræum Anconæ D. Cosmo Del Sera Florentiæ, fuerunt per eos acceptatæ vice, & nomine d. Firmi solum sub die 17. eiusdem mensis quando decoctio d. Grifoni Scribentis contigerat usque sub die duodecima.

Receptissima autem conclusio hodie est, quod ubi acceptationem præcessit Scribentis decoctio, quæ ab acceptante ob loci distantiam 1
fuerat ignorata, superventa deinde illius notitia, acceptatio ipsa habeatur pro non facta, cum acceptans se obligasse intelligatur rebus in eo- 2
dem statu manentibus, & per decoctionem Mandantis eius mandatum sicut per mortem censeatur revocatum, late *Card. De Luc. de Camb.* 3
disc. 20. *&* 25. *Mans. consult.* 496. *num.* 17. *&* 18. *& consult.* 497. *Ansald. de commerc. disc.* 3. 4. *&* 5. latissime *Samminiat. contr.* 27. *tom.* 1. *& contr.* 178. 79. *&* 80. ibique iterum *Mans. contr.* 181. *tom.* 2.

Nec visum fuit obstare, quod porrecta notitia per dictum Laurentium Grifonum sub eadem die 3. Augusti dicto Moisi Firmo de Tracta sibi facta, solvenda D. Cosmo Del Sera, statim responderit cum eius literis scriptis sub die nona, & sic per tres dies ante decoctionem SE ESSE PARATUM d. Tractam adimplere, ad quem effectum sub eadem etiam die nona binas Literas scripsit Florentiæ; alteram nempe dd. DD. Berzini, & Minuti, ut loco ipsius solverent prædictas Literas, alteram vero d. Domino Cosmo Del Sera, ut remissam ab eis valeret exigere, adeoque tempus acceptationis factæ mediantibus dd. tribus literis esse in hoc casu attendendum, non vero tempus acceptationis dd. Berzini, & Minuti, utpote quæ censeri debeat facta in executionem antecedentis, ut in simili suadere conatur, *Mans. d. consult.* 496. *in fin. vers. quamvis, & consult.* 497. *a princip. usque per tot. num.* 6. 4

Omisso enim, quod dd. omnes Literæ conscriptæ a Firmo sub die nona non pervenerunt ad manus prædictorum ante secutam decoctionem, ut tempore habili non potuerint iungi consensus, & omisso etiam an responsio data per Firmum Grifono, ex qua colligitur eius promptitudo, adimplendi tractam præleferat speciem meri tractatus, seu promissionem simplicem de faciendo recipientem complementum eo tempore solum, quo sequitur formalis acceptatio, ut scribendo in eadem 5

Causa

Causa, in qua consuluit *Mansius prætendit Ansald. de commerc. d. disc. 5. n. 7. & 8.* an potius importet obligationem, seu veram promissionem obligatoriam, ut e contra respondendo scriptis per *Ansald.* conten-
6 dit idem *Mans. d. consult. 497. a num. 1. usque ad num. 6.* & quicquid sit, an talis obligatio Firmi posset dici facta correspective ad obligationem Grifoni de adimplendo Tractas pariter ipsi ordinatas, itaut non secuto illarum implemento, utramque deinde obligationem dicendum esset corruisse; omissis inquam his omnibus disputationibus, & ma-
7 gis stricte obiecto respondendo adverterunt DD. quod data etiam dicta promissione obligatoria Firmi ad favorem Grifoni adhuc ex ea ius, & actio non fuisset quæsita Tertio absenti, & sic D. Cosmo Del Sera in Literis adiecto, *Rot. post Olea de cess. iur. decis. 7. num. 5.*

Quippe ut observat *Rot. Genuen. decis. 93. num. 9.* ex Literis
8 Cambii duplex oritur Scribentis mandatum alterum erga personam quæ debet solvere, velut in casu erga Firmum, alterum erga personam quæ debet exigere, velut in casu erga D. Cosmum Del Sera; eorum autem utrumque dicitur, tunc solum ratum haberi, seu consumi, cum per eum,
9 qui debet exigere literæ præsentatur ei, qui debet solvere, & per successivum actum acceptationis alter alterum in debitorem, & respective in Creditorem agnoscit, *Bald. consult. 348. num. 1. & 2. lib. 1. Rot. Genuen. d. decis. 93. num. 8. & 9.*

10 Hinc est, quod sequuta præfata acceptatione non potest amplius utrumque mandatum in præiudicium Iuris Tertio Creditori quæsiti per Scribentem revocari, *Capyc. Latr. cons. 42. n. 19. Rot. Ian. dec. 168. n. 3.* bene autem e contra potest utrumque revocari, antequam illa fuerit se-
11 quuta, quia tunc res dicitur integra, & nondum quæsita est Creditori Actio, *Mant. de tacit. lib. 17. tit. 8. n. 19. Olea de cess. iur. tit. 8. q. 1. n. 17. vers. licet revocato Rot. post eumdem &c. d. decis. 1. num. 4. vers. quod non esset firmandum.*

Quantum igitur pertinet ad casum nostrum, licet antequam sequeretur decoctio Grifoni, fuerint ab eo data literæ DD. Ciaia, & Bonguglielmi, & licet ante dictam decoctionem pariter intervenisset d.
12 consensus Firmi una cum consensu Grifoni, qui essent duo ex tribus contractibus, qui in Cambii Literis dicuntur contineri, cum tamen non intervenerit etiam consensus, & acceptatio Firmi simul cum consensu,
13 & acceptatione Domini Cosmi Del Sera, & sic non intervenerit consensus simultaneus etiam illorum, in quos mandata fuerunt directa, qui esset tertius contractus necessarius, ut inter illos induci possit obligatio hinc omnia mandata remanserunt per decoctionem supervenientem re-
14 vocata, ut merito casus illius cedere debeat damno eius, qui dedit pecunias ad Cambium, & non alterius, cui datus fuit ordo solvendi, optime *Rot. cor. Priol. decis. 173. n. 5. 9. 10. 11. 12. & per tot.*

Liquet autem ex his, relatam opinionem Mansii non fuisse in casu

su

su nostro attendendum, tamquam Iuri minime consonam, & authoritate destituram, neque etiam aliquid fuit in contrarium firmatum per 15
Rot. in Rom. Litterarum Cambii 11. Decembris 1705. cor. R. P. D. Scotto, quæ nobis data fuit in folio, quia in casu dictæ decisionis immo suppositum fuit tacite intervenisse acceptationem Literarum Cambii per Rationem Bancariam Bonaccursi, & Veneri ad favorem Cardinalis d' Estees in liberis adiecti, & quæ ideo acceptatio inter alias probationes desumpta fuit etiam ex literis *di ritorno*, conscriptis illis de Valentibus, qui a Civitate Lutetiæ Parisiorum fecerunt Tractam, cum in eis fuisset dictum qualiter illos constituerant Debitores de importantia Trattæ supponendo fuisse iam satisfactam.

Et ita utraque Partes &c.

Ioannes Bonaventura Neri Badia Prætor.
Franciscus Antonius Bonfini Rotæ Audit.
Octavius Vasoli Piccinini Rotæ Aud. & Relat.

DECISIO LV.

FLORENTINA DOTIS, ET FRUCTUUM

diei 1. Iulii 1717. cor. bo. me. AUDIT. MANILIO URBANI.

ARGUMENTUM.

Immissionem pro Dote, ac Fructibus soluto Matrimonio decursis Hæredi competere demonstratur contra tertios Possessores, non probata actionum confusione per simplicem aditionem hæreditatis illius, qui ad Dotis restitutionem erat obstrictus. Controvertitur tamen, utrum necessaria sit ultra moram in restituenda Viduæ Dote, etiam rigorosa probatio lucri cessantis, seu damni emergentis, nulla habita ratione loci mercantilis, & filiorum ex matrimonio superexistentiæ; an vero concurrente loci mercantilis qualitate probata dicantur requisita lucri, vel damni ex eo quod pecuniæ dotales debito tempore non fuerint restitutæ, etiamsi Vidua sit dives, & mercaturæ non addicta? Quæ quidem controversia resolvitur pro competentia fructuum soluto matrimonio decursorum, accedente præsertim Statuto mulieri Viduæ taxante certam summam fructuum ob Dotem debito tempore non restitutam. Ratificatio Contractus a minore celebrati absque necessariis solemnitatibus quando dicatur inducta, & quando non?

SUMMARIUM.

1 *Concurrentibus necessariis requisitis Salvianum denegari non potest.*

2 *In-*

2 *Instrumentum publicum concessionis, & quietantiæ facit probationem probatam.*

3 *Actiones confunduntur, quoties Creditor Debitori succedit.*

4 *Hypotheca præscribitur spatio* 10. *annorum inter Præsentes, &* 20. *inter Absentes.*

5 *Hæreditatis aditio non præsumitur, sed debet concludenter probari.*

6 *Amplia etiamsi agatur de Filio, qui non præsumitur Hæres quoad effectus sibi præiudiciales, quidquid sit quoad effectus utiles.*

7 *Dotatio sororis post compertam insufficientiam Hereditatis paternæ refertur ad titulum charitatis, non autem ad titulum hæreditarium.*

8 *Limita nisi Hæres actus certos, & univocos explevisset per possessionem, seu distrationem Bonorum Paternorum titulo hæreditario.*

9 *Viduæ post annum luctus nullæ debentur usuræ Dotales, nisi duo copulative concurrant, nempe interpellatio, eiusque Viduæ inopia,* n. 10.

11 *Quæ quidem inopia, quoties est fundamentum intentionis, non est præsumenda, sed plene probanda.*

12 *Conventiones expressæ de solvendo Viduæ Interesse dotali non substinentur tamquam de usura suspectæ.*

13 *Alimenta morte Alimentarii extinguuntur.*

14 *Usuræ dotales non debentur Hæredibus Viduæ, etiamsi filii fuerint.*

15 *Neque Marito sive filii extent, sive non extent post matrimonium uxoris morte solutum.*

16 *Debentur tamen Viduæ, eiusque Hæredibus, quoties ultra moram probentur requisita lucri cessantis, vel damni emergentis.*

17 *Non suffragante qualitate loci mercantilis.*

18 *Hæc etenim qualitas operatur dumtaxat inter Mercatores, ac solitos negotiari.*

19 *Ad effectum lucri cessantis probari debet occasio prompta investiendi dotem, & quod realiter investita non sit ob retardatam solutionem.*

20 *Et ad effectum damni emergentis probari debet damnum passum in individuo ob non factam debitam solutionem tempore convento.*

21 *Dispositio Text. in cap. salubriter de usur. permittentis exactionem usurarum ex credito dotali, procedit matrimonio constante, non autem eo dissoluto per obitum alterius ex coniugibus.*

22 *Limita, nisi supersint filii.*

23 *Supposita mora inopiæ requisitum, vel non est necessarium, vel in muliere, & Vidua, licet Actrice, præsumitur,* num. 24.

25 *In Italia procedit opinio pro inopia præsumpta, & adducitur ratio.*

26 *Rigorosa probatio lucri cessantis, & damni emergentis a* Rota Romana *præscripta suppleri potest cum præsumptionibus, & coniecturis, quæ concludant a communiter accidentibus,* & num. 27.

28 *Interesse sine mora non datur, ac in ea quisquis constituitur, vel per interpellationem Iudicialem, vel per lapsum diei, quæ interpellat pro homi-*

homine, vel demum per interpellationem extraiudicialem, quæ pariter est sufficiens, num. 29. & 30.

31 *Et de qua dubitari non potest quando accedunt solutiones fructuum.*

32 *Concurrente qualitate loci mercantilis satis est allegare lucrum cessans vel damnum emergens, ut interesse dotis non restitutæ recte exigi valeat*, & num. 33. & 34.

35 *Probatio certa, & individua occasionis lucrandi non requiritur in iis qui negotiationem exercent, secus in iis, qui negociari non solent, & hæc opinio est magis recepta*, num. 36.

37 *Sub nomine soliti negociari nedum veniunt Mercatores, sed cæteri omnes, qui ex propria pecunia lucrum capere solent.*

38 *Rigorosa probatio lucri cessantis, & damni emergentis non debet exigi a Muliere, vel Vidua, quæ satis demonstrat damnum passam fuisse, ex quo pecuniæ dotales debito tempore non fuerint restitutæ.*

39 *Post interpellationem, & declarationem Viduæ volentis vivere cum suis dotibus, dicuntur probata requisita pro damni restauratione.*

40 *Amplia etiamsi non concurrat inopia, & etiamsi Mulier sit dives, & non solita negociari*, num. 41. & 42.

43 *Statutum Civitatis Pistorii lib. 2. rubr. 89. disponit, quod elapso mense post alios sex ad restitutionem dotis ordinatos, & interpellatione facta, mulier consequatur quinque pro centenario usque ad integram satisfactionem.*

44 *Quoties facta fuit obligatio restituendi dotem ad formam similium Statutorum, dicitur adesse in Instrumento dotali promissio fructuum saltem implicite.*

45 *Et fructus dicuntur debiti Iure actionis, seu conditione ex Statuto, itaut immunes sint ab omni suspicione usurarum prohibitarum, sed etiam licite exigi possint tam ab ipsa Vidua, quam ab eius Hæredibus licet extraneis*, num. 46. & 47.

48 *Statuta taxantia Interesse favore Viduæ ad certam quantitatem sunt valida.*

49 *Validum est etiam Statutum Florentinum super Tenuta in Bonis Debitoris.*

50 *Tenuta fit simpliciter ad effectum lucrandi fructus, non autem acquirendi dominium.*

51 *Licitum est Pactum dotale de percipiendis sine Iudicis decreto fructibus ad rationem scutorum quinque pro centenario etiam post solutum matrimonium.*

52 *Usuræ dotis a Statuto taxatæ non sunt minuendæ nisi excessivæ sint habito respectu ad tempus*, num. 53.

54 *Circa Fructus plurimum pollet Iudicis arbitrium.*

55 *Minor decem, & octo annis non potest se obligare absque solemnitatibus a Statuto Florentino requisitis*, & num. 56.

57 *Ratificatio non dicitur inducta absque expressa scientia nullitatis facti, & Iuris.* Secus

58 *Secus quando vere constaret de voluntate ratificandi ex actibus Iudicialibus.*
59 *Ratificatio excluditur ex præsumptione validitatis actus.*
60 *Nullitas Contractus opponi potest ab Herede contrahentis, non autem a Tertio.*
61 *Minor, se fassus cum iuramento maiorem, excluditur a beneficio restitutionis in integrum, non autem a facultate excipiendi de nullitate contractus.*
62 *Versio in utilitatem minoris, eiusque locupletatio probari debet a Creditore ad effectum recuperandi pecunias mutuo datas.*
63 *Obligatio relevationis indemnitatis non habet locum, nisi eveniente casu, in quo fuit promissa.*



Ominus Iacobus Philippus q. Herculis de Baldoriottis, tanquam creditor residui dotis lib. 1111. q. Catarinæ Polidoræ Aviæ Paternæ viduæ relictæ a q. Antonio Patre eiusdem Herculis, una cum fructibus decursis, & non solutis, inhærens Iudicio primitus intentato per d. Catarinam coram perillustri Magistratu Conservatorum Legum huius Civitatis pro satisfactione dicti sui Crediti dotalis, & postmodum prosecuto pro parte dicti Herculis sui Patris, obtinuit prævia commissione eiusdem Magistratus immitti in possessionem domus possessæ a Petro Clementis de Curradis, & horti possessi a Domino Ioanne Sebastiano de Baldoriottis ad effectum sibi satisfaciendi ex fructibus, & pensionibus respective, sive ex illorum retractu de dicto residuo dotis, & fructuum ad rationem lib. quinque pro quolibet centenario ab anno 1627. obitus dicti Antonii, usque ad annum 1679. & deinde ad rationem lib. quatuor usque ad totalem eiusdem crediti satisfactionem, eo quia satis, superque docuit de vulgatis requisitis in huiusmodi Iudicio necessariis, quibus concurrentibus petita immissio de-
1 negari non poterat, *Rot. nostra cor. Accaris. decis. 5. num. 1. decis. 24. num. 1. & 2. & decis. 23. num. 1. Rot. Senen. decis. Senen. 22. num. 1. cor. Illustrissimo Dom. meo Audit. de Comitib.*

Admissis etenim extra controversiam dictorum bonorum possessione penes Antonium debitorem de tempore obligationis contractæ favore dictæ Catarinæ Uxoris pro restitutione dotis receptæ anno 1618. & possessione moderna Reorum conventorum, creditum cum Hypotheca clare resultabat ex Instrumento publico confessionis, & quietantiæ
2 dictæ dotis, quod facit probationem probatam, & rem manifestam, ut millies dixit, *Rot.* & signanter *in recent. decis. 220. num. 3. part. 12. & decis. 263. num. 1. part. 9.*

Tota igitur difficultas restricta fuit super tribus. Primo nempe super opposita insubsistentia crediti, vel ex quo omnes actiones con-

fusæ

fusæ remanserunt penes Herculem prætensum hæredem simplicem Antonii Patris debitoris, per *Text. in Leg. siitbum 95. §. aditio ff. de solut.* & ea quæ tradit *Card. de Luc. de hæred. disc. 28. num. 4. & de Credit. disc. 40. num. 11. & 27. Rot. cor. Cavaler. decis. 367. num. 2. & in recent. decis. 329. num. 29. part. 10. & decis. 515. num. 11. in fin. part. 19. tom. 2.* & in terminis dotis *Cels. decis. 335. num. 10. & penes Dom. Palm. decis. 173. num. 11. tom. 2.* vel ex incompetentia fructuum dotalium, soluto matrimonio prætensorum dictum creditum saltem imminuente, vel ex prætensione unius crediti scutorum 27. una cum fructibus contra ipsummet Actorem. Secundo super præscriptione hypothecæ spatio decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes inducta, iuxta *Text. in Leg. 1. & 2. Cod. si adversus cred. Merlin. de pignor. lib. 5. quæst. 21. num. 6. Cene. de censib. disp 118. num. 20. cum aliis per Rot. in recent. decis. 26. num. 6. & 7. & decis. 231. num. 2. part. 19.* & demum super retentione iurium anteriorum, quam in eorum favorem dd. Rei conventi deduxerunt, ut per *Text. in Leg. 2. ff. qui potior. in pignor. habeantur Rot. in recent. dec. 75. num. 9. part. 15. decis. 185. num. 8. part. 19. & cor. Emerix. iun. decis. 290. num. 6. & decis. 476. num. 1. & decis. 877. num. 15.* 3 4

Nullum autem ex his fundamentis visum fuit firmitatis robur obtinere. Non primum, quod Hercules fuerit hæres simplex Antonii Patris, quia hæreditatis aditio, tanquam quid facti, *Leg. pro hærede 20. ff. de acquir. hæred.* non præsumitur, sed debet plene, & concludenter probari, *Leg. necessariis 57. ff. eod.* etiamsi agatur de filio, qui licet ob suitatem videatur ipso iure hæres Patris, *Leg. in suis 11. ff. de liber. & posthum.* adhuc tamen ob beneficium abstensionis sibi a Prætore concessum talis non præsumitur, nisi probetur, præcipue quoad effectus sibi noxios, & præiudiciales, prout distinguendo inter huiusmodi effectus, & alios illi commodum afferentes, in quibus præsumptio procedit, late firmant *Conciol. de hæred. art. 1. n. 2. cum seq. Paschal. de Patr. potest. part. 4. cap. 1. num. 30. Cyriac. controv. 181. n. 12. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 99. n. 4. & 5. Ridolph. in prax. part. 1. cap. 5. num 26. & seq. Gratian discept. 477. num. 25. & discept. 732. num. 56. & 57. Rot. nostra cor. Magon. decis. 64. num. 32. & decis. 117. num. 36. cor. Cels. decis. 129. num. 1. & 2. in rec. decis. 273. num. 9. & decis. 310. num. 5. & 6. part. 17.* 5 6

Hanc probationem qualitatis hæreditariæ non concludunt illi duo actus ex adverso adducti, quod videlicet d. Hercules dotaverit Lucretiam sororem ex bonis paternis, quodque solverit scuta quindecim Io. Baptistæ Nencino viro illius, tum quia d. Hercules in dotatione sororis nihil aliud fecit, quam promittere sponso procuratorio quodam nomine illa iura, ut credita sorori spectantia talia, qualia *proc. fol. 4.* super hæreditate Patris, non autem se obligavit ad dotis solutionem, tanquam

hæredem illius, tum etiam quia dicta modica solutio fcur. 15. fuit postmodum facta dicto Nencino nullo pariter expresso titulo, seu nomine hæreditario, immo post compertam Antonii Patris hæreditatis insufficientiam alieno ære detracto, adeoque bene refertur ad titulum subsidii seu pietatis, aut charitatis erga sororem, non autem ad titulum hæreditarium, ad quem effectum actus debent esse univoci, & concludentes, qui citra ius, & nomen hæredis fieri non valeant, *Leg. pro*
7 *herede* 20. §. *Papinianus in fin. ff. de acquirend. hæredit. Bartol. in Leg. gerit num.* 19. *Marant. in Leg. is potest ff. eod. Mantic. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 100. *num.* 18. *Card. de Luc. eod. tract. disc.* 11. *num.* 5. *& disc.* 12. *num.* 13. *Balduec. de Legat. & Fideicomm. decis.* 19. *num.* 7. *Rot. cor. Buratt. decis.* 207. *num.* 4. *&* 17. *Cavaler. decis.* 452. *n.* 1. *Bich. decis.* 66. *num.* 16. *Merlin. decis.* 873. *num.* 3. *in recent. decis.* 358. *num.* 12. *part.* 12. *decis.* 132. *num.* 14. *part.* 13. *& decis.* 310. *num.* 8. *part.* 17.

Quicquid secus dicendum esset, si præfatus Hercules actus certos, & univocos explevisset per possessionem, seu distractionem bonorum pa-
8 ternorum, titulo hæreditario, de quibus late *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *d. præsumpt.* 100. *&* 101. *per tot. Balduec. de Legat. & Fideicomm. tit.* 3. *decis.* 19. *num.* 8. *&* 9. *Rot. cor. Bich. d. decis.* 66. *num.* 1. *& seq.* vel tamquam hæres Patris in Iudicio agendo descendisset, *Salust. Tiber. in prax. lib.* 1. *cap.* 44. *num.* 5. *Ridolphin. in prax. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 30. *Rot. in Romana Pecuniaria, seu Locorum Montium* 14. *Iunii* 1697. §. *final. cor. Dell' Olmo Episcopo Concben. apud Altit. de inconstant. in Iudic. decis.* 62. *num.* 12. *& seq. & in Romana Domus seu Palatii super fructibus quoad reservata* 13. *Martii* 1711. §. *ad submovenda cor. R. P. D. Crispo* quæ omnia longe distant a casu præsenti.

Ad ostendendam autem incompetentiam fructuum dotalium soluto matrimonio per obitum Antonii viri Catarinæ decursorum Rei conventi utebantur regula illa firmiter recepta, quod Viduæ post annum luctus nulli debentur fructus, seu usuræ dotales ab hæredibus mariti prædefuncti, ob dotem in pecunia, aliisque rebus infrugiferis consistentem
9 non restituram, *DD. in cap. salubriter* 16. *de usur. Barbos. in Leg.* 2. *part.* 1. *num.* 40. *ff. solut. matrim. Surd. cons.* 269. *num.* 21. *idem de aliment. quæst.* 45. *num.* 4. *& seq. De Luc. de dot. disc.* 161. *num.* 66. §. *tertia Boss. eod. tract. cap.* 20. *num.* 94. *Leotard. de usur. quæst.* 30. *num.* 29. *Gall. de fructib. disp.* 20. *art.* 5. *num.* 7. *&* 8. *Constantin. ad Statut. Urb. annot.* 34. *artic.* 2. *num.* 176. *tit.* 2. *Calvin. de æquit. lib.* 2. *cap.* 166. *num.* 12. *Gratian. discept.* 477. *per tot. & discept.* 872. *n.* 22. *&* 23. *Urceol. cons.* 64. *num.* 25. *Amat. resolut.* 49. *num.* 80. *Posth. resolut.* 77. *num.* 1. *& seq. Episcopus Rocc. disp.* 118. *num.* 1. *& num.* 32. *Peregrin. decis. Patavin.* 121. *num.* 7. *Larr. decis.* 34. *num.* 27. *Thesaur. decis.* 43. *num.* 2. *Capyc. Latr. decis.* 97. *num.* 6. *& seq. Hodiern.*

diern. ad Surd. decis. 24c. *Mart. Med. decis.* 15. *num.* 14. & 16. *Rot.*
Lucan. inter recoll. per D. Palm. Nep. decis. 31. *num.* 29. *Rot. Roman.*
cor. Merlin. decis. 457. *num.* 20. & 21. *Duran. decis.* 37. *num.* 16. *cor.*
Gregor. decis. 204. *num.* 29. & 33. *post Merlin. de pignor. decis.* 3. &
decis. 94. *utrobique num.* 3. *Rot. Nostra inter recollect. per D. Palm. Nep.*
decis. 328. *num.* 17. & 18. *tom.* 4.

Nisi duo copulative concurrant, nempe interpellatio hæredum viri
ad solvendam dotem, eiusque Viduæ inopia, itaut aliunde non habeat
unde vivere possit, *Surd. cons.* 194. *num.* 5. *Bersan. de vid. cap.* 2. 10
quæst. 7. *num.* 15. *Spadazz. Theatr. vidual. disquisit.* 70. *num.* 12. *cum*
seq. & *num.* 55. *Pigant. ad Statut. Ferrar. rub.* 107. *num.* 17. *Leoncill.*
de privileg. Pauper. part. 2. *privileg.* 411. *num* 2. & 3. *De Luc. de*
dot. disc. 111. *sub num.* 8. §. *ceterum*, ubi quod petere usuras dota-
les cum sola interpellatione favore viduæ esset contra stimulum calci-
trare *Constantin. ad Statut. Urb. annot.* 34. *art.* 2. *num.* 216. *Altograd.*
penes Bonden. collect. 21. *num.* 159. & *num.* 177. *tom.* 2. *Gob. consult.*
decis. 127. *num.* 9: *Illustrissimus D. meus Calderon. resolut.* 87. *num* 26.
tom. 2. *Samminiat. controv.* 199. *num.* 25. *Episcopus Rocc. disp.* 118. *n.*
4. *Rot. Nostra in Florent. pecuniaria lib. motiv.* 121. *fol* 444. §. *neque*
applicatur cor. Blancbell. & *Bononien. decis.* 8. *sub num.* 65. §. *his tamen*
Rot. cor. Pen. decis. 1206. *num.* 3. & *decis.* 1237. *num.* 2. & *seq.*
Gregor. decis. 204. *num.* 28 *ibiq. adden. num.* 33. *Duran. decis.* 176.
num. 3. & *decis.* 1641. *num.* 10. *Ubald. dec.* 211. *num.* 2. *Manzaned.*
decis. 349. *num.* 7. & *decis.* 647. *num.* 1. *post Merlin. de pignor. decis.*
3. *num.* 5. & *in recent. decis.* 184. *num.* 20. *part.* 19.

Quæ quidem inopia, uti fundamentum intentionis non est præ-
sumenda, sed plene probanda, alias frustra requirerentur a DD. d. duo
extrema, ut late examinato articulo firmat *Episcopus Rocc. d. disp.* 118. 11
a num. 12. *ad* 21. ubi respondet contrariis *Surd. cons.* 194. *num.* 17.
18. & 19. *Bersan. de vid. cap.* 2. *quæst.* 7. *num.* 31. *Gall. de fructib.*
disput. 20. *art.* 5. *num.* 14. §. *contrarium* & §. *tu dic in princ.*
Spadazz. Theatr. vid. disquis. 70. *num.* 70. *cum seq. Constant. ad Stat.*
Urb. annot. 34. *art.* 2. *num.* 217. *Amat. resol.* 49. *num.* 60. & 61. *Ur-*
ceol. cons. 39. *num.* 36. *post princ.* & *in secunda Appendic. num.* 2. *De*
Luc. ad Franc. d. decis. 489. *num.* 4. *post De Luc. de dot. decis.* 51 *n.*
27. *in fin. tom.* 2. *Rot. Nostra in Florentina Pecuniaria* §. *quo vero cor.*
Blanchell. lib. motiv. 121. *fol.* 494.

Præcipue, quia secluso titulo alimentorum *iuxt. trad. per Boss. de*
dot. cap. 20. *num.* 96. *cum seq.* vel aliis requisitis lucri cessantis, vel
damni emergentis, de quibus infra, neque expressæ conventiones de
solvendis viduæ huiusmodi interusuriis tanquam de usura suspectæ sub- 12
stineri possunt, cum per ipsam steterit, quominus dotes exegerit, ut
recte observant *Merlin. de pignor. lib.* 1. *tit.* 3. *quæst* 3. *Spadazz.*

Theatr. viduil. d. disquisit. 70. *num.* 91. *cum seq. Cancer. var. part.* 3.
cap. 7. *num.* 32. *Ros. cons.* 54. *num.* 43. *Constant. ad Stat. Urb. d. an-*
notat. 34. *num.* 181. & 182. *Urceol. cons.* 15. *num.* 22. *Hodiern. ad*
Surd. decis. 240. *num.* 21. *Capyc. Latr. decis.* 97. *num.* 6. & *seq. Rot.*
Nostra d. lib. motiv. 124. *fol.* 530. & *lib.* 121. *fol.* 494. §. *quo vero*
& *seq. cor. bon. mem. Blanchell.*
Sed dato etiam, quod titulus alimentorum foret undique iustifi-
catus, iidem Rei subdebant ilium suffragari potuisse Catarinæ viduæ ad
assequendos fructus dotis non restituræ ea dumtaxat vivente, non au-
tem illius hæredibus, cum alimenta, uti personalia, morte alimentarii
extinguantur *Mart. Med. exam.* 54. *num.* 43. *Rot. Nostra decis.* 328. *n.*
13 38. *inter recoll. per D. Palm. Nep. tom.* 4. prout non debentur usuræ
dotales hæredibus viduæ, etiamsi isti sint filii, *Card. De Luc. de dot.*
14 *disc.* 200. *num.* 2. neque debentur marito, sive filii extent, sive non
extent, soluto matrimonio per obitum uxoris, *Gratian. discept.* 427. *a*
15 *num.* 2. *ad* 5. & *per tot. ibique Carol. Ant. De Luc. per tot. Post. re-*
solut. 77. *num.* 3. & *num.* 4. *Urceol. cons.* 15. *num.* 21. *Mart. Med.*
decis. 10. *num.* 6. *Rot. post Fenson. ad Statut. Urb. decis.* 91. *per tot.*
& *post Merlin de pignor. decis.* 94. *num.* 1. & *seq. Rota Nostra lib.*
motiv. 109. *fol.* 502. *t.* §. *soluto cor. bon. mem. Merlino.*
Remanente solum viduæ, & illius hæredibus facultate obtinendi
fructus, seu interesse dotis, quatenus ultra moram superaccedant, seu
probentur requisita lucri cessantis, aut damni emergentis, de quibus la-
16 te *Surd. cons* 194. *sub num.* 19. & 20. *tom.* 2. & *de aliment. tit.* 1.
quæst. 45. *num.* 41. *cum seq. Barbos. in Leg.* 2. *part.* 1. *num.* 49. &
seq. ff. solut. matrim. Leotard. de usur. quæst. 30. *num.* 54. & *seq.*
Giurb. ad Statut. Mess. cap. 15. *gloss.* 15. *num.* 49. *Card. De Luc. de*
Dot. disc. 111. *sub num.* 8. §. *verum* & *disc.* 161. *num.* 75. *Boss. eod.*
tract. cap. 20. *artic.* 5. *num.* 9. *Ridolphin. in prax. part.* 1. *cap.* 8. *a*
num. 265. *cum plurib. seq. Spadazz. Theatr. Viduil. disquisit.* 70. *n.*
83. *Pigant. ad Stat. Ferrar. d. rubr.* 107. *num.* 15. *Hermosill. ad Lo-*
pez gloss. 4. *Leg.* 10. *tit.* 1. *part.* 5. *num.* 211. & *num.* 214. *cum*
seq. Castill. de aliment. lib. 8. *cap.* 49. *num.* 25. & *seq.* & *sub num.*
38. & 40. *Bersan. de vid. cap.* 2. *quæst.* 8. *num.* 29. 30. & 31. *Vela*
dissert. 35. *num.* 49. *Gratian. discept.* 244. *num.* 12. *cum seq. ibiq.*
Carol. Ant. De Luc. num. 12. & 13. *Post. resol.* 77. *num.* 4. *Cyriac.*
controv. forens. 542. *num.* 30. *late Bonden. collect.* 14. *num.* 11. &
24. & 70. *cum seq. tom.* 1. *Urceol. cons.* 15. *num.* 22. *Episcopus Rocc.*
disp. 118. *num.* 34. *late Mans. cons.* 634. *num.* 15. & 16. & *sub n.*
19. *tom.* 7. *plene Hodiern. ad Surd. decis.* 241. *num.* 31. & 35. ubi
quod in hac dos a iure nullo modo privilegiata repetitur, *Illustriss. D.*
meus Audit. Calderon. resolut. 87. *num.* 27. & *D. Audit. Bonfin. in*
Bannim. general. cap. 14. *num.* 10. *Rot. post Fenson, ad Stat. Urb. decis.*
91.

91. num. 12. Rot. Lucen. inter recollect. per D. Palm. decis. 31. num. 33. cum seq. tom. 1. Rota Nostra lib. motiv. 121. fol. 494. §. quia cor. Blanchell.

Non suffragante ad prædictum effectum qualitate loci mercantilis, ubi quotidie dantur occasiones implicandi pecunias in usus fructiferos, 17
Vel. differt. 35. sub num. 50. tom. 1. Episcopus Rocc. d. disput. 118. num. 35. Altograd. penes Bonden. collect. 21. num. 190. in princ. tom. 2. Castill. de aliment. cas 49. num. 42. lib. 18. Spadazz. Theatr. vid. disquisit. 70. num. 89. 90. & num. 170. ubi de donatione ob nuptias *Gob. cons. decis. 32. num. 52. Ros. cons. 54. num. 46. Gratian. discept. forens. cap. 244. num. 13. & 14. Hodiern. ad Surd. decis. 241. num. 32. Manzaned. decis. 349. num 6 Capyc. Latr. decis. 97. num. 14.* 18
Rot. Lucen. inter recollect. per Palm. Nep. d. decis. 31. num. 35. & 36. ubi quòd illa operatur inter Mercatores, ac solitos negociari dumtaxat.

Quoniam ea non obstante ad effectum lucri cessantis probari debet potentia proxima lucrandi, hoc est occasio prompta investiendi dotem, & quod illam realiter investire omiserit, ob retardatam solutionem, ut in terminis viduæ repetentis dotem, *Honded. cons. 36. num.* 19
33. Barbos. part. 1. in Leg. 2. sub num. 50. §. est aliud ff. solut. matrim. Castill. de aliment. d. cap. 48. n. 42. lib. 8. Spadazz. Theatr. viduil. disquisit. 70. num. 85. Ros. cons. 54. num. 46. lib. 2. Gratian. discept. 240. num. 5. Capyc. Latr. decis. 97. num. 14. Rot. cor. Manzaned. decis. 349. num. 5. Mantic. decis. 171. num. 3. & generaliter *Leotard. de usur. quæst. 74. num. 32. cum seq. Calvin. de æquit. lib. 2. cap. 195. a num. 35. ad 49. Hermosill. ad Lopez gloss. 4. Leg. 10. tit. 1. part. 5. num 137. 138. & 311. cum seq. ubi num. 315.* bene distinguit inter Mercatores, & non Mercatores *Gratian. cap. 987. num. 22. Ansald. de commerc. disc. 66. num. 29. Gob. cons. decis. 32. num. 46. late Bonden. collect. 14. num. 25. cum plurib. aliis tom. 1. Mans. cons. 634 num. 15. in fin.* ubi quod ita ipso patrocinante iudicavit *Rot. Nostra tom. 7 Rot post Merlin. de pignor. decis. 29. per tot. Bich. decis. 16. num. 3. Ottobon. decis. 12. num. 11. cor. Zarat. decis. 36. num. 10. in recent. decis. 401. num. 40. part. 16. decis. 775. num. 3. part. 18.*

Et ad effectum damni emergentis probari debet damnum passum in individuo, ob non factam debitam solutionem tempore convento, 20
ut reprobata opinione, *Ruin. cons. 104. lib. 4. tenuit Rot. cor. Moledan. decis. 2. de usur.* & in terminis huius probationis peragendæ a Vidua, *Honded. cons. 36. num. 34. lib. 2. Barbos. part. 1. d. Leg. 2. sub num. 49. §. ex quorum ff. solut. matrim. Castill. de aliment. cap. 49. num. 41. & 49. lib. 8.* ubi, quod in hoc, nec Viduæ, nec doti aliquid speciale tributum est, *Spadazz. Theatr. viduil. disquisit. 71. num. 84. Grat. discept.*

disceпt. 240. num. 8. & disсept. 244. num. 14. Rot. cor. Manzaned. d. decis. 339. num. 4. & generaliter Leotard. de usur. quæst. 75. num. 10. D. Audit. Bonfin. d. cap. 14. num. 12. & 13. tom. 1. Bonden. d. alleg. 14. a num. 71. cum seq. tom. 1. Pen. decis. 642. num. 5. Coccin. decis. 489. num. 2. Millin. decis. 12. per tot. Merlin. decis. 409. sub num. 16. & in recent. decis. 304. in fin. part. 9.

Seclusis autem huiusmodi requisitis, nil iuvat dispositio *Text. in*
21 *cap. salubriter de usur.* permittentis exactionem usurarum ex credito dotali, quia huius dispositio procedit matrimonio constante, secus autem eo dissoluto per obitum alterius ex coniugibus, quia tunc creditum dotis resolvitur in purum creditum pecuniarium, *Bersan. de vidnit. cap. 2. quæst. 8. num. 13. Pigant. ad Statut. Ferrar. rubr. 107. sub num. 15. §. multo fortius Card. de Luc. de Dot. disc. 113. num. 3. disc. 121. num 4. & disc. 161. num. 66. vers. tertia De Rof. cons. 54. num. 42 Posth. resol. 77. num. 1. Capyc. Latr. decis. 97. num. 17. Mantic. decis. 171. num. 4. in recent. decis. 607. num. 4. & 7. part. 4. & num. 14. cum seq.*

Prædictorum autem efficaciam agnoscens, & evitare satagens D. de Baldoriottis Actor admittebat regulam illam, quod soluto matrimonio, eiusque oneribus cessantibus, amplius usuræ dotales non debeantur, ex auctoritatibus superius relatis, nihilominus insistebat in limitatione, quod dictæ usuræ, seu fructus omnino debiti sint, quando, prout
22 hic, supersunt ex eodem matrimonio filii, qui licet a Patre alimenta sumere debeant, adhuc tamen considerantur & dicuntur matrimonii reliquiæ, ad hoc, ut usuræ dotis ab illo, qui ad Capitalis restitutionem tenetur licite percipi valeant, late *Leotard. de usur. quæst. 30. num. 29. cum. seq. Bonden. collect. 21. num. 188. & 187. tom. 2. Amat. resolut. forens. cap. 38. num. 6. per tot. cum aliis recollect. per Torr. var. iur. quæst. tit. 7. de Antephat. & donat. quæst. 1. num. 3. & 4.* ubi quod ista opinio extra Tribunal Rotæ Romanæ est forsan magis recepta *tom. 2.* qui tamen uti scribens ad opportunitatem Clientis reiicitur per *D. Audit. Bonfin. in Bannim. general. d. cap. 14. num. 20. in fin.* Quod-
23 que supposita mora, de qua infra, inopiæ requisitum, vel non sit necessarium, ut firmant, relati a *Bonden. d. collect. 21. num. 176. tom. 2.* vel in muliere, & vidua licet actrice præsumatur, ut tradunt in puncto
24 *Card. De Luc. de dot. disc. 161. num. 73. Constant. ad Statut. Urb. annot. 34. art. 2. num. 220. & 221. Leotard. de usur. quæst. 79. num. 51. Gall. de fructib. dict. disput. 20. artic. 5. num. 14. & §. tu dic versic. in Italia tamen* ubi, quod in Italia procedit opinio pro inopia præsumpta,
25 quia in omnibus fere Civitatibus extat Statutum excludens fœminas a successione, stantibus masculis itaut fœminæ nihil habeant præter dotem, & *sub num. 15. §. ego tamen Sammaiat. controv. 199. num. 6. De Luc. ad Franc. decis. 389. num. 29. De Luc. ad eumd. decis. 489.*

num.

num. 4. *in fin. Rot. Nostra penes D. Palm. d. decis.* 328. *num.* 29. *tom.* 4. *in recent. decis.* 171. *num.* 6. *part.* 15. *& post De Luc. in Mantiss. decis.* 14. *lib.* 6. *num.* 1.

Et quando etiam procedendum esset cum terminis lucri cessantis, & damni emergentis, nihilominus aiebat non esse in casu præsenti procedendum cum ea rigorosa probatione a Rota Romana præscripta, hoc est, quod quis gravetur onere probandi amisisse occasionem lucri, vel damnum passum fuisse præcise ex eo, quod pecuniæ sibi a debitore statuto tempore solutæ non fuerint, vel huiusmodi probatio, uti consistens in animo, & in corde, nec non in qualitate puræ negativæ nimis vagæ, & indeterminatæ videatur recta via improbabilis, & impossibilis, adeoque suppleri possit cum præsumptionibus, & coniecturis, 26
quæ concludant a communiter accidentibus, ut bene observant *Leotard. de usur. quæst.* 74. *num.* 65. *cum seq. & quæst.* 75. *num.* 12. *& num.* 17. ubi ad hunc præcisum effectum ait, quod Iudices agnoscere debent in aliis id, quod in seipsis fieri sentiunt, *Gall. de fructib. d. disput.* 20. 27
art. 5. *num.* 10. *Ridolphin. in prax. part.* 1. *cap.* 8. *num.* 270. ubi quod ita tenuit Rota Nostra, & *num.* 272. *cum seq. Bonden. collect.* 14. *num.* 41. 76. *&* 77. *tom.* 1. *& collect.* 20. *num.* 31. *tom.* 2. ubi per plures rationes reprobat *Urceol. cons* 84. *& collect.* 21. *num.* 190. *vers. vel potius eod. tom.* 2.

Quia vero interesse sine mora non datur, *Leg. mora ff. de usur.* 28
Sacc. de camb §. 20. *quæst.* 7. *part.* 2. *ampliat.* 8. *num.* 100. *Bonden. d. collect.* 20. *num.* 14. *& collect.* 21. *num.* 158. *tom.* 2. *Card. De Luc. de dot. disc.* 161. *num.* 72. §. *ceterum Rot. cor. Bich. decis.* 487. *num.* 7. *cor. Cerr. decis.* 360. *num.* 13. *& cor. Priol. decis.* 276. *num.* 6. ac in ea quisque constituitur, vel per interpellationem iudicialem, quæ in casu præsenti non controvertebatur, vel per lapsum diei, quæ interpellat pro homine, ad textum clarum in *Leg. magnam Cod. de contrabend. stipulat.* & firmant in terminis *Leotard. de usur. d. quæst.* 75. 29
num. 6. *Pigant. ad Statut. Ferrar. rubr.* 107. *num.* 14. *Bonden. d. collect.* 20. *num.* 24. *&* 25. *& collect.* 21. *num.* 169. *tom.* 2. *Mans. cons.* 268. *num.* 32. *tom.* 3. *& cons.* 634. *num.* 10. *&* 11. *tom.* 7. *Mart. Med. decis.* 14. *num.* 42. *Rot. cor. Peutinger. decis.* 423. *num.* 6. *&* 7. *& in recent. decis.* 127. *num.* 3. *part.* 17. *& decis.* 350. *num.* 4. *part.* 19. & in terminis Statuti Florentini *lib.* 2. *rubr.* 61. *Ger. Spin. cons.* 3. *a num.* 12. *usque ad fin. Tusch. conclus.* 520. *num.* 3. quod Statutum aufert annalem dilationem *Rot. Nostra lib. motiv.* 18. *a* 253. 30
vel demum per interpellationem extraiudicialem, quæ est pariter sufficiens *Amat. var. resol. lib.* 1. *resolut.* 49. *num.* 97. *Bonden. collect.* 14. 31
num. 35. *tom.* 1. *& collect* 21. *num.* 171. *tom.* 2. & de qua dubitari non potest, quando accedunt solutiones fructuum, quæ satis hæredes viri debitores, & interpellatos declarant, *Angel. de confess. lib.* 1. *quæst.*

1 . *num.*

11. *num.* 14. *&* 15. *Card. De Luc. de Dot. d. disc.* 161. *sub num.* 76. §. *atque Constantin. ad Statut. Urb. annotat.* 34. *artic.* 2. *num.* 200. *Episcopus Rocc. disp. select. cap.* 118. *num.* 40. 44. *Mans. cons.* 634. *num.* 12. *tom.* 7. *Rot. cor. Pen. decis.* 1237. *num.* 12. *cum seq. & in recent. decis.* 153. *num.* 7. *part.* 4. *tom.* 2.

Præfatus D. de Baldoriottis addebat quod supposita interpellatione (quicquid sit in Curia Romana) consideranda esset qualitas loci mercantilis, seu Civitatis, in qua, prout in ista, sunt frequentes, & paratæ occasiones collocandi pecunias in merces, ac fructiferas negociationes, seu in emptionem annuorum redditaum, locorum montium, cambiorum, censuum, ac etiam stabilium, & hac qualitate loci concurrente, satis esse allegare lucrum cessans, vel damnum emergens, ut interesse crediti pecuniarii, seu dotis non restitutæ recte exigi valeat,
32 ut in terminis viduæ dotem repetentis *Bersan. de Vid. cap.* 2. *quæst.* 7. *num.* 32. *Altograd. penes Bonden. collect.* 21. *num.* 190. *tom.* 2.

Et in specie ad prædictum finem, & effectum obtinendi interesse, attenta qualitate loci mercantilis, loquendo de hac Civitate Florentiæ advertunt *Altograd. cons.* 21. *num.* 58. *tom.* 1. *Ridolphin. in prax. part.*
33 1. *d. cap.* 8. *num.* 269. *Leotard. de usur. quæst.* 74. *num.* 43. *Mans. consult.* 58. *num.* 2. *Samminiat. controv.* 185. *num.* 27. *& seq. Torr. var. iur. quæst. d. tit.* 7. *quæst.* 1. *num.* 8. *tom.* 2. *Mart. Med. decis.* 14. *num.* 29. *Rot. Nostr. in Liburnen. Cambi Maritt. lib. motiv.* 126. *a* 170. §. *condemnavimus & seq. confirmata sub die* 16. *Septembris* 1693. §. *ex prædictis cor. bon. mem. Finetto lib. motiv.* 124. *a* 432.

Ac generaliter agendo de aliis consimilibus Civitatibus mercanti-
34 libus unanimiter docent *Scacc. de commerc. & camb.* §. 1. *quæst.* 7. *part.* 2. *ampliat.* 8. *num.* 226. *Carleval. de Iudic. tit.* 3. *disp.* 8. *sect.* 6. *num.* 9. *& seq. Leotard. de usur. d. quæst.* 74. *num.* 43. *Card. De Luc. eod. tract. disc.* 12. *num.* 9. §. *& ideo versic. ubi ad disectum Palm. allegat.* 219. *num.* 9. *Torr. var. iur. quæst.* 1. *num.* 8. *d. tit.* 7. *tom.* 1. *Samminiat. controv.* 144. *num.* 14. *tom.* 2. *Bonden. collect.* 14. *num.* 45. *tom.* 1. *& collect.* 21. *num.* 188. *tom.* 2. *Sperell. decis.* 90. *num.* 18. *&* 19. *Dom. Palm. decis.* 97. *num.* 10. *&* 11. *& decis.* 111. *num.* 18.

Non obstante quod in præsenti non agatur inter Mercatores, seu solitos negociari, in quibus non requiritur probatio certæ, & individuæ occasionis lucrandi, ut distinguendo inter eos, qui non solent negociari, & eos qui negociationibus vacant, late firmant *Leotard. de*
35 *usur. quæst.* 74. *num.* 34. *&* 35. *cum seqq. Scacc. de commerc. dict. annot.* 8. *num.* 22. *cum seq.* ubi de Civitate Ianuæ cum aliis per *Bonden. d. collect.* 14. *num.* 41. *&* 42. ubi dicit, quod ista opinio dicitur magis in praxi recepta, magis vera, & servanda, licet contraria exigens eandem probationem, etiam in mercatore dicatur tutior, quam se-
36 quitur *Rot. Roman. ut num.* 43. *&* 44. *tom.* 1. quia sub nomine soliti nego-

negociari, nedum veniunt mercatores negocia gerentes mercantili more sed cæteri omnes, qui ab eorum pecuniis utilitatem, & lucrum capere solent, præcisa negociatione, eo modo, quo mercatoribus convenit *Bonden. d. collect. 14. num. 30. tom. 1.* ubi concordantes, tum etiam 37
quia attenta dicta qualitate loci mercantilis, in quo prout in præsenti sunt paratæ occasiones erogandi pecunias in effectus fructiferos, sicuti non exigitur a Mercatore dicta rigorosa probatio, iuxta primam opinionem magis receptam, tam quoad lucrum, quam quoad damnum, 38
ita minus exigi debet a muliere, vel vidua, quæ satis demonstrat damnum passam fuisse, ex quo pecuniæ dotales dissipationi non subiectæ, iuxta legalem dispositionem de qua in *Leg. 1. ff. solut. matrim. & Leg. 2. ff. de iur. dot.* ac etiam universalem totius mundi consuetudinem investiendæ in effectus fructiferos debito tempore non fuerunt restitutæ, cum isto casu saltem post interpellationem, & declarationem viduæ volentis vivere cum suis dotibus satis dicantur ex rei natura, & 39
qualitate probata requisita pro lucro, seu verius pro damni restauratione, se alendo ex aliis bonis, quæ ad hunc effectum opus fuit erogare, ut bene ponderat *Card. De Luc. de dot. disc. 161. num. 72. §. cæterum* ubi etiam non concurrente inopia, *& §. seq. Gall. de fructib.* 40
disp. 20. artic. 5. num. 9. & sub num. 10. §. sed non recedas ubi quia auri sacra est fames, *& num. 11.* ubi etiamsi mulier sit dives, *& num. 12.* ubi quod est generis avarissimi, cum aliis, quos refert, & sequitur *Rot. Nostra d. decis. 328. num. 27. 28. & 29. ex recollect. per D.* 41
Palm. Nep. tom. 4. quibus addi potest *Spadazz. Theatr. vidual. disquisit. 70. num. 75.* ubi quod stantibus interpellatione iudiciali, & diligentiis pro recuperatione dotis, si hæredes viri sine iusta causa detrectent illam restituere, vidua recte consequitur interesse dotis, seu alimenta, etiamsi sit dives, & non solita negociari. 42

Partibus itaque hinc inde taliter dimicantibus in hac materia, quam esse de magis intricatis, quas habemus, ait *Card. De Luc. de Dot. disc. 111. sub num. 2.* & non modice urgentibus rationibus pro restauratione damni favore viduæ, faciliorem, & in præsenti themate opportuniorem exitum aperuit statutaria dispositio Civitatis Pistorii *lib. 2.* 43
rubr. 89. §. salvo „ ibi „ salvo quod hæredes mariti, vel alii obligati ad dotis restitutionem elapso mense post sex ordinatos a Statuto ad restitutionem dotis, & postquam pro parte mulieris fuerint requisiti, & interpellati de restituenda dote, illam non restituerint, in casu prædicto dicta mulier consequatur quinque pro centenario, donec fuerit integraliter facta restitutio dictæ dotis, ad quam cogere possit hæredes, & alios obligatos ad eius beneplacitum „ cum enim fuerit facta obligatio restituendi dotem ad formam dicti Statuti dicitur adesse in Instrumento dotali promissio fructuum saltem implicite per relationem ad illud, cuius vigore dicti fructus debiti sunt usque 44
ad

ad integram restitutionem, *Rot. cor. Emerix iun. decis.* 1238. *num.* 22. & 23. & dicuntur debiti iure actionis, seu condictione ex Statuto,
45 *Amat. resolut.* 49. *num.* 68. *Episcopus Rocc. disp.* 118. *num.* 29. itaut immunes sint non solum ab omni suspicione usurarum prohibitarum, *De*
46 *Luc. de dot. disc.* 161. *num.* 82. *Rocc. dispus.* 118. *num.* 30. *post De Luc. lib.* 6. *de dot. decis.* 51. *num.* 23. *in fin. tom.* 1. sed etiam propter moram, & speciale dotis, non personæ privilegium licite exigi valeant tam ab ipsa vidua, quam ab illius hæredibus, etiam extraneis,
47 ut uno ore firmant *Anton. de Cortud. in Leg. si quis a liberis* §. *si quis num.* 140. *ff. de liber. agnosc. Neapod. ad consuetud. Neap. in congruit. iur. mort. num.* 58. *Constantin. ad Statut. Urb. annot.* 34. *artic.* 2. *num.* 206. *Roderic. de ann. redditib. lib.* 3 *quæst.* 7. *num.* 59. *in fin. versic. quod diximus Gall. de fructib. d. disp.* 20. *artic.* 5. *num.* 37. & 38. §. *ego teneo primam opinionem Urceol. cons forens. cap.* 39. *num.* 36. *in fin. vers. & si vidua Balducc. ad Ramon. cons.* 82. *cap.* 2. *num.* 35. *vers. & in terminis tom.* 3. *Romaguer. ad Conciol. ad Statut. Eugub. lib.* 2. *rubr.* 47. *num.* 47. *Franc. decis.* 338. *per tot. & signanter num.* 3. *ibiq. Carol. Anton. De Luc. num.* 2. *Ricc. ad eumd. decis.* 489. *vers. & alimenta de Marin. decis.* 193. *in fin. Rot. in recent. decis.* 5. *num.* 5. *et* 6. *part.* 19.

Absque eo, quod amplius dubitari possit de validitate, seu subsistentia huiusmodi Statutorum taxantium certam summam fructuum
48 mulieri viduæ post interpellationem factam hæredibus viri debito tempore dotem illi non restituentibus, quia dicta Statuta ratione moræ imponunt pœnam, in qua constitutione non potest considerari usura, sed potius refectio damni a Statuentibus præcogniti in ea determinata quantitate, quam Vidua sive pauper, sive dives ex sua dote a dd. viri hæredibus citra illius voluntatem retenta, & in effectus fructiferos destinata, & implicita retraxisset, ut quidquid dicat *Spadazz. disquis.* 70. *n.* 77. *et n.* 94. *cum dub. seqq* cum aliquibus aliis recte advertunt *Constant. ad Stat. Urb. annot.* 34. *art.* 1. *n.* 125. 126. *Molin. de contract tract.* 3. *disp.* 322. *in fin. Merlin. de pignor. lib.* 1. *tit.* 3. *quæst.* 23. *n.* 43. *Carleval. de Iudic. lib.* 1. *tit.* 3. *disp.* 8. *sect.* 4. *n.* 40. *Gall. de fructib. d. disp.* 20. *artic* 5. *sub n.* 24. §. *contrarium Scopp. ad Gratian. dec. observat.* 126. *a n.* 43. *ad* 49. *Amat. resolut.* 49. *n.* 88. *Urceol. cons.* 39. *n.* 35. *Episc. Rocc. disp. iur. cap.* 118. *num.* 43. *De Luc. ad Franc. dec.* 338. *sub n.* 4. §. *quamvis Hodiern. ad Surd. dec.* 140. *n.* 28. *Mart. Med. examinat.* 54. *n.* 7. 8. *cum seqq. & sub n.* 19. *Capyc. Latr. dec.* 97. *n.* 9. *Rot. in rec. dec.* 153. *n.* 7. 8. *par.* 4. *tom.* 2. *Rota Nostra inter recollect. per D. Palm. dec.* 328. *n.* 30. *cum seqq.* ubi, quod contrarium asserere esset revangere mundum *tom.* 4.

Et validitate Statuti Florentini super tenuta in bonis Debitoris
49 tradunt, *Dec. cons.* 400. *n.* 85. *Menoch. de retinend. remed.* 3. *n.* 184.

Negu-

Negus. de pignor. par. 2. membr. 3. n. 15. & 17. Merlin. eod. tract. lib.
1. tit. 3. qu. 23. n. 29. & 30. Rota Nostra lib. mot. 131. pag. 494. §.
quia in nostro casu cor. Blanchello, & lib. mot. 124. pag. 530. §. *maior*
adest, & §. nam satis, cum seqq. cor. eod. D. meo Audit. Bonfin. in ban-
nim. general. cap. 71. n. 35. tom. 2. Viduæ autem habentes filios, seu 50
descendentes vigore tenutæ non gravantur infra annuum accipere bo-
na in solutum, quia tenuta fit simpliciter ad effectum lucrandi fructus,
non autem acquirendi dominium, *ead. Rot. Nostra lib. mot. 73. pag. 229.*
lib. 91. pag. 189. lib. 117. pag. 642. & d. lib. 124. § quæ Lex, cum
seqq. ubi quod Lex anni 1546. declaratoria alterius præcedentis anni
1545. non innotuit, *Scacc. de sent. & re iudic. gloss. 11. num. 14. cum*
seqq. penes Mans. cons. 87. per tot. tom. 1. ubi registratur particula dicti
Statuti *lib. 2. rubr. 58. & penes recollect. per D. Palm. Nep. dict. dec.*
328. n. 30. & n. 48. tom. 4.

Et de subsistentia pacti dotalis, seu consuetudine contrahendi
cum tali pacto, cuius exercitium propria auctoritate, ac sine Iudicis
decreto in esse deductum reddit licitam fructuum perceptionem, ad
rationem non excedentem metam alimentorum, nempe scutorum quin-
que pro centenario nullatenus in sortem imputandorum, etiam matri- 51
monio resoluto per prædecessum viri, latissime *Rot. Nostra in dict. dec.*
328. a n. 20. cum seqq. & n. 35. ubi explicat *d. Motivum lib. 124. pag.*
530. cum seqq. usque ad 51. ex recollect. per D. Palm. tom. 4. & com-
probat *Poss. de dot. cap. 20. n. 100. cum seqq. D. meus Audit. Bonfin.*
in bannim. general. cap. 71. n. 31. 33. & 34.

Fructus autem Dotis in pecunia consistentis, & a dicto Statuto
taxari ad rationem scutorum quinque pro quolibet centenario, & anno 52
licet deberentur ad rationem illius taxæ, nec effent minorandi, ut late
tradit *Constantin ad Stat. Urb. annot. 34. artic. 1. n. 32. 96. 97. & 104.*
attamen, quia videbantur præsenti tempore nimis rigorosi, fuerunt in
sententia reducti ab anno 1679. citra ad rationem quatuor pro quolibet 53
centenario, & anno, prout reducti fuerunt fructus bonorum stabilium,
Constan. loc. cit. n. 95. prout regulariter fructus reddidere Census, Cam- 54
bia, & Loca Montium, cum in hoc plurimum polleat Iudicis arbitrium,
ut advertit idem *Constant. dict. annot. 34. art. 2. a num. 103. ad 106.*
ubi concordantes *tom. 2.*

Probato itaque ex huc usque deductis credito doris, & fructuum
soluto matrimonio decursorum, non videbatur illud aliquo modo mi-
nuendum ex summa scut. 27. 3. 16. quod D. Hercules Baldoriotti pa-
ter Actoris mutuo accepit a Raphaele de Pagois anno 1639. cum ex-
pressa conventione istum conservandi indemnem, & relevandi a solu-
tione fructuum dd. scut. 27, quos D. Pagni paratus erat solvere hæ-
reditati Francisci Baldoriotti fratris ipsius Herculis ex causa residui
pretii bonorum a dicto Francisco emptorum, ut legitur in Instrumen-
to;

to; Etenim cum D. Causæ Patronus in facto compererit, quod dictus Hercules tempore dicti contractus, non expleverat annos decem, & octo, & sic inhabilis erat ad contrahendum, & se obligandum, se-
55 clusis solemnitatibus statutariis huius Civitatis *lib. 2. cap. 115.* de quo *Rot. Nostra cor. Magon. dec. Floren. 22. n. 3.* in necessarium consequens emergebat, quod de tali contractu sine dictis solemnitatibus inito nulla ratio haberi poterat, *Pigant. ad Statut. Ferrar. ad rub. 91. n. 5.*
56 *Constant. ad Stat. Urb. annot. 44. artic. 1. n. 6 Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 2. rub. 56. n. 2. Zaul. ad Statut. Favent. tom. 1. observ. ad rubr. 17. tom. 3. n. 2. Paulut. dissert. 15. n. 11. Mans. cons. 437. n. 11. §. verum, tom. 5. Illustris D. meus Calderon. resol. 36. n. 1. Bonden. collect. 2. n. 23. Rot. cor. Cerr. dec. 696. n 10. & decis. 392. n. 1. cor. Emerix iun. & post resol. 36. D. Calderon. num. 40. tom. 1.*

Nec ullatenus obstitit, quod Hercules factus maior dictum contractum non impugnaverit, sed potius tacite ratificaverit, adeoque non esset amplius agendum de illius nullitate, tum quia ratificatio nullo modo dici poterat inducta, absque expressa scientia d. Herculis nullitatis facti, & iuris, cum omnibus suis qualitatibus, quæ ad huc effectum requiritur, ut de ratificatione minoris effecti maioris, *Constantin.*
57 *ad Stat. Urb. annot. 44. artic. 6. n. 547. Pigant. ad Stat. Ferrar. rubr. 91. n. 18. & 19. Castald. cons. 59. n. 10. & 11. & cons. 255. num. 8. Ponden. collect. 43. n. 57. cum seqq. tom. 2. Cyriac. discept. 73. n. 4. Rocc. disp. 140. n. 18. & 19. Grattan. discept. 824. n. 39. cum seqq. Palm. Nep. alleg. 196. n. 29. & 30. tom. 2. Rot. Lucen. penes eumd. allegat. 219. n. 10. & 11. tom. 3. Urceol. cons. 44. n. 22. & 25. & cons. 63. n. 33. & 35. Rot. Nostra cor. eod. dec. 19. num. 3. Rot. Rom. cor. Priol. dec. 412 n. 9. Ottobon. dec. 191. n. 19. & seqq. & dec. 204. n. 11. & 13 Ninot. dec. 3. n. 11. 12. post Torr. de pact. dec. 125. n. 16. 17. post De Luc. de donat. dec. 38. n. 22. tom. 1. in rec. dec. 80. n. 6. cum seqq. par. 10. & dec. 352. n. 20. par. 17. repetit. post Urceol. de transact. dec. 35. num. 17.* Quidquid secus dicendum sit, quando vere constat de voluntate ratificandi ex actis iudicialibus, & aliis similibus, ex quibus scientia nullitatis facti, & iuris non potest impugna-
58 ti, ut recte respondit *Rota Nostra in Florentina Transactionis 13. Iulii 1715. §. fratres cum seqq. & §. circa vero ius, cum seqq. cor. D. Audit. Vieri*, ubi concordantes, & facit *d dec. 38. post. De Luc. de donation. num.* 29. 30. Immo, cum parvus temporis lapsus deficeret ad complendam maiorem ætatem, omnis ratificatio exclusa remansit, ex
59 quo d. Hercules potuit credere actum validum, & subsistentem, ut advertit *Palm. Nep. allegat. 385. n. 13. §. eoque magis.* Tum etiam, quia contractus nullitas non opposita ab ipso contrahente, potest opponi ab eius hærede, quidquid sit, si opponeretur a Tertio, ut bene
59 distinguunt *Iov. de contract. minor. gloss. 22. §. 22. num. 41. tom. 1.*

Con-

Constantin. ad Stat. Urb. d. annot. 44. *art.* 7. *n.* 719. *tom.* 2. *Angel. de confess. lib.* 2. *qu.* 13. *n.* 64. *Altimar. de nullit. rub.* 4. *qu.* 1. *n.* 62. *Rot. post Cenc. de censib. dec.* 31. *n.* 9. 10. *post De Luc. de donat. decis.* 39. *num.* 6. *tom.* 1.

In nihilum relevante, quod d. Hercules se fassus fuerit cum iu-
ramento maiorem, & sic contractus subsistere debeat, quia etsi ex
hoc capite, vel ipse, vel eius hæres excluderetur a beneficio restitu-
tionis in integrum, non excluditur tamen ab eo, quod dicere, & 61
excipere valeat de nullitate contractus, sine solemnitatibus celebrati,
non obstante dicta assertione iurata, ut pariter recte distinguunt *Ur-
ceol. de transact. qu.* 22. *n.* 4. ubi reiicit *Cyriac. Constantin. ad Stat. Urb.
annot.* 44. *n.* 892. *tom.* 2. late *Iov. de contract. minor. gloss.* 19 §. 7.
sub n. 33. §. *adhuc venire, cum seqq. & gloss.* 25. §. 1. *n.* 11. 12. *tom.*
1. *& gloss.* 25. §. 1. *n.* 1. *cum seqq. tom.* 2. *Pigant. ad Statut. Ferrar.
rubr.* 91. *n.* 22. *Cirocc. discept.* 51. *n.* 50. *Rot. cor. Bich. dec.* 200. *n.*
35. 36. *Adden. ad Buratt. dec.* 410. *num.* 13. 14. *& cor. Merlin. dec.*
155. *num.* 3. 4. *et* 5.

Etsi autem ex superius deductis pateat contractum mutui scut. 27.
per Raphaelem initum tempore minoris ætatis fuisse nullum, nec pro-
baretur ipsum Herculem ex eo fuisse effectum locupletiorem, prout 62
D. Pagni id probare debuisset ad effectum recuperandi dictas pecunias
mutuo datas, ex firmatis per *Altimar. de nullit. d. rubr.* 4. *quæst.* 1.
n. 61. *Palducc. ad Ramon consf.* 96. *n.* 69. 70. *tom.* 3. *Rot. cor. Cerr.
dec.* 602. *n.* 3. *cor. Ninot. dec.* 9. *n.* 10. *& in rec. d. decis.* 80. *n.* 10.
cum seqq. par. 10. ubi concordantes, & per consequens nihil venisset
ex hoc credito consequi; Nihilominus cum D. Iacobus Philippus de
Baldoriottis ad evadendam forsan longiorem litis durationem dederit 63
manus, ut bonificarentur d. sc. 27. fuit in sententia eorum excomputatio demandata; fructus vero ex d. mutuo prætensi fuerunt denega-
ri, tum quia obstabat prædicta contractus nullitas, tum etiam quia
supposita per hypothesim illius validitate, cum D. Hercules se obli-
gaverit solummodo relevare indemnem d. de Pagnis a solutione fru-
ctuum pro dicta rata scut. 27. ab eo debitorum q. Francisco de Bal-
doriottis pro residuo pretii bonorum emptorum, nec dictus de Pagnis
huc usque, & sic spatio 80. annorum passus fuerit molestias pro de-
bita solutione d. fructuum, minusque docuerit ipsemet illos de pro-
prio solvisse, omnino dicendum erat, quod Hercules ipse, vel suæ
obligationi satisfecisset, vel quod eius Hæres non teneretur adhuc ad
ullam relevationem, ex traditis per *Mangil. de evict. qu.* 34. *n.* 19. *Pi-
gant. ad Stat. Ferrar. rub.* 24. *ante n.* 59. §. *modo, & sub n.* 63. §. *ex
quibus Paulut. dissert.* 56. *n.* 155. *tom.* 2. Et ita utraque &c.

Manilius Urbani Rotæ Audit.

DECISIO LVI.

EADEM FLORENTINA DOTIS, ET FRUCTUUM SUPER PRÆSCRIPTIONE, ET RETENTIONE.

eiusd. diei 1. Iulii 1717. cor. eod. bo. me. AUDIT. MANILIO URBANI.

ARGUMENTUM.

AD præscribendam Hypothecam pro dote, ac Fructibus competentem non modo requiruntur quoad sortem 40. anni, & quoad Fructus tot Præscriptiones, quot sunt anni a tempore quo cessatum fuit a solutione; verum etiam necessaria est in Creditore certa scientia tum crediti, tum alienationis Rei hypothecatæ, tum personarum, ad quas ea pervenerit; Et hæc scientia Præscribenti non prodest, nisi cum eius ignorantia concurrat. Retentio pro Credito anteriori deneganda est deficientibus necessariis eiusdem Crediti probationibus.

SUMMARIUM.

1 *Hypotheca competit tam pro sorte, quam pro fructibus, vel interesse dotalibus.*

2 *Ad præscribendam hanc Hypothecam requiritur tempus quadraginta annorum.*

3 *In Fructibus dotalibus debet calculari tempus secundum præstationes annuas, in quibus tot sunt Præscriptiones, quot sunt anni.*

4 *In Præstationibus annuis tot requiruntur Præscriptiones quot sunt tempora.*

5 *Pro Hypotheca præscriptione ultra temporis lapsum requiritur in Creditore scientia certa nedum Crediti, sed etiam alienationis rei sibi hypothecatæ, & personarum, ad quas ea pervenerit.*

6 *Possessor sciens rem, quam possidet, esse hypothecæ subiectam, non potest præscribere.*

7 *Et ad hunc effectum sufficiunt etiam interpellationes extraiudiciales.*

8 *Contra Ignorantem non currit Præscriptio trigenaria, & multo minus annalis, vigore Statuti Florentini Rubr. 57. lib. 2.*

9 *Procurator absque speciali mandato non potest vel declarando, vel confitendo Principali præiudicare.*

10 *Nulla potest haberi ratio de credito legitime non iustificato.*

11 *Hæres venditoris tenetur ad evictionem una cum expensis, et interesse.*

Minus

Minus iuvit secundum fundamentum præscriptionis hypothecæ competentis, tam pro sorte, quam pro fru- 1
ctibus, seu interusuriis dotalibus, iuxta *Text. in Leg. Lucius ff. qui potior. habeantur*, ac firmata per *Merlin. de pignor. lib. 3. tit. 2. quæst. 51. n. 40. De Angel. de confess. lib. 1. quæst. 11. n. 47. cum seqq. Constant. ad Stat. Urb. annot. 34. artic. 1. n. 78. cum seqq. Urceol. cons. 39. n. 36. Noguerol. alleg. 17. n. 18. cum seqq. Gob. cons. 127. n. 41. Rot. penes De Luc. de dot. lib. 6. dec. 50. n. 51. per tot.* ubi distinguit, quando debeantur a die conventionis, seu a die moræ *tom. 1.* etiam contra tertium possessorem, *Gob. d. cons. 127. n. 43. Rot. cor. Manzaned. dec. 83. num. 5. 6. cor. Bich. dec. 250. num. 43. 44. & in recent. dec. 261. num. 10. par. 19.*

Etenim præmisso, quod in causa dotis ad præscribendam hypo- 2
thecam requiritur tempus 40. annorum, ut advertit in puncto *Merlin. de pignor. lib. 5. qu. 21. n. 36. 37.* quodque in fructibus dotalibus debet calculari tempus secundum præstationes annuas, in quibus tot 3
sunt præscriptiones, quot sunt anni, ut in puncto firmant *Constantin. ad Statut. Urb. d. annot. 34. art. 2. num. 174. tom. 2. Rot. in recent. dec. 671. n. 7. p. 4. tom. 3.* certum est, quod in dictis annuis præstationibus non præscribitur salvianum spatio decem, vel viginti annorum, quia illæ debentur sub conditione, quatenus Capitale non solvantur, adeoque requiruntur tot præscriptiones, quot sunt anni a 4
tempore, quo cessatum fuit a solutione, *Pacific. ad salvian inspect. 2. cap. 2. n. 292. Cenc. de cens. qu. 118. n. 21. Merlin. de pignor. lib. 5. qu. 21. n. 5. Rot. in rec. dec 108. n. 8. par. 14. & dec. 216. n. 7. p. 15.*

Et insuper ultra temporis lapsum requiritur in creditore scientia certa, & positiva nedum crediti, verum etiam alienationis rei sibi 5
hypothecatæ, & personarum, ad quas ea pervenerit, a possessore allegante præscriptionem concludenter probanda, *Post. resol. 10. n. 16. & seqq. Gratian. dec. March. 15. in adden. n. 6. ibique De Luc. n. 10. Rota Nostra cor. Magon. dec. 79. in fin. & Roman. cor. Merlin. dec. 181. n. 9. in rec. dec. 4. n. 9. par. 9. & decis. 373. n. 14. & seqq. ead. par. dec. 108. & dec. 365. utrobique n. 6. par. 4. dec. 216. n. 8. 9. par. 15. dec. 231. n. 9. & dec. 425. n. 3. par. 18. & dec. 231. n. 7. p. 9. & in Romana Census 7. Decembris §. parum relevante cor. Molines.*

Huiusmodi scientia Herculis nullatenus probatur, & quatenus educatur ex instrumento mutui anni 1639. tempore minoris ætatis inito, ubi apparet sibi noluisse præiudicium inferre quoad prætensiones, & iura dotalia matris super bonis venditis, statim occurrit responsio, quod ex eo eruitur etiam scientia crediti dotalis in mutuante pos-

possessore dictæ Domus, qui ob dictam scientiam constitutus fuit in
6 mala fide nec potuit amplius præscribere, iuxta *Text. in cap. vigilanti & cap. final. de præscript. Rot. cor. Ptcb. dec. 356. n. 10. 12.* ubi quod ad hunc effectum sufficiunt etiam interpellationes extraiudiciales, *Bursat. decis. 457. & dec. 505. utrobique num. 6.* cum aliis deductis in *recent. dec. 231. num. 4. par. 19.*

Si autem d. Domus possessor deneget ipsum habuisse certam scientiam crediti ex dicta generica assertiva instrumenti, quoad prætensiones dotales, eodem modo ex ea excluditur scientia clara, & indubitata in dicto Hercule tunc minore eiusdem crediti dotalis, cum omnibus suis circumstantiis, & qualitatibus, sine quibus sicuti ille agere
7 nequibat, ita contra eumdem currere non poterat, nec præscriptio trigenaria, de qua in *rubr. 73. lib. 2.* & multo minus rigorosior, & odiosior, nempe annalis vigore Statuti *rubr. 57. eod. lib.* ob dationem in solutum auctoritate Magistratus emanatam, pariter tempore minoris
8 ætatis ipsius Herculis, prout in puncto huius *rubr. 57.* quod præscriptio annalis non currat contra ignorantem ius suum firmavit *Rot. Nostra lib. motiv. 83. pag. 128. §. sed nec annali cum seqq. Magon. decis. 79. num. 3. & cor. Monach. dec. Florent. 7. n. 11. 19. et 26. Salvett. addict. rubr. 57. num. 31. 32.*

Tertium denique fundamentum retentionis, pro iuribus, seu creditis anterioribus a Possessoribus prætensis substulit factum ipsum, ex quo D. Causæ Patronus ostendit aliqua prætensa credita esse posteriora credito d. D. Iacobi Philippi de Baldoriottis, cui Procurator absque speciali mandato, aliquid in actis contrarium declarando, vel confitendo circa anterioritatem, vel potioritatem d. Creditorum nullum
9 potuit inferre præiudicium, ex traditis per *Angel. de confess. lib. 3. qu. 1. n. 4. Sanmintat. controv. 8. n. 20. Palm. Nep. alleg. 143. n. 6. tom. 2. Conciol. alleg 63. n. 17. Rot. cor. Merlin. dec. 659. n. 5. tom. 2.*

Alia vero fuisse allegata uti anteriora, sed nullatenus in actis iustificata, & præcipue creditum dotale Laurentiæ Bettinæ matris Francisci venditoris, quod dicebatur anterius credito Catarinæ Polidoræ, unde deficientibus necessariis iustificationibus nulla de his creditis potuit
10 haberi ratio sicuti certe fuisset habita, si legitime in actis de illis constitisset.

His itaque stantibus fuit etiam concessa immissio d. Ioanni Sebastiano de Baldoriottis ad Bona possessa per d. Petrum Antonium de Pagnis pro damnis, expensis, & interesse passis occasione evictionis Domus, ad quam fuit immissus D. Iacobus Philippus de Baldoriottis iuxta liquidationem faciendam, quia cum d. Petrus sit hæres venditoris, eique fuerint intimatæ molestiæ, & ab illis possessores non li-
11 beraverit, utique tenebatur evictionem una cum dd. expensis, & interesse refundere, ad *Text. in Leg. empti actio Cod. de evict. Mangil. de evict.*

evict. qu. 34. n. 13. Guzman. eod. tract. qu. 13. n. 1. 68. 69. Castald. consf. 224. n. 2. 3. Paulut. differt. 72. num. 2. 5. Calderon. resol. 64. num. 63. Rot. cor. Bicb. dec. 266. n. 7. cor. Emerix dec. 1170. n. 1. cor. Ansald. dec. 42. n. 4. 5. in rec. dec. 353. n. 3. par. 16. & cor. Benincas. dec. 150. n. 1. & penes D. Palm. dec. 400. n. 5. tom. 4.
Et ita &c. utraque &c.

Manilius Urbani Rotæ Audit.

DECISIO LVII.

FLORENTINA PECUNIARIA

diei 17. Augusti 1708. cor. bo. me. D. AUDIT. MANILIO URBANI.

ARGUMENTUM.

CEssio iurium inter alios acta Tertio absenti non præiudicat, nec utilitatem affert, seclusa acceptatione. Novatio inducitur quando ex pretio alicuius rei creatur Cambium. Fideiussor, soluto debito, potest ex *intervallo* reportare iurium cessionem translativam, non autem debitor, a quo si obtineatur cessio resolvitur in liberationem, & quietantiam. Onus solvendi melioramenta necessaria peracta super domo fideicommissaria spectat ad Fideicommissarium, & quæ sint Expensæ ab eo non restituendæ?

SUMMARIUM.

1 *Cessio stipulata inter contrahentes, Tertio, nec præiudicium, nec utilitatem afferre potest.*
2 *Cessio inter alios acta inutilis remanet respectu Tertii, qui in ea non intervenit, nec per alium illam acceptavit.*
3 *Præsentia non præsumitur, sed ab allegante est concludenter probanda.*
4 *Excluditur, quando in actu, qui geritur de ea nulla fit mentio.*
5 *Delegatione mediante Debitor delegatus liberatus remanet a Creditore delegante, & iste a suo Creditore.*
6 *Acceptatio non requiritur in actu gesto favore Loci Pii, cum Deum ipse acceptare præsumatur.*
7 *Intellige quando actus immediate dirigitur in ipsum Deum.*
8 *Vel quando fuit Iuramento vallatus.*
9 *Vel quando agitur de contractibus, mere lucrativis, velut de donatione simpliciter gratuita.*

10 *Secus quando agitur de contractibus correspectivis, & mistis, cum onere aliquid præstandi, seu solvendi.*
11 *Acceptatio cessionis resultat ex scientia illius.*
12 *Scientia ad effectum acceptationis debet concludenter probari.*
13 *Acceptatio, et scientia præsumitur in actibus mere lucrativis, non autem in onerosis.*
14 *Statutum Florentinum lib. 2. rubr. 39. disponit, quod absenti, & ignoranti acquiri potest, dum aliquis pro prædictis stipulatur.*
15 *Statuta semper intelligi debent, ut minus, quam fieri possit Iuri Communi derogent.*
16 *Statutum Florentinum d. rubr. 39. lib. 2. non loquitur de actionibus correspectivis, & onerosis.*
17 *Cessio non exequuta remanet inefficax.*
18 *Acceptatio cessionis, re non integra, & post ius Tertio quæsitum fieri non potest in præiudicium illius.*
19 *Novatio, ac prioris contractus extinctio inducitur ob incompatibilitatem existentiæ crediti melioramentorum cum credito Cambii, in quod illud fuit versum.*
20 *Cessio dumtaxat extinctiva reportari potest favore debitoris solventis.*
21 *Fideiussor potest etiam* ex intervallo, *solutione sequuta, reportare cessionem translativam contra Debitorem.*
22 *Cessio reportata a debitore solvente, ob incompatibilitatem actionis, & passionis in eodem subiecto resolvitur in meram liberationem, & quietantiam.*
23 *Melioramenta omnino necessaria domus, quæ sint?*
24 *Melioramenta necessaria domus Fideicommissariæ soluta ab Herede Gravato repetuntur a Fideicommissario.*
25 *Vel eidem pro soluti restitutione datur retentio domus Fideicommissæ subiectæ.*
26 *Actio utilis Negociorum Gestorum intrat, quando impensum est in alterius utilitatem, non autem in re propria.*
27 *Melioramentorum expensæ, quæ ab herede fideicommissario non sint reficiendæ?*



D explendam solutionem quorumdam melioramentorum factorum a Porcellotto Fabro-Murario in Domo posita in *via Leonis* spectante ad olim D. Aloysium per nobilis Familiæ de Pazzis, q. Eques Michael Grifonus, uti filius, & hæres Camillæ eiusdem Aloysii germanæ sororis, & hæredis in quadam apoca inita 20. Augusti 1704. promisit, ac se obligavit solvere summam scutorum 420. eidem Porcellotto, tamquam creditori pro dictæ Domus refe-

refectione, & melioramentis, in computum tamen fructuum ex bonis dicti q. Aloysii perceptorum a dicta Camilla, quæ vigore sententiæ huius almæ Rotæ condemnata fuit ad illorum restitutionem a die motæ litis, una cum dimissione dictæ domus refectæ favore Ven. Hospitalis Innocentium, uti per Fideicommissum ad eamdem domum vocati.

Ex prænarrata singrapha, eiusque contextu, licet non probetur præsentia Reverendissimi D. Ludovici *da Verrazzano* eiusdem Hospitalis Præfecti, seu Prioris, sed potius resultet illius absentia, gratis tamen Partes asseruere eundem demandasse præfato Equiti Grifono dictam solutionem sc. 420. peragendam Porcellotto, salvis iuribus pro relevatione obtinenda contra hæredes, & hæreditatem dicti Domini Aloysii, favore Hospitalis, cui (sunt verba præcisa) „ detto Porcellotti cede, e cede le sue ragioni tali quali per detta somma di „ ducati 420. „

Reddita per obitum dicti Equitis Grifoni absque ullo effectu dicta apoca, graduatoque postmodum dicto Porcellotto, uti dictæ summæ creditore in Iudicio concursus super hæreditate dicti D. Aloysii, illatisque molestiis pro solutione dictæ summæ enunciato Hospitali, iam possessori præfatæ Domus, easque post obitum Patris prosequentibus filiis, & hæredibus, dictus Dominus da Verrazzano, nomine quo supra per aliam apocam, anno 1712. confectam habito prius præmanibus computo laboreriorum, & ut inibi dicitur „ dopo l' aver fatto „ riconoscere da persona perita il detto conto ec. „ libere, & absque ulla præservatione se constituit debitorem filiorum, & hæredum dicti Porcellotti per hæc verba „ si riconosce vero, e liquido debitore dei „ figliuoli, ed Eredi del già Sforza Porcellotti, non solo della somma, e quantità di scudi 420. di sorte per resto dei muramenti fatti „ nella Casa sopraddetta del già Sig. Luigi Pazzi posseduta da detto „ Spedale, ma ancora della somma, e quantità di scudi 148. frutti „ decorsi sopra la detta somma „ quibus fructibus, partim illico, partim infra annum solutis, iidem filii capitale dictorum scutorum 420. in eadem apoca dederunt sub cambiis præfato Domino Verrazzano, uti Præfecto dicti Hospitalis, qui subsequenti anno 1713. huiusmodi debitum extinguere cupiens, cum actualiter solverit dictis filiis dictam summam sc. 420. reportavit ab iisdem, licet inutiliter cessionem iurium ad effectum illam repetendi ab hæreditate dicti q. Aloysii de Pazzis, ac exinde institit, sub fundamento, tam huius postremæ cessionis, quam alterius superius relatæ in apoca anni 1704. tamquam dictorum filiorum cessionarius pro dicta relevatione, contra Curatorem dictæ hæreditatis, totis viribus illam oppugnantem, unde Causa nobis ad referendum commissa a Supremo Magistratu, Reque accurate perpensa, declaravimus nullam competiisse, aut competere actionem, adeoque absolvendam dictam hæreditatem a petitis, prout absolvimus.

Ete-

Etenim nullius roboris visa fuit cessio, quæ legitur in dicta apoca anni 1704. quia, cum hæc fuerit stipulata inter Porcellottum ex una, & Equitem Grifonum ex altera, non poterat Hospitali, nec præiudicium, nec utilitatem aliquam afferre, ex nota iuris regula, de qua
1 sunt *text. in Leg. 1. & tot. tit. C. res inter alios act. Sanchez de matrim. lib. 1 disp. 7. num. 2. vers. si enim dirigantur in absentem Noguerol. alleg. 27. num. 8. ubi de commun. Gratian. discept. forens. 966. num. 11. 12. cum seq. Mart. Med. exam. 39. in princip. Paul. Christin. decis. 107. & 111. per tot.*

Et licet in eadem apoca cessa fuerint iura dicto Hospitali contra Hæreditatem de Pazzis, tamen, cum nullus ex illius ministris pro eo
2 intervenerit, minusque cessionem acceptaverit, ea prorsus inutilis, & inefficax remansit, *Leg. absenti 10. ff. de donat. Sanchez de matrim. lib. 1. d. disp. 7. num. 2. vers. si enim* relati per *Oleam de cess. iur. tit. 4. quæst. 9. num. 31.* & in simili tradunt *Ramon. cons. 79. num. 33. Iov. de contract. minor. gloss. 11. §. 7. num. 40. cum seq. Noguerol. allegat. 26. num. 133. Cancer. var. cap. 8. de donat. num. 36. Dominus meus Calderon. resol. 28. num. 22. Rot. cor. Cels. decis. 21. num. 1. coram Arguell. decis. 21. num. 2. & coram Emerix. iun. decis. 250. num. 10. & in recent. decis. 12. num. 11. part. 1.*

Non obstat, quod in apoca dicatur Dominum da Verrazzano approbasse Porcellottum creditorem in summam scutorum 420. quodque ex huiusmodi assertiva præsumi debeat illius præsentia, & acceptatio, tum quia præsentia non præsumitur, sed est plene, & concludenter ab
3 allegante probanda, ex late congestis per *Hermosill. ad Lopez Leg. 4. gloss. 1. tit. 4. part. 5. num. 12. & 13. Sanchez de matrim. lib. 1. disp. 6. num. 11. erga fin. vers. bis tamen*, tum quia ea potius excluditur, dum in dicta apoca de tali præsentia nulla penitus fit mentio *Iov. de Contract. minor. gloss. 11. §. 7. num. 41. Hermosill. ad Lopez d. Leg. 4.*
4 *gloss. 1. tit. 4. part. 5. num. 17.* tum etiam quia fuit inibi superaddita obligatio Porcellotto obtinendi a D. Præfecto Hospitalis quietantiam solutionis faciendæ ab Equite Grifono, quod utique non evenisset, si d. Præfectus Hospitalis fuisset præsens, & acceptasset cessionem, quia demandando solutionem Grifono debitori eiusdem, veram delegationem fecisset, nec Porcellottus (velut in apoca dicitur) amplius curare debuisset, ut dicta quietantia perficeretur prædicto Grifono, quia iste tanquam debitor delegatus, mediante delegatione, omnino liberatus remansisset a creditore delegante, & iste etiam a Porcellotto suo Creditore, *Castrens. in Leg. si usufructus num. 2. ff. de novat. Tondut. quæst.*
5 *& resol. civil. part. 2. cap. 198. num. 9. Cyriac. controv. 108. num. 5. 6. & 7. Rocc. disp. select cap. 145. num. 25. Mans. cons. 667. num. 24. Surd. decis. 22. num. 2. & 3. Mart. Med. decis. 66. num. 11. 20. & 27. Rota nostra cor. D. meo de Comitib. decis. 41. num. 6. &*

num.

num. 8. Rot. cor. Royas decis. 392. num. 11. in recent. decis. 155. n. 6. & decis. 215. num. 1. & 2. part. 12.

Minus turbat, quod agatur de Loco Pio, adeoque necessaria non
sit acceptatio, cum præsumatur Deum ipsum acceptare, qui ubique est
præsens *De Luc. de donat. disc. 14. num. 11.* quia ultraquamquod
obiectum procedere posset, vel quando actus immediate, & directe di-
rigeretur in ipsum Deum, ut observat *Sanchez de matrim. lib. 1. disp.* 7
6. num. 16. in fin. versic. nec obstat; vel quando reperiretur iuramen-
to vallatus, quod præsentiam supplere aiunt *Andreol. controv. 292. n.* 8
*7. Castald. cons. 95. num. 9. Mans. cons. 402. num. 26. tom. 5. Can-
cer. var. cap. 8. de donat. num. 39. Iov. de contract. minor. gloss. 19. §.
1. num. 19. Card. De Luc. de donat. d. disc. 14. num. 13. §. super
primo in fin. D. Calderon. resol. 28. num. 24. Bonden. Collect. 32. num.
278. tom. 2. Paulut. dissert. 77. num. 15. Thesaur. decis. 70. sub num.
8. Rot. Nostra cor. Magon. decis. 29. num. 13.* prædicta conclusio locum
sibi vindicat solummodo in contractibus mere lucrativis, seu indu-
biam utilitatem præseferentibus, qualis dici potest donatio simpliciter
gratuita, *Rot. Nostra in Aretina Donationis 30. Augusti 1715. §. in* 9
qualitate cor. Domino meo Audit. Vieri non autem in correspectivis, &
mistis cum onere, & gravamine aliquid præstandi, seu solvendi, prout
distinguunt *De Luc. de donat. disc. 14. num. 11. Hermosill. ad Lopez
gloss. 1. leg. 4. tit. 4. part. 5. num. 32. pag. 313. Bonden. collect. 20.* 10
*num. 227. tom. 2. Mans. cons. 20. num. 51. Rot. cor. Royas decis. 58.
num. 9. in recent. decis. 27. part. 7. per tot.*

Hinc non iuvit dicere acceptationem saltem resultare ex scientia
prætensæ cessionis in Ministris dicti Hospitalis *De Luc. de Legat. disc.*
28. num. 3. Surd. decis. 206. num. 11. Rot. in recent. decis. 217. num. 11
12. part. 9. tom. 1. quia omisso, quod hæc scientia ad hunc effectum
debet pariter concludenter probari *Rot. Bononien. decis. 142. num 31.* 12
*Rot. nostra decis. 22. num. 18. cor. Domino meo Audit. de Comitib. &
Roman. cor. Cels. decis. 21. num. 5. post Zacch. de obligat. cameral. de-
cis. 124. n. 7.* satis in præsenti excluditur ex eo, quod de dicta ces-
sione anni 1704. in aliis successivis apocis nulla penitus mentio facta
fuit, quinimo independenter, nec ulla habita relatione ad ipsam, alia
cessio stipulata fuit anno 1713. de qua infra, & ulterius recurrit ea-
dem responsio, ex scientia præsumi acceptationem, in actibus mere
lucrativis, non autem in onerosis, includentibus contractus innomina-
tos do, ut des, do, ut facias, &c. ut distinguendo inter unam, &
alteram speciem firmant, *De Luc. de Legat. disc. 28. num. 5. Sabell.* 13
*var. cap. 48. num. 6. Bonden. collect. 32. num. 281. tom. 2. Mans.
cons. 21. num. 33. & 34. & consult. 428. num. 23. tom. 5. Rot. cor.
Cels. decis. 21. num. 6. cor. Royas decis. 317. num. 21. & late Rot.
Nostra in Marradien. Donationis 13. Septembris 1715. §. non obstat cor.*

Do-

*Domino meo Audit. Piccinini confirmata me suffragante 5. Aprilis præ-
sentis anni 1718. cor. D. meo Vergelli.*

Nullamque meretur considerationem obiectum illud, quod ad ac-
quirendum ius ex dicta cessione favore Hospitalis satis fuerit præsen-
14 tia dicti Equitis Grisoni, attento Statuto Florentino *lib. 2. rub. 39.*
de quo meminit *Paulut. dissert. 56 num. 105.* disponente, absenti,
seu ignoranti etiam sine cessione, & ratificatione acquiri posse; quo-
niam, ut fiat locus Statuto, necesse est, ut pro absente, & ignorante
alius recipiat, seu stipuletur, ut evidenter paret ex lectura eiusdem
Statuti „ ibi „ qualiter alteri per alterum acquiratur „ & de facto hoc
idem supponunt authoritates omnes in individuo dicti Statuti loquen-
15 tes, ut videre est penes *Ger. Spin. cons. 38. n. 6. & cons. 49. n. 15.
Cabal. cons. 133. n. 44. tom. 2. Mart. vot. Pisan. 9. n. 39 Rot. Nostra
penes Catan. dec. 51. n. 98. 99. in Florentina Fideicommissi de Giacchis
30. Decembris 1701. n. 140. cor. bo. me. Farsetti, & in Aretina Dona-
tionis 30. Augusti 1715. §. nequaquam reluctante cor. D. meo Audit.
Vieri*, unde, cum in præsenti, nec d. Eques Grisonus, nec alter stipu-
latus fuerit, seu acceptaverit d. prætensam cessionem, non potest Sta-
tutum huiusmodi correctorium Iuris Communis operari hunc alium du-
rissimum effectum, quod simplex præsentia alicuius, inserviat pro sti-
pulatione, & acceptatione, favore alterius, dum Statuta semper intelligi
16 debent, ut minus quam fieri possit, Iuri Communi derogent, ut in
puncto dicti Statuti, *Ger. Spin. cons. 49. n. 15. & 17.* & generaliter
*Constantin. ad Statut. Urb. annot. 45. n. 71. Amat. resol. 1. n. 47. Rot.
post d. Constantin. dec. 10. n. 6. 14. 15. & dec. 97. n. 12. Rota Nostra
penes Catan. dict. dec. 51. n. 102. in Florentina Successionis 29. Aprilis
1712. n. 112. cor. D. Audit. Vieri, & in dicta Aretina Donationis 30.
Augusti 1715. §. fin. cor. eod.*

Quinimo quatenus per possibile dici posset d. Equitem Grisonum
cessionem pro Hospitali acceptasse, adhuc tamen, neque sola hæc
acceptatio relevaret, quia cum agatur de actu correspectivo, & onero-
so, de hoc dictum Statutum non loquitur, ut in terminis dicti Statuti,
17 *Rota Nostra penes Catan. dec 57. n. 103. cum seqq. & in d. Aretina
Donationis 30. Augusti 1715. §. ultra quod cor. D. meo Audit. Vieri.*

Verum, omittendo etiam prædicta, super hac Cessione anni 1704.
nullum fieri potest fundamentum, quia remansit absque ulla executio-
ne; Nam Dom. Eques Grisonus in vita sua nihil adimplevit, neque
Hospitale dicta Apoca, seu cessione usus fuit, dum debitum meliora-
mentorum extinxit tanquam proprium, ut infra dicetur, & quod
plus est anno 1713. aliam iurium cessionem a Percellottis reportavit,
absque ulla mentione dictæ Cessionis anni 1704. ex quo clare datur
intelligi, istam ex ipsamet Contrahentium voluntate remansisse penitus
18 inefficacem, seu absque ullo effectu, ut in proximis terminis respon-
dit

dit *Rota Nostra in sæpe laudata Aretina Donationis* 30. *Augusti* 1715. §. *tum quia cor. Dom. meo Audit. Vieri*.

Nec prætendi valet, quod Hospitali liberum sit hodie cessionem acceptare, quia cum res non sit amplius integra, sed per novationem, & totalem debiti extinctionem securam ex facto eiusdem Præfecti, fuerit dicta Hæreditas de Pazzis liberata a solutione dictorum melioramentorum, non potest in illius præiudicium de dicta Cessionis acceptatione amplius disputari, *Cyriac. controv.* 108. *n.* 3. 4. *Sabell. var. cap.* 48. *n.* 2. *Rot. post Zacch. de obligat. cameral. dec.* 189. *n.* 6. *& dec.* 124. *n.* 10. *cor. Rojas dec.* 314. *n.* 22. *cor. Cels. d. dec.* 21. *n.* 9. *post Card. De Luc. dec.* 24. *n.* 4. *lib.* 11. *tom.* 2. 18

Quod debitum melioramentorum, de quibus agitur, fuerit vere, & realiter extinctum, & novatum ab ipsomet D Præfecto Hospitalis, clarissime emergit ex Apoca anni 1712. per ipsum confecti favore filiorum Porcellotti creditoris, dum in illa expresse dicitur, quod d. D. Præfectus, postquam habuit præ manibus computum melioramentorum, illudque ad effectum recognoscendi tradidit peritis in arte, prævia solutione nonnullorum fructuum, se constituit verum, & legitimum debitorem eorumdem de Porcellottis summæ scut. 420. quam summam eodem contextu fassus fuit recepisse sub cambiis ad rationem scutorum trium cum dimidio pro quolibet centenario, & anno, unde, cum creditum dictorum melioramentorum non posset uno, eodemque tempore stare simul cum credito cambii creati ex pretio eorumdem, indubitanter sequitur, quod hac incompatibilitate attenta, inducta fuerit prioris contractus extinctio, & novatio, *Mart. Med. exam.* 41. *num.* 26. *Urceol. de transact. d. qu.* 73. *sub n.* 16. §. *ubi vero, cum seqq Gratian. discept. forens. cap.* 290. *n.* 23. 24. *cap.* 509. *n.* 15. 23. *&* 24. *Mans. cons.* 377. *n.* 7. *Sperell. dec.* 40. *n.* 56. *Capyc. Latr. dec.* 200. *lib.* 2. *n.* 57. *in fin Adden. ad Ludovis. dec.* 76. *n.* 8. *Rot. in recent. dec.* 150. *num.* 19. *par.* 5. *dec.* 432. *par.* 9. *dec.* 284. *n.* 4. *par.* 13. *post Card. De Luc. dec.* 48. *lib.* 8. *n.* 6. *in Mantiss. Rot. Lucen inter recollect. per Palm. Nep. dec.* 91. *n.* 5. *Rota Nostra in dicta Aretina Donationis* 30. *Augusti* 1715. §. *tum denique in fin. cor. D. meo Vieri*, *& in Liburnen. Pratensæ Exemptionis* 3. *Iulii* 1716 §. *ad prædictorum cor. me*. 19

Et hinc incassum Ministri Hospitalis recursum habuerunt ad Apocam dici 30. Octobris 1713. ex qua constat de solutione præfati cambii scut. 420. præcedenti anno creati, & de cessione iurium facti a Porcellottis favore eiusdem Hospitalis, ad effectum repetendi dictam summam ab hæreditate q. Aloysii de Pazzis; quoniam huiusmodi cessio videtur prorsus inefficax, nulliusque roboris, & momenti, quia cum creditum melioramentorum fuerit anno 1712. extinctum, & novatum, aliudque constitutum sub cambiis ex illius prætio, ut dictum est, & successive solutum anno 1713. a dicto D. Præfecto Hospitalis, 20

non

non poterat post hanc novationem, & effectivam solutionem nisi cessio extinctiva favore eiusdem Hospitalis debitoris reportari, iuxta *Text. in Leg. nulla Cod. de solut. gloss. in Leg. 1. §. cum interdum ff. de pignor. Olea de cess. iur. tit. 4. qu. 1. n. 4. Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 1. qu. 77. n. 5. Capyc. Latr. dec. 16. n. 19. Rot. cor. Thomat. dec. 202. n. 25. cor. Gregor. dec. 68. n. 5. & in rec. dec. 120. n. 6. par. 19.* cum aliis inferius allegandis.

Nullatenus refragante, quod Hospitale dictam obligationem solvendi meliotamenta susceperit, tanquam fideiussor hæreditatis de Pazzis, quo casu solutione sequuta, cessionem translativam contra illam,
21 etiam ex intervallo reportare potuerit, ut firmant per *Text. in Leg. cum his ff. de fideiussor. Gabriel. cons. 63. n. 3. 10. lib. 2. Cost. de ration. rat. qu. 22. n. 8. Olea de cession. iur. tit. 5. quæst. 4. n. 13. Henrig. de fideiuss. cap. 18. n. 13. Merlin. de pignor. lib. 4. qu. 75. n. 4. 5. Molin. de Contract. tract. 2. disp. 544. num. 2. 3. Gratian. discept. forens. cap. 286. n. 4. Amat. var. resol. 37. n. 7. 37. & seqq. Andreol. controv. 360. per tot. Paulut. dissert. 45. n. 31. 32. Capyc. Latr. dec. 32. n. 6. Franch. dec. 55. n. 12. Amendol. ad eumd. dec. 476. n. 4. Ricc. addit. ad dec. eiusd. d. dec. 55. vers. quod autem dictum, Rot. Roman. dec. 41. n. 21. par. 6. & Rot. Nostra cor. Accaris. decis. 42. n. 9. 10. dec. 59. n. 11. cor. D. meo de Comitibus.*

Obiectum enim faciliter diluitur, ex quo in comperto est, dominum Hospitalis Præfectum, haud extinxisse, & novasse debitum cum Porcellottis, uti fideiussorem, sed tanquam debitorem principalem, & ut eximeret dictum Hospitale ab obligatione, qua tenebatur, & sic pro sui ipsius liberatione, non autem dictæ hæreditatis, adeoque tantum abest, quòd utilis cessio ex intervallo ab eo reportari potuerit, quin potius, neque in eodem actu solutionis reportata suffragari potuisset, propter incompatibilitatem actionis, & passionis in eodem subiecto, ob quam semper cessio resolvitur in simplicem liberationem, & quie-
22 tantiam debitoris, *Bartol. in Leg. Modestinus n. 4. & ibi Castrens. eod. n. 4. & seqq. ff. de solut. Olea de cess. iur. tit. 4. qu. 1. n. 3. 4. Peregrin. de Fideicom. artic. 52. n. 24. Card. De Luc de credit. disc. 48. n. 3. Tondut. lib. 1. quæst. civil. cap. 29 n. 7. Andreol. controv. 348. n. 17. Episc. Rocc. disp. 131. n. 31. D. Palm. Nep. alleg. 376. n. 4. 5. tom. 4. Paulut. dissert. 56. dec. 1. num. 23. Rot. cor. Emerix. Iun. dec. 419. n. 4. & dec. 973. n. 5. & dec. 1238. num. 6. Adden. ad Gregor. dec. 75. n. 3. cor. Priol. dec. 452. n. 9. cor. Carill. dec. 166. n. 13. & in recent. dec. 272 n. 12. & dec. 273. n. 9. par. 9. dec. 137. num. 18. par. 13. dec. 758 n. 1. & 2. par. 18. tom. 2. & dec. 120. n. 4. p. 19.*

Nec in dubium revocari poterat, quia Hospitale vere debitor esset dictæ summæ scut. 420. & ad eam teneretur de proprio, tum quia, ut dictum est, D. Præfectus eiusdem in Apoca anni 1712. post recogni-

tum.

tum computum melioramentorum ipsi consignatum a Porcellotto dictum Hospitale, ac se ipsum illius nomine, verum, & legitimum debitorem constituit libere, & absque ulla præservatione, tum etiam, quia ista recognitio debiti emanavit, postquam ipse rimatus fuerat Apocam conventionis initæ anno 1697. inter D. Aloysium de Pazzis, & ipsum Porcellottum, in qua fit mentio de melioramentis Domus minantis ruinam, consistentibus in restauratione fundamentorum, constructione parietum, mansionum, scalarum, & similium, quæ sunt melioramenta 23
omnino necessaria, per *Text. express. in Leg. impensæ ff. de verb signif. & Leg. 1 ff. de impens. in reb. dotal.* & in nostris præcisis terminis *De Angel. de impens. & melioram. art. 2. n. 1. Mascard. de probat. conf. 141. n. 2. vers. ut alia, Peregrin. de Fideicom. art. 50. n. 6. Kinipschild. de fideicom. famil. nobil. cap. 12. n. 114. Pacion. de locat. cap. 34. n. 3. Post. resol. 44. n. 28. Mans. cons. 142. n. 12. 13. & cons. 567. n. 1. Torr. var. iur. quæst. tit. 2. de Fideicom. quæst. 4. n. 29. 30. tom. 1. Rot. Lucens. ex recollect. per D. Palm. dec. 92. n. 17. & dec. 222. num. 33. 38 cum. seq. Balduc. dec. tit. 2. de prælat. dec. 7. n. 28. Rot. Rom. in rec. dec. 438. n. 63. 64. par. 9.* & optime *dec. 237. n. 5. 6. p. 16.* & quæ verisimiliter descripta fuerant in dicto computo, unde non est dubitandum, quin dictus Prior, seu Præfectus verum fassus fuerit, declarando Hospitale, & se ipsum illius nomine debitorem præfatæ summæ scut. 420, quia cum dicta melioramenta effecta fuerint in Domo fideicommissaria ab eo possessa, ad ipsum spectabat onus illa solvendi itaut, etiamsi hæreditas dicti q. Aloysii hæredis gravati, alias condemnata in Iudicio concursus ad solvendum Porcellotto, de facto illi solvisset, utique eidem hæreditati pro dictis melioramentis competiisset soluti repetitio, seu retentio eiusdem domus fideicommissariæ, 24
usque ad integram eorum satisfactionem, ut probant in terminis repetitionis, *Angel. de impens. art. 4. num. 10. Balducc. dec. tit. 2. de prælat. decis. 7. num 29. Dom. Palm. Nep. decis. 222. num. 34. tom. 3. Rota Nostra cor. Accaris. dec. 73. num. 4. & in Castri Alpium Liquidationis melioramentorum 7. Maii 1717. §. non refragante cor. me,* & in terminis retentionis *Torr. var. iur. quæst. tit. 2. de substit. qu. 6.* 25
par. 4. n. 27. tom. 1 Corradin. de Prælat. qu. 27. n. 29. Rot. Lucen. ex recollect. per D. Palm. dec. 92. n 19. Roman. cor. Emerix. iun. dec. 182. n. 1. 5. dec. 209. n. 1. dec. 443. n. 1. & dec 873. n. 1. & Rot. Nostra cor. Accaris. dec. 2. n. 31. cor. Venturin. dec. 24. n. 9. cum seqq. cor. Magon. dec. 49. n. 23. & in Florentina Fideicommissi 6. Septembris 1715. §. quia propter n. 97. cor. me, impress. inter recollect. per D. Palm. Nep. dec. 464. tom. 5.

Exclusa ex superius deductis prætensione Hospitalis repetendi summam solutam vigore dd. cessionum anni 1704. & 1713. minus obtinere poterat intentum ex utili actione negociorum gestorum proposita, licet

26 in actis non deducta, quia ista actio militat, quando impensum est in alterius utilitatem, seu in re ad alium pertinente, *Torr. var. tom. 2. miscellan. par. 1. tit. 12. quæst. 4. num. 29. Paulut. dissert. 45. n. 109. Mans. cons. 54. n. 9. tom. 1. Rot. cor. Dunozz. iun. dec. 23. n. 3.* non autem in re propria, seu in utilitatem illius, qui solvit, ut evenit in casu isto tam ex confessione ipsius solventis, quam ex qualitate rei, pro qua solutio peracta fuit, nempe pro melioramentis, quæ, tanquam necessaria a Fideicommissario possessore solvi, seu refici debent, ut superius firmavimus.

Attamen ad consulendum indemnitati Hospitalis, quod exhibere noluit, vel non potuit computum melioramentorum eidem traditum, ex quo dignosci potuisset, an inter melioramenta a Porcellotto confecta, aliæ quoque adessent commistæ reaptationes, seu expensæ non reficiendæ, quod usque adhuc præsumi non potuit, præexistente in contrarium dicta Apoca conventionis anni 1697. nec non successiva recognitione debiti in proprio peracta ab eodem Hospitali cum actuali illius solutione; ex abundanti reservavimus eidem iura, talia, qualia repetendi solutum Porcellottis, quatenus in alio Iudicio legitime probet, expensas dictorum
27 melioramentorum in computo exaratas compræhendere illas ab hærede fideicommissario non reficiendas, de quibus *De Angel. de impens. & meliorat. artic. 2. n. 8. & art. 4. n. 39. Bonden. collect. 30. n. 103. tom. 2. Mans. cons. 142. n. 19. Balducc. ad Ramon. dec. 37. n. 24. tom. 4. Rot. Lucen. ex recollect. per D. Palm. dec. 92. n. 9. 10. & Romana cor. Rojas dec. 181. n. 12. cor. Bich. dec. 670. n. 17. cor. Ninot. dec. 53. n. 9. cor. Benincas. dec. 209. n. 8. in rec. dec. 203. n. 10. par. 12.* & egregie *dec. 318. n. 10. cum seqq. par. 9.* Et ita utraque &c.

Manilius Urbani Rotæ Audit. & Relat.
Octavius Vasoli Piccinini Audit.

DECISIO LVIII.

FLORENTINA ASSECURATIONIS DOTIS

dici 15. Maii 1718. cor. bo. me. CANCELL. BARTHOLOMÆO ARCHI.

ARGUMENTUM.

Taberna quoties non est mariti propria, sed socialis, non potest uxor pro assecuratione suæ dotis præferri Creditoribus, etiam posterioribus ipsius Tabernæ, nisi pro Credito dotali specialiter fuerit, & præcedenter hypothecata.

SUM-

SUMMARIUM

1 *Mulier pro suo credito dotali non praefertur Creditoribus licet posterioribus Fundaci, ubi maritus est unus ex sociis.*
2 *Bona socialia non dicuntur socii propria antequam divisio facta sit, & Aes alienum persolutum*, & num. 8.
3 *Ac propterea sub hypotheca ad favorem extranei Creditoris non venit nisi ea portio, quae socio spectabat post completam divisionem.*
4 *Socius debitor diversas personas repraesentat, & Creditores ipsius ex diversa, & separata causa procedunt.*
5 *Creditores eius, qui unicum Negocium exercet non praeferuntur caeteris Creditoribus extra causam Negocii contrahentibus, sed praelationem consequuntur ii solum, qui temporis anterioritate gaudent*, & num. 6.
7 *Declara, conclusionem hanc procedere, quando Negocium esset totaliter proprium debitoris non autem quando esset sociale.*
9 *Mulier non concurrit cum Creditoribus Fundacariis, nisi Bona Fundaci specialiter, ac praecedenter hypotecata sint pro sua Dote.*



IN Iudicio assecurationis dotium coram Perillustribus DD. Conservatoribus moto a Maria Rosa de Morellis propter vergentiam Marci Antonii de Coscis sui viri ad inopiam adversus Deputatos creditorum Rationis defectae cantantis sub nomine memorati Marci Antonii, & Dominici de Morellis sociorum, nostro postulato suffragio, eandem Actricem non audiendam esse retulimus, ea profecto veriori, nec non a crebro Doctorum agmine recepta opinione freti, videlicet quod mulier pro assecuratione, vel restitutione crediti dotalis in concursu creditorum Fundaci socialis, ubi maritus est
unus ex sociis, quamvis in tempore posteriorum, nullam praelationem 1
valeat obtinere, *Merlin. de pignor. lib. 4. part. 41. num. 26. Gratian. discept cap. 964. in princ. Carol. Ant. de Luc. ibid. ad eumd. num. 1. alter De Luc. de credit. disc. 11. num. 9. de Dot. disc. 166. num. 165. Rodriquez de concurs. cred. part. 1. art. 1. num. 17 & 57. Episc. Rocc. disp. cap. 100. num. 13. tom. 2. Sabell. in summ. divers. tract. §. uxor. num. 47.* late *Rot. lib. motiv. 122. a 364.* ubi pluribus, validisque rationibus conclusionem exornat, & praesertim ea, nempe, quod res, & 2
Bona alicuius ex sociis non dicuntur ante factam divisionem, & aes alienum persolutum, atque ita sub hypotheca ad favorem extranei creditoris venire nequit, nisi ea dumtaxat portio, quae socio obligatione
obstricto erga ipsum extraneum post completam divisionem obvenerit, 3
ac etiam, quia socius debitor in dicto casu plures personas separatas repraesentat, suam scilicet, & Administratoris societatis, & unusqui-
sque ex creditoribus procedit ex diversa, & separata causa, propterea 4
creditores distinctam, separatamque rationem habere debent, tamquam

si a diversis personis diversæ administrationes gestæ fuissent, ita etiam *Rocc. de mercat. resp. 86. num. 8. lib. 2. Salgad. labyr. cred. part. 1. cap. 9. num. 49. Fontanell. de pact. nupt. clausul. 4. gloss. 19. part. 2. num. 93.*

Huiusmodi vero planum, & irrefragabile fundamentum Defensores dictæ Mariæ Rosæ perperam evertere satagebant ex duplici medio.

Primo, quia quoties debitor aliquod Negocium exerceat, illius
5 creditores in concursu cæterorum, qui extra causam mercimonii contraxerunt super rebus, & mercibus Tabernæ, nulla gaudeant potioritate, cum omnes contraxisse dicantur cum persona tantum, non autem cum Negociatione, vel apoteca, & ideo respectu totius, & universi patrimonii ipsius debitoris, tam scilicet quoad negociationem, quam quoad cætera bona, idcirco super dictis mercibus Tabernæ inter prædictos omnes Creditores, illi dumtaxat prælationem consequantur, qui temporis anterioritate, & hypotheca sunt prædití, iuxta celebrem doctrinam *Castrens. in cons. 285 column. penult. vol. 1. Stracc. de decoct. part. ultim. num. 25. & seq. Asin. de exequut. §. 7. cap. 142. num. 2. vers. si vero iuncto num. 7. Scacc. de commerc. §. 6. gloss. 1. sub num. 96. Buccafer. cons. 88. num. . lib. 1 Magon. decis. Lucens. 1. num. 12. & 17. Torr. var. quæst. num. 17. Rot. Florent. in d. lib. mot. 122. a 364. §. quandoquidem* & conferunt tradita a *Rot. cor. Millin. dec. 280. num. 6. & 7.* unde cum dictus Marcus Antonius unicum Fundacum
6 exercuerit, sequatur, quod dicta Maria Rosa, utpote anterior, super mercibus eiusdem, quoad ratam ad eius maritum spectantem, præferri debuisset cæteris creditoribus dicti Fundaci.

Secundo, quoniam Rota Romana recedendo a decisis, in ea permanserit sententia tribuente mulieri prælationem pro credito dotali in concursu creditorum Negocii socialis, ut testantur *Gratian. cap. 964. num. 15.* atque resultat ex *Buratt. decis. 719. num. 1.* nec non ex ea *decis. in Romana Concursus, seu Dotium Lunæ 16. Iunii 1698. coram R. P. D. dell' Olmo.*

Etenim quatenus spectat ad primum, eâ quidem vulgata adhibita distinctione, difficultas de medio sublata remanserat, scilicet, aut enim Negocium, super cuius mercibus inter creditores prælationis vi-
7 get certamen, est totaliter proprium Debitoris, & tunc superius allata propositio suam firmitatem retinet, ac proinde illius Creditores sunt præferendi, qui sunt hypothecarii, & in tempore anteriores, licet sit mulier pro sua dote, vel quilibet alius, qui extra causam Negocii contraxerit, & in his terminis loquuntur Doctores in obiecto allegati, & quot alii allegari possunt. Aut vero Taberna non est totaliter propria dicti Debitoris, ex quo sit socialis, & in hoc casu creditores Mensæ socialis præferuntur quibuslibet aliis creditoribus extraneis eiusdem

De-

Debitoris, ea nimirum ratione, quia Negocium sociale non dicitur esse in bonis Debitoris, nisi completa divisione, & ære alieno persoluto, 8
ita idem obiectum resolvendo distinguit *d. Rot. Florent. in d. lib. motiv.* 122. *a* 364. §. *post hac & §. quandoquidem*.

Cum enim Fundacus dicti Marci Antonii esset socialis, iure merito dicta Maria Rosa eius uxor ab expetito concursu cum Creditoribus dictæ societatis repelli debuerat.

Quatenus vero pertinet ad aliud obiectum, illud plane nihil obesse credidimus. Nam eatenus *Rota Romana in memoratis decisionibus* definivit, mulierem esse præferendam creditoribus Mensæ Socialis, quatenus Dos, de qua in eis agebatur, constituta fuerat cum expressa conventione, ut bona fundacalia, tam empta, quam emenda, essent specialiter hypothecata pro restitutione eiusdem dotis, & ideo in huiusmodi casu mulier cum creditoribus fundacariis concurrere potuit; quod non ita se habet, cessante huiusmodi expressa speciali, & præambula hypotheca, ita easdem numero decisiones declarant, *Gratian. d. cap.* 964. *num.* 8. 10. 18. *Buratt. decis.* 719. *num.* 3. *vers. decisio vero*, *Merlin. de pignor. lib.* 4. *par.* 41. *num.* 19. *Episc. Rocc. disp. cap.* 100. *num.* 12. *vers. Et licet Rot. decis.* 516. *num.* 4. *part.* 19. *tom.* 2. *d. Rot. Florent. lib. motiv.* 122. *a* 364. §. *Et rursus* § *quamobrem*. 9
Cum autem in hac hypotesi prædicta speciali, & præambula hypotheca deficeret, ideo de prædictis decisionibus in contrarium allatis nulla ratio haberi debuit.

Et ita utraque Parte informante &c.

Franciscus Antonius Bonfini Auditor.
Bartholomæus Archi Cancell. & Motivi Compilator.

DECISIO LIX.

LIBURNEN. EMPTIONIS, ET VENDITIONIS

19. Augusti 1718. cor. b. m. AUDIT. ANTONIO GABRIELE CALDERONI.

ARGUMENTUM.

VEnditio rerum consistentium in pondere, numero, & mensura; quando dicatur perfecta? & an ante pondetationem, numerationem, & mensuram locus sit pœnitentiæ? & venditione collata in diem certum, an ob non adimplementum in die convento, locus sit resolutioni Contractus, seu potius detur actio pro damnis, & interesse adversus Venditorem ob non adimplementum in traditione rei? & quando

do adversus Emptores eadem actio competat, vel non, ob non solutionem pretii, & moram in recipienda re empta?

SUMMARIUM.

1 *Emptio, & venditio perficitur consensu, re, & pretio, etiam sine rei traditione, & pretii solutione ac etiam in venditione rei consistentis in pondere, numero, & mensura, & tempore convento non consignatæ, iuxta veriorem sententiam*, & num. 2. 3. & 4.

5 *Neque ab Emptione, & Venditione recedi potest, sicut a quolibet alio contractu nominato, sed Emptor solum, & Venditor agere possunt pro adimplemento, & ad damna, & interesse, & rei æstimationem, & pretium*, & num. 6. 7. & 24.

8 *Nisi in contractu appositum sit pactum resolutivum.*

9 *Mora brevis duorum, vel trium dierum non dicitur mora.*

10 *Mora non dicitur Debitoris, qui impeditus non tradit, & implere nequit, nisi cum periculo.*

11 *Mora non dicitur Venditoris in consignando, quando Emptor non offert pretium tempore debito, & non est paratus recipere*, & num. 12.

13 *Mora, cessante Interesse, non debetur Emptori, neque Venditori.*

14 *Neque locus est Pœnæ conventionali.*

15 *Et generaliter Pœnæ non debentur.*

16 *Causa qualibet excusat a Pœna.*

17 *Mora non purgatur, quando dies certa apposita est obligationi.*

18 *Dictio* circiter, *seu* in circa *excludit certam, & determinatam quantitatem.*

19 *Plus, & minus significat arbitrio Iudicis.*

20 *Restringitur ad decimam partem.*

21 *Et extenditur ad sextam, & quartam partem.*

22 *Debitor, qui habet iustam causam litigandi, & dubitat de suis iuribus, excusatur a mora, & a refectione damnorum, & interesse.*

23 *Causa iusta litigandi ad dictum effectum inducitur ex ambiguitate, & sola probabilitate, sui iuris, & ex qualibet incertitudine, & excusatione* & num. 25. 26. & 27.

28 *Mora non contrahitur a Debitore, nisi post sententiam Iudicis.*



Diegus Vita Piana, & Ioseph Pasqualis Mercatores Siculi in contractu exarato *Liburni* sub die 22. Martii 1717. per Apocam privatam, vendiderunt Salamoni Prato, & eius filiis Hæbreis Florentiæ habitantibus Cados biscentum quadraginta Olei circiter a Provincia Calabriæ extrahendi, clari, limpidi, boni, & mercantilis, & vulgariter nuncupati *lampante*, pretio concordato librarum unius, & triginta pro quolibet Cado, cum promissione adducendi, & consignandi in Portu

tu *Liburni* dictum Oleum per totum mensem Iunii inde proximi venturi in doliis mensuræ vigintiquinque Cadorum circiter relaxandis cum Oleo eodem pretio concordato, ut supra, & pena conventionali addita petiarum viginti in damnum dictorum venditorum, quoties intra terminum dicti temporis eorum obligationem non adimplevissent, & prout clarius ex tenore Contractus his verbis:

A dì 22. Marzo 1717. Livorno.

„ Vende, ed obbliga Padron Diego Vita Piana, e Padron Giu-
„ seppe Pasquale Cambi di Lipari al Sig. Salamon Prato, e figli di
„ Firenze Barili 240. in circa d' Olio di Calabria chiaro, lampante,
„ giallo, e senza fito, mercantile, ricevibile, per il prezzo di lire tren-
„ ta il barile di questo nostro peso, di libbre 85. con dover pagare il
„ suddetto Sig. Compratore la spesa della Gabella di questo nostro
„ Paese, con doverli rilassare detti Padroni i Fusti, e farli uno per
„ cento di sconto per la pronta moneta, obbligandosi il suddetto Pa-
„ drone portarli Fusti grossi della tenuta di Barili 25. in circa, come
„ ancora portarli il suddetto Olio per tutto il tempo del mese di Giu-
„ gno prossimo avvenire, e non venendo per detto tempo, intende il
„ suddetto Padrone Vita Piana, e Padron Giuseppe Pasquale di perde-
„ re la somma di pezze 20. da otto. „

Quia vero DD. Diegus Vita Piana, & Ioseph Pasqualis Venditores non pervenerunt cum Oleo ad Portum *Liburni* nisi die 3. Iulii adhuc non completa, & sic post duos tantum dies, seu tres non completos, interpellavit dicta die 3. Iulii coram Illustrissimo D. Gubernatore *Liburni* Salamon Pratus Emptor dictos Venditores pro resolutione contractus, & pro solutione pœnæ conventæ dictatum petiarum viginti ob non adimplementum eorum obligationis ob non consignationem Olei in tempore in contractu præscripto, ac etiam ob inobservantiam aliarum conditionum, & præsertim ob diversitatem doliorum diversæ mensuræ a concordatis in contractu, & propter alias rationes, & causas deductas in actis ab eodem Prato Emptore; quibus tamen non attentis a D. Gubernatore *Liburni* fuit per sententiam definitivam condemnatus d. Salamon Pratus Emptor ad recipiendum Oleum, ad solvendum pretium eiusdem Olei, & ad omnia damna, & interesse, & expensas favore DD. Dieghi Vita Piana, & Ioseph Pasqualis; A qua sententia, interposita a dicto Salamone appellatione, & proposita Causa coram nobis, in eam devenimus opinionem, sententiam D. Gubernatoris *Liburni* fuisse, & esse moderandam, videlicet confirmandam esse in ea parte, in qua condemnati fuerunt Pratus, & filii ad recipiendum Oleum, ad solvendum pretium, ac ad observantiam contractus, & in ea parte, in qua absoluti fuerunt Venditores a solutione Pœnæ conventæ petiarum viginti; revocandam vero esse in alia parte, in qua condemnatus fuit Pratus ad omnia damna, expensas, & interesse.

Et

Et ratio resolutionis fuit quoad primam partem, in qua condemnatus fuit Pratus ad recipiendum Oleum, & solvendum pretium, ac ad alia omnia hinc inde observanda ad formam contractus, pro cuius plena executione relaxanda sunt etiam dolia a Venditoribus, seu bonificandum eorum pretium, iuxta tenorem eiusdem contractus, quia stante consensu Partium, re, & pretio in scriptura concordato, contractus Emptionis, & respective venditionis est perfectus,
1 nec locus est penitentiæ, iuxta claros *Text. in Leg. 2. Leg. nec emptio 8. Leg. venditionibus 9. ff. de contrahend. empt. in Leg. necessario 8. §. 1. ibique Gloss. in verb. perfectam ff. de pericul. & commod. rei vend. & instit. de empt. & vend. in princip. Thesaur. decis. 197. in princ. & per tot. Urcel. cons. forens. cap. 5. num. 19. & seq. Vespignan. de empt. & vend. contr. 20. num. 1. & iuxta meam resolut. 25. num. 4. tom. 1. part. 1. Bertachin. vot. 13. num. 1. & per tot. Rot. cor. Coccin. decis. 1280. num. 1. & cor. Merlin. decis. 567. num. 33. & cor. Bich. decis. 688. num. 10. & in recent. decis. 17. num. 1. & per tot. & decis. 307. num. 1. part. 4. tom. 2. & decis. 139. num. 2. part. 12. & decis. 184. num. 3. part. 14.*

Etiamsi rei traditio, & pretii solutio sequuta non fuerit *Larrea de-*
2 *cis. Granaten. 11. sub num. 9. Arrias de Mesa var. resol. lib. 1. cap. 4. num. 15. & 16. Altograd. cons. 45. num. 49. 50. & seq. lib. 2. Vespignan. de empt. & vendit. cap. 58. num. 29. Mans. cons. 5. num. 15. de Ros. observ. select. Iur. part. 1. cap. 2. num. 34. & seq.*

Ac etiamsi in sensu plurium ex antiquioribus liceat Emptori discedere a contractu venditionis rei consistentis in numero, pondere, & mensura, quæ certa die consignari debebat, & consignata non fuit, quia talis contractus dicatur conditionalis, & conditio non dicatur impleta, nisi tradatur, & nisi mensuretur, vel ponderetur res vendita in
3 die conventa, prout ex *Leg. quod sæpe §. in his ff. de contrahend. empt. & gloss. in Leg. 2. Cod. de pericul. & commod. rei vend.* arguunt *Bertaz. de claus. claus. 30. Paul. de Castr. in Leg. 1. Cod. de peric. & commod. rei vend. Afflict. decis. 399. Capyc. Latr. decis. 160. num. 5. & 6.*

Cum verior, & communior sit opinio contraria, quod etiam in contractu rerum, quæ in numero, pondere, & mensura consistunt, non sit locus pœnitentiæ, & quod ante numerationem, mensurationem, & ponderationem contractus dicatur perfectus quoad indissolubilitatem, li-
4 cet non dicatur perfectus quoad periculum, & commodum, *Castrens. in Leg. periculum num. 2. Cod. de act. empt. Afflict. d. decis. 28. num. 3. vers. contrarium & seq. usque ad fin. & num. 6. in fin.* ubi affertur determinatio Sacri Concilii Neapolitani in favorem Emptorum, & *Ursill. add. decis. 280. num. 1. & seq. & decis. 399. a num. 1. & seq. Trentacinq. var. resol. lib. 3. tit. de empt. & vend. resol. 5. a num. 1. 2. & 3. Guttierez. pract. quæst. lib. 5. quæst. 94. num. 14. Palador. rerum*

quo-

quotid. lib. 1. cap. 3. §. 3 num. 26. Covarr. pract. quaest. cap. 3. sub num. 6. ante med. vers. tametsi etiam, ibique Faria in addit. num. 16. Hermosill. ad Lopez Leg. 24. tit. 5. part. 5. gloss. 3. num. 5. fol. mihi 544. *Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 17. num. 5. Mangill. de evict. quaest. 18. num. 11. Sabell. in Summ. divers. tract. §. venditio num. 11. & 16.* cum quibus concordat *de Ros. resol. 68. num. 1. & per tot.* licet discordet quoad periculum.

Ideoque a venditione, sicuti a quolibet alio contractu nominato recedi non possit, etiam ex capite non implementi, *Natt. cons. 171. num. 1.* ubi quod in contractibus nominatis non habet locum poenitentia, nec habet locum regula, frangenti fidem, fides frangatur eidem 5 *Marescott. var. resol. lib. 1. cap. 90. num. 3. Postb. decis. Bononen. 32. num. 5. Bertachin. vot. 13. num. 2. Capyc. Latr. decis. 160. num. 5. & seq. & num 12. Urceol. cons. 5. num. 24. & seq. Rot. cor. Gregor. decis. 88. num. 2. & 3. & ibi Adden. num. 10. & decis. 130. n. 2. & seq.* 6

Et solum Emptor, & Venditor agere possint pro adimplemento non facto in tempore convento, & ad damna, & interesse, *Leg. si sicut Cod. de action. & oblig. Leg. incivile, ubi Bald. & Salicet. Cod. de rei vindic. Leg. 1. ubi Paul. de Castr. Cod. de act. empt. Achill. Pedroch. in consil. unic. quando liceat ab emptione discedere num. 37. Bertachin. d. vot. 13. num. 2. & Postb. d. decis. Bononien. 32. num. 7. 8. & seq. Urceol. cons. forens. cap. 5. num. 26. Capyc. Latr. d. decis. 170. num. 5. & seq. Rot. Roman. cor. Sanct. Mem. Gregor. XV. d. decis. 88. num. 2. 3. & seq. & decis. 130. num. 2 & seq. cor. Pamphil. decis. 523. num. 10.* & ad rei aestimationem, & pretium, *Bald. in Leg. fin. Cod. de fideicomm. libert. Bart. & DD. in Leg. si vinum ff. si cert. pet. Afflict. decis. 23. n. 7. & ibi Ursill. num. 1. Capyc. Latr. decis. 160. num. 2. 3. & seq. Postb. d. decis. 32. num. 8. Rot. post Cenc. de censib. decis. 98. num. 3.* 7

Contraria enim procedunt, quando ultra praefixionem diei, appositum fuit in contractu pactum resolutivum in casu non adimplementi in tempore inter contrahentes convento, adeout non ex mora, neque lapsu diei, sed ex pacto resolutivo actio pro resolutione contractus emptori competat, *Capyc. Latr. decis. 160. num. 15. & 16. Maresc. var. resolut. 90. n. 1. 2. 3. & seq lib. 1. Episc. Rocc. disp. iur. select. 105. num. 45. tom. 2. Bertach. d. vot. 3. num. 3. vers. quoniam Rot. Lucens. apud Torr. var. iur. quaest. in miscell. part. 1. decis. 26. num 24. 31. & seq. tit. 12. num. 2.*

In nostra vero hypothesi non solum deficit pactum resolutivum, verum etiam deficit mora, ut probatur, non tam ex depositione trium Testium deponentium, Salamonem Pratum post scripturam contractus inpartitum fuisse licentiam venditoribus deferendi, & consignandi Oleum post aliquot dies a die in scriptura convento, prout in Processu Salamonis Prati *pag. 21. & seq.* quam ex eo, quod mora brevis duorum,

vel

vel trium dierum, non dicatur mora, & sit purgabilis, *Leg. quod dici-*
9 *mus* 105. *ff. de solut.* „ ibi „ cum aliquo scilicet temperamento tem-
„ poris intelligendum est : nec enim cum Sacco adire debet „ ubi
Gloss. verb. intelligendum, ait concedi decem dies, & probat Text. in Leg. promissor. 21. §. 1. *ff. de constit. pecun.* bene *Bald. cons.* 157. *lib.* 2. *ubi de triduo, Magon. decis. Lucens.* 25. *num.* 31. *Gizzius ad Capyc. Latr. decis.* 29. *num.* 12. 13. *& seq. De Ros. resolut.* 68. *num.* 33. *Rocc. resp.* 93. *num.* 2. *Cyriac. contr.* 682. *num.* 2. *& seq. Altograd. cons.* 82. *num.* 62. *lib.* 1. *Mans. cons.* 60. *num.* 82. *& seq. tom.* 1. *Vespignan. de empt. & vend. cap.* 58. *num.* 9. *&* 13. *Rocc. Episc. Iselan. disp.* 105. *num.* 45. *Berton. de negligent. part.* 1. *art.* 2. *num.* 17. *Capyc. Latr. decis.* 160. *num.* 19. *Rot. Lucen. apud Torr. var. iur. quæst. part.* 1. *decis.* 26. *num.* 32. *tit.* 12. *tom.* 2. *Rot. Roman. decis.* 231. *num.* 21. *& seq. part.* 16.

Potissimum cum talis mora in Venditoribus non fuerit culposa propter difficultatem itineris, & periculum maris ob incursiones continuas Piratarum, & frequentiam tempestatum, quas quasi Ducem se-
10 qui, & spectari oportet; In mora enim non dicitur is, qui difficultate aliqua impeditus non tradit, & nisi cum periculo implere nequit, *Mans. cons.* 466. *num.* 5. *De Ros. cons.* 68. *num.* 30.

Fortius, quia Pratus nunquam comparuit super Portu ad recipiendum Oleum cum instrumentis necessariis, neque ad offerendum, neque ad solvendum pretium, nedum in die inter Partes concordato in scriptura, verum neque postea pervento Oleo in Portu, & interpellato eodem Salamone emptore ad illud recipiendum, prout facere debebat; Mora autem Venditoris non contrahitur, nisi Emptor pretium offerat tempore debito, & nisi probet fuisse paratum recipere rem emptam, loco,
11 & tempore destinato, iuxta receptissimam theoricam *Castrens. in Leg. item illa num.* 13. *in fin. Bart. num.* 23. *& aliorum ff. de condit. pecun. Menoch. cons.* 355. *num.* 5. *Fab. de Anna cons.* 95. *num.* 10. *Afflict. decis.* 316. *num.* 2. *& ibidem Ursill. num.* 1. *&* 2. *Magon. decis. Lucen.* 78. *num.* 3. ubi quod cum die est destinatus locus certus, nisi Actor, seu Emptor probet, se eodem die fuisse in loco paratum recipere, mora non committitur ex parte debitoris, *Afflict. decis.* 316. *num.* 2. *& per tot. & ibidem Ursill & Episc. Rocc. disp. iur. select. cap.* 73. *num.* 28. *tom.* 1. *& De Ros. cons.* 68. *num.* 26. & in terminis Frumenti venditi, & non consignati, *Fab. de Anna cons.* 95. *lib.* 1. *Odd. cons.* 50. *num.* 11. *& seq. Soccin. iun. in cons.* 136. ubi voluit, quod ad constituendum Debitorem frumenti in mora necesse sit, Emptorem ipsum
12 accedere cum Sacco in loco destinato tempore debito, *Gratian. discept. forens.* 1000. *num.* 24. *tom.* 5. ubi refert resolutionem *Rot. Roman. cor. R. P. D. Orano in una Mediolanen. Grani*, ubi quod venditor grani non tenetur ad interesse pretio non soluto, vel non oblato, & bene

Episc.

Episc. Rocc. d. discept. 73. num. 39. 40. 41. & seq. ubi, quod Emptor non possit arguere moram Venditoris in tradendo, nisi prius probet solvisse pretium faciendo illud Vendiroris, & fuisse paratum in loco, ubi consignatio fieri debebat, & *Cyriac. controv. 682. num. 9. 10. & seq. et num. 28. et 35. Magon. d. decis. 78. per tot. De Ros. resolut. 68. num. 26. Capyc. Latr. decis. 160. num. 26. et 40. et Rot. Genuen. 136. num. 7. De Ros. cons. 68. num. final. in fin. et Rot. Romana in recent. decis. 219. num. 6 et seq. part. 5.* & in terminis contractus Bladarum *Rot. Genuen. decis. 136. num. 7.* & in terminis venditionis Sacchari *De Ros. d. cons. 68. a num. 22. 23. 24. 25. 26. et 27. usq. ad fin.*

13 Et mora cessante Interesse non debetur Emptori, neque Venditori, bene *Afflict. dec. 316.* ubi a Sacro Concilio Neapolitano Venditor absolutionem reportavit ab impetitione Interesse petiti, & *Capyc. Latr. dec. 160. n. 41. in fin.* ubi ex defectu moræ a Collaterali Consilio fuit ab interesse absolutus Emptor, *Rot. cor. Emo Cerro dec. 801. n 3. & seqq.* & generaliter *Cyriac. contr. 374. n. 21. Sperell. dec. 40. n. 76. Rot. cor. Ludovis. dec. 148. n 4. ibiq. Adden.*

14 Neque locus est pœnæ inter Partes conventæ, prout in terminis nostris *Rot. Roman. in d. Mediolanen. Grani cor. R. P. D. Orano, de qua Gratian. d discept. 100. n. 25. Torr. in var. iur. qu. Miscell. par. 1. dec. 26. n. 29. 30. & seqq. tit. 12. tom. 2.*

15 Sicuti generaliter mora, & culpa cessante numquam pæna debetur *Bero cons. 88. n. 3. & seqq.* uti quod iusta causa excusat a pœna periurii, & conventionali.

16 Imo ex qualibet causa etiam levi, & iniusta quilibet a pœna excusatur, *Gabriel. de malefic. concl. 8. per tot. Sanminiat. contr. 44. n. 9. Bonden. collect. 35. n. 70. vol. 2. Spad. cons. 322. n. 3. tom. 2. Pacion. de locat. cap. 14. §. 8. n. 5. Urceol. dec. Florent. 37. num. 35. Conciol. alleg. 95. n. 40. Rot. Roman. cor. san. mem. Alex. VIII. dec. 110. n. 13. & apud Balduce. ad Ramon. dec. 83. n. 5. 7. tom. 4. & cor. Put. dec. 484. in fin. lib. 2. & cor. Caval. dec. 81. num. 3. & cor. Rojas dec. 416. n. 3. 4. & cor. Ubald. dec. 51. n. 6. tom. 1. & cor. Bich. dec. 244. n. 25. & in rec. dec. 158. n. 3. & dec. 321. n. 2. par. 14.*

Ex quibus pro confirmatione sententiæ D. Gubernatoris Liburni in prima parte, in qua Pratus fuit condemnatus ad executionem Contractus, & Venditores fuerunt absoluti a pœna conventa Petiarum viginti, iudicavimus.

Quo vero ad secundam partem, Sententiæ, in qua Salamon Pratus fuit condemnatus ad damna, & interesse passa per dictos Venditores ratione moræ in recipiendo Oleo, & solvendo pretio; visum fuit, locum esse revocationi dictæ Sententiæ, & absolutioni Prati Emptoris ab omnibus, & quibuscumque expensis, damnis, & interesse, quia ex pluribus causis excusari potuit a mora in recipiendo Oleo.

Pri-

Primo, quia Venditores non comparuerunt tempore convento in Scriptura contractus, & Oleum non applicuit ad Portum, nisi intra triduum a die a contrahentibus statuto, cum ex huiusmodi mora, licet modica, & purgabili potuerit Pratus credere, & cogitare, cecidisse Venditores saltem in commissum pœnæ inter eos in pactum deductæ, ne-
17 que locum esse purgationi moræ favore Venditorum, quia ubi pacta præscribunt legem, in sententia quamplurium cessat æquitas, & inducitur necessitas, prout in terminis certæ diei obligationi appositæ arguunt ex *Text. in Leg. Thais. 41. vers. intra certa tempora ff. de Fideicom. libert. Alex. in Leg. si insulam n. 15. ff. de verb oblig. Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 125. n. 32. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 31. n. 50. Rocc. resp. 93. n. 9. & seqq.*

Secundo, quia in Contractu fuerunt venditi Cadi biscentum quadraginta Olei *circiter*, seu *in circa*, & in executione Contractus nisi Cadi bis centum reperti fuerunt: ex deficentia autem rei venditæ in parte tam considerabili Cadorum quadraginta, & sic sextæ partis, quæ inter Mercatores plurimi extimatur ratione lucri cessantis, probabilis, & iuxta se obtulit Prato causa differendi pro parte sua adimplementum
18 eiusdem Contractus, quia diversæ sunt Doctorum opiniones circa significationem dictionis *circiter*, quæ regulariter excludit certam, & determinatam quantitatem, *Barbos. dict. 154. n. 6. Pacion. de locat. & conduct. cap. 24. n. 11. Iovius de solemnitat. in contract. gloss. 1. n. 43. Bertachin. modern. vot. 87. n. 5. 6. Rot. in recent. dec. 310. n. 17. 18. & dec. 415. n. 7. par. 13. & dec. 226. n. 25. 26. par. 16. & dec. 46.*
19 *n. 4. par. 19.* Et plus, vel minus significat arbitrio Iudicis inspecta qualitate, & quantitate rei, & mente verisimili Contrahentium, *Ciroch. discept. 76. n. 30. Iovius de solemnit. in contract. minor. d. gloss. 1. §. 1. n. 48. Rot. cor. Gregor. dec. 344. n. 11. 12. & in recent. dec. 405. n. 8. par. 13. & dec. 46. n. 5 par. 19.* & in sententia aliquorum restrin-
20 gitur ad modicum, & ac solam decimam partem, ut ait *Ciroch. discep. 76. n. 20. Beninten. dec. [illegible]. n. 1. Iovius de solemnit. d. gloss. 1. §. 1. n. 47. vers. & magis in individuo, & Rot. cor. Bich. dec. 93. num. 10. tom. 1.* Et secundum aliorum opinionem extendit eius significationem
21 usque ad sextam, & ad quartam partem, *Conciol. allegat. 6. n. 8. Iovius de solemnit. in contract. minor. d. gloss. 1. n. 26. & 47. vers. & magis in individuo, Rot. dec. 723. n. 3. cor. Buratt. & dec. 344. n. 11. 12. cor. Gregor. XV. dec. 73. n. 3. p. 2. & dec. 415. n. 9. par. 13. rec.*

Tertio, quia promissum fuit Oleum in doliis mensuræ viginti quinque Cadorum *in circa*, & Oleum fuit asportatum in doliis mensuræ sexdecim Cadorum, ex qua modica diversitate mensuræ doliorum, dum non parum damnum pateretur Pratus ratione maioris expensæ in trasportatione Olei, & in solutione Gabellæ ob pluralitatem doliorum, poterat Pratus etiam ex hoc capite credere potuisse se opponere execu-

cutioni Contractus ad effectum consequendi remissionem pretii pro rata 22
damni ex dicta causa passi, iuxta notissimos *Text. in Leg. ex conditione ff. de rescind. vendit. & in Leg. incivile, ubi DD. Cod. de rei vendic. Leg. sicut Cod. de act. & oblig. Leg. commodato §. sicut ff. commod. Leg.* 1. ubi communiter Doctores *Cod. de act. empt.* cum aliis supra citatis.

Quarto denique, quia Oleum, prout constat ex relatione Peritorum electorum de Mandato Illustrissimi D. Gubernatoris, etiamsi repertum fuerit mercantile, & receptibile, iuxta laudabilem, & consuetum morem inter Mercatores pro conservatione liberi, & usitati commercii, nihilominus fuit ab iisdem Peritis iudicatum non perfectæ qualitatis, & bonitatis, sed, ut vulgo dicitur *con qualche fondo* in illis verbis *alla riserva di qualche solito fondo*, unde etiam ex hoc capite potuit dubitare de Iuribus venditorum, & credere non esse obligatum ad recipiendum Oleum.

Ex his enim omnibus insimul iunctis præseferentibus non modicam ambiguitatem iuris, & facti, cum satis pateat, competiisse dicto Prato exceptiones saltem probabiles recusandi, vel differendi executionem Contractus, iustamque habuisse causam litigandi, in eam devenimus opinionem, illum tutum esse a quacumque mora, & ab in- 23
cursu obligationis reficiendi damna, & interesse, *Cap. non est in mor. de reg. iur. in sexto, Leg. lecta* 40. *ff. si cert. petat. Leg. si quis solutioni ff. de usur.* ubi Paulus „ si quis (inquit) solutioni moram fe„ cit, iudicium autem accipere paratus sit, non videtur fecisse, uti„ que si iuste ad Iudicium provocavit „ & ibi *Gloss. in verb. provocavit, & Leg. sciendum* 21. *ff. eod.* ex quibus Scribentes, *& Franc. Palm. cons.* 97. *n.* 54. 55. 56. *Staiban. iun. resol.* 173. *num.* 18. 19. *Cyriac. contr.* 374. *n.* 23. *de Marin. resol.* 92. *n.* 6. *resolut.* 109. *n.* 4. 5. 6. *lib.* 2. *Grattan. disc. for.* 42. *n.* 24. *Tranchedin. resol.* 102. *n.* 3. *& seqq. tom.* 1. *Mans. cons.* 58. *n.* 51. 52. *& seqq. & num.* 57. *tom.* 1. *Cancer. var. resol. lib.* 3. *cap.* 16. *n.* 70. *& seqq. Gob. cons.* 14. *n.* 75. 76. *& seqq. post resol.* 94. *n.* 10. 11. *Ansald. de commerc. & mercat. disc.* 34. *n.* 46. *Surd. dec.* 261. *n.* 17. 18. *Rot. Lucen. apud Magon. dec.* 69. *n.* 21. *& seqq. Sperell. decis.* 40. *n.* 62. *Berton. de negligent. par.* 1. *art.* 2. *n.* 16. *& Rot. Roman. post Bonden. dec.* 91. *n.* 14. 15. *& cor. Cerr dec.* 109. *n.* 16. *dec.* 177. *n.* 3. 4. *cor. Muto in Romana Cambiorum* 26. *Martii* 1700. *n.* 1. 2. 3. *impress. apud Palm. dec.* 372. *lib.* 4.

Ad iustam enim causam litigandi inducendam, & ad excludendam moram, & evitandam obligationem solvendi interesse sufficit sola 24
probabilitas, quæ inducat aliquam dubietatem sui iuris, *Altograd. cons.* 90. *n.* 39. *lib.* 1. *Rote. disput. iur. select.* 73. *n.* 48. *lib.* 1. *Sperell. dec.* 40. *ex n.* 63. *Gob. cons.* 14. *num.* 76. 77. *Cyriac. contr.* 374. *n.* 22. *Mans. cons.* 48. *n.* 56. *Staiban. resol.* 176. *n.* 97. *Card. De Luc. de dot disc.* 115. *n.* 4. *& disc.* 128. *n.* 11. *Rot. in rec. dec.* 161. *n.* 19.

p. 13. *& in d. Romana Cambiorum apud Palm. dec.* 371. *n.* 7. *tom.* 4.

25 Et sufficit qualibet excusatio, ex *Text. in Leg. quod te ff. de reb. credit. Gratian. disc.* 42. *n.* 25. *Cyriac. contr.* 708. *n.* 2. *Altograd. sen. cons.* 90. *n.* 39. *lib.* 1. *Sperell. dec.* 40. *n.* 63. *Mans. cons.* 58. *n.* 54. *Gob. cons.* 14. *n.* 76. *Vespignan. de empt. & vend. cap.* 58. *n.* 12. *Capyc. Latr. dec.* 133. *n,* 22. 24. *Rot. cor. Emer. dec.* 775. *n.* 6.

26 Ac qualibet incertitudo, sive iuris, sive temporis, sive facti, *Morot. resp.* 9. *n.* 13. 14. *Gob. cons.* 14. *n.* 78. *Magon. decis. Lucens.* 69. *n.* 22. *Rot. Roman. apud Palm. dec.* 372. *n.* 6. *tom.* 4.

Quia nemo tenetur ius suum indiscussum relinquere, neque contra seipsum controversiam præmature decidere, & sententiam ferre, sed expectare debet Iudicis declarationem, sine qua debitor numquam est
27 certus de sua obligatione, & numquam potest ad interesse teneri, *Sperell. dec.* 40. *usque ad* 75. *Mans. cons.* 58. *n.* 52. *& seqq. Rot. Romana in Romana Cambiorum* 26. *Martii* 1700. *n.* 1. *cor. R. P. D. Muto impress. apud Palm. Nep. dec. Lucen.* 272. *n.* 1. *tom.* 4. optime *Rot. Nostra in Liburnen. Pecuniaria* 14. *Decembris* 1717. §. *quæ sane exuberare cor. Illmo Dom. meo Audit. Bonfinio, & in Florentina Salarii* 19. *Iulii* 1718. §. *postremo, cor. eodem D. Audit. Bonfinio.*

Non obstantibus cæteris, quæ in contrarium adducebantur, nam procedunt solum in casu, in quo debitor dolose versatur, cupiendo minus legitimis oppositionibus creditorem eludere, secus si ex qualitate, & natura negocii quæstio sit involuta, quia in hoc casu mora non contrahitur, neque est locus obligationi ad interesse ante Iudicis declarationem, ut conciliando contrarias opiniones advertunt, *Rot. Ianuen.*
28 *decis.* 118. *n.* 3. *Mans. d. cons.* 58. *n.* 59. 60. *Rot. Rom. in d. Romana Cambiorum apud Palm. Nep. d. dec.* 372. *n.* 9. *tom.* 4. *dec. Lucen.*

Et ita utraque &c.

Antonius Gabriel Calderonus Rotæ Audit.

DECISIO LX.

LIBURNEN. CAMBII MARITIMI, & ASSECURATIONIS.

diei 6. Septembris 1720. *cor. bo. mem. Dom.* AUDIT. MANILIO URBANI.

ARGUMENTUM.

CAmbium maritimum recte creatur ex pecunia numerata, seu ex credito liquido, vel ex mercibus iuste æstimatis; Initum inter Mercatorem, & Navarchum sub obligatione restituendi tantundem, una cum certo interesse post reditum Navis salvæ, *etiam nullis onustæ* mer-

mercibus, seu, ut aiunt, *voto per pieno*, non requirit ullam onerationem pecuniarum, seu mercium, sed intelligitur contractum per modum sponsionis super periculo Navis in genere. In Assecuratione pecuniæ traiectitiæ, seu mercium requiritur earum oneratio in Navi; Secus autem in Assecuratione dicti Cambii maritimi, attento præcipue pacto in ista apposito, nempe „ *in caso di sinistro non vogliono esser tenuti di mostrare altro risico, che il semplice scritto del denaro dato a Cambio marittimo al suddetto Capitano, in conformità del quale si fanno assicurare* „ ex quo colligitur, Assecuratores noluisse recedere a natura contractus dicti Cambii, sed promisisse illius securitatem per viam sponsionis super alea eiusdem Navis.

SUMMARIUM.

1 *Facti species.*
2 *Assecuratores post tempus ad probandum in Apoca Assecurationis præscriptum non sunt amplius audiendi.*
3 *Vel saltem tenentur plene, ac concludenter probare indebitam solutionem peractam.*
4 *Pecuniarum vera traditio probatur ex Apoca cambiaria.*
5 *Et ex Recepta.*
6 *De numeratione pecuniæ censualis satis constat, si ea facta sit ipsi venditori Census, vel alteri de illius mandato.*
7 *Sive Creditori eiusdem Census venditoris.*
8 *Sive pecunia illico restituatur emptori Census, quoties venditor ex hac restitutione aliquod debitum extinguat.*
9 *Girata, seu partitarum contrapositiones ex Consuetudine Mercatorum habent vim veræ, & realis solutionis.*
10 *Cambia valide creari possunt ex creditis præcedentibus veris, & liquidis, sive ex mercibus iuste æstimatis.*
11 *Et signanter Cambium maritimum, nec non*
12 *Cambia nundinalia, sive platealia.*
13 *Titulus præcedens extinguitur, & alius in esse producitur, ex quo oriuntur alii fructus, seu interesse.*
14 *Cambium maritimum, de quo agitur quomodo fuit creatum, & an sit invalidum.*
15 *Interesse Cambii maritimi statui debet secundum consuetudinem regionis, habito respectu ad Navigationem, eiusque maius, seu minus periculum, et pluries ad rationem viginti pro quolibet centenario non reputatur excessivum.*
16 *Excessivitatem alleganti incumbit onus eam plene, et concludenter probandi.*
17 *Assecurator Cambii maritimi potest pro periculo suscepto recipere*

scuta viginti pro quolibet centenario, & deinde se assecurari facere a Tertio, eique solum solvere scuta octo.

18 *Cambista, etiam redeunte Navi salva, remanet obnoxius periculo decoctionis Capitanei, quod est quid diversum a periculis Navigationis, & pro eo aliquid aliud ultra sortem pacisci valet.*

19 *Trinum contractum per Morales admissum in terminis Societatis, qui Doctores impugnent.*

20 *In assecuratione passiva potest, inter Cambistam, & Cambiatarium, aliquod utile moderatum recipi, ultra sortem, nulla habita ratione ad mutuum.*

21 *In cap. Naviganti de Usuris, plures Doctores putant fuisse omissam particulam* Non *per errorem.*

22 *Alii magis communiter tenent dictam particulam* Non *in originali dicti Textus non fuisse positam.*

23 *Quod dicta decretalis in cap. Naviganti &c. procedat in interesse dependenti immediate a mutuo, non autem ab assecuratione periculi ab ipso mutuo independente videtur mera divinatio, & iudicium in foro interno.*

24 *Dicta decretalis habet locum in nautico fœnore, non autem in vero Cambio maritimo, licet istud mutuum contineat.*

25 *Mutuans, quando paciscitur aliquod interesse moderatum ultra sortem, non ex vi simplicis mutui, sed ratione assecurationis, non dicitur usurarius.*

26 *Trinus contractus includit mutuum.*

27 *Difficultas huius contractus est in contractu medio assecurationis sortis, cum alii duo passim admittantur.*

28 *In Cambio maritimo bona fide inito inter mercatores, stante vera susceptione periculi, intrat æqua interpretatio independentiæ lucri, seu assecurationis sortis a mutuo.*

29 *Cambium maritimum sub certo interesse, ratione solius veri suscepti periculi substantiatur a fausto, vel infausto exitu Navis, & æquiparatur tactui retis, seu sponsioni, & onerationem pecuniarum, seu mercium non requirit, neque ex propria natura, neque de stylo mercatorum*, & num. 30.

31 *Consulatus Pisanus est eiusdem opinionis.*

32 *Mercatorum dictis in concernentibus ea, in quibus versantur standum venit.*

33 *Styli, eorumque consuetudines servandæ sunt.*

34 *Pecuniæ datæ ad cambium maritimum transeunt in liberum dominium Cambiatarii.*

35 *Ea verba*, etiam che di ritorno non portasse carico veruno, cioè voto per pieno *excludunt necessitatem onerationis, & indicant contrahentes, non recessisse a contractu super periculo Navis per modum sponsionis.*

36 Con-

36 *Contraria intelligentia dicti pacti* voto per pieno *recipitur, quando ex natura contractus, vel ex conventione Partium necessario mercium oneratio sequi debet.*

37 *In Cambio obliquo recipiens pecunias ad cambium, easque convertens in alios usus, tenetur ad fructus, si non uti cambia, saltem tamquam damna, & interesse.*

38 *Verus intellectus dicti pacti sumendus est, uti expressivus, & explicativus contractus initi ad similitudinem sponsionis.*

39 *Societates Officiorum, servata forma Constitutionum Apostolicarum sunt validae.*

40 *Ex illis non infertur ad hoc Cambium Maritimum.*

41 *Dictum Cambium est contractum* risico Navis, *vel* ad reditum Navis salvae *per modum sponsionis.*

42 *Decisio 515. n. 6. cor. Emerix. Iun. expenditur.*

43 *Mercator assecuratus plus quandoque lucratur ex assecuratione, quam perdat ex naufragio.*

44 *Casus redolens fraudem, dolum, vel ut aiunt* Baratteria *de facili non contingibilis, non est habendus in consideratione.*

45 *Idem dicitur de fuga Capitanei Navis.*

46 *Barattariae crimen severissime Leges puniunt.*

47 *Assecuratores, si voluerunt teneri in casu Baratteriae sibi imputare debent.*

48 *Ex qualitate Patroni, seu Magistri Navis solent esse faciliores, vel difficiliores ad peragendas assecurationes.*

49 *Ex positionibus non iuratis, & ex responsionibus negativis nihil concludi valet, nec ponens dicitur fateri.*

50 *Positione impugnata negans uti non potest.*

51 *Assecurati tenentur facere renunciationem Incepta favore assecurantium.*

52 *Huiusmodi renunciationes inservire solent, ut Assecuratores, Ius super Incepta facilius experiri possint.*

53 *Assecurati, statim ac agunt pro solutione totius pretii rerum assecuratarum contra Assecuratores, statim censentur renunciasse* all' Incetta.

54 *Plures contractus, qui in nuda sponsione suspecti sunt, & forsan prohibiti, si cohonestentur aliqua veste, ex qua appareat eorum iustitia, sunt permissi, & communiter recepti.*

55 *Sponsiones illicitae, turpes, vel dolosae sunt prohibitae, non autem licitae, quae semper admittuntur.*

56 *Ita est sponsio contenta in Cambio maritimo ad reditum Navis salvae.*

57 *Signanter Liburni.*

58 *Statutum Ianuae prohibet sponsiones, ac contractus speciem sponsionum habentes.*

59 *Domini Octo de Balia sunt Florentiae Iudices privativi super controversiis sponsionum.*

60 *Cambia, & assecurationes fiunt in Apocis publice impressis, cum spatiis*

in albo, ut Contrahentes possint apponere omnes conventiones sibi bene visas.

61 *Assecuratores Cambii maritimi tenentur etiam ad lucra eiusdem Cambii.*

62 *Fœneratores, ob illicitam usurarum stipulationem, sortem non amittunt.*

63 *Sed solum ex usurarum perceptione per viam imputationis, sortem extenuant.*

64 *Naufragium regulariter iustificatur ex Consulatu in loco, ubi evenit, seu propinquiori, infra annum,*

65 *Vel cum examine Testium coram suo Iudice, citata Parte, ubi præsens est in loco,*

66 *Et ubi præsens non est cum Testibus, absque Partis citatione, ac etiam coram Iudice incompetente.*

67 *Oneratio mercium, seu risicum in Navi, tempore naufragii est de substantia assecurationis*, & num. 30. & 83.

68 *Ex Apoca assecurationis verbis eruitur mens Contrahentium, & contractus assecurationis formam desumit.*

69 *Apoca assecurationis a Partibus subscripta dicitur approbata.*

70 *Pecuniæ datæ ad Cambium maritimum, sub periculo Navis sunt subiectum capax assecurationis.*

71 *Sinistro casu eveniente, seu naufragio, statim commissa dicitur stipulatio contra Assecuratores, favore Assecurati.*

72 *Assecuratores dicuntur Emptores periculi, onerisque adversi, seu periculi aversores*, & num. 77.

73 *Assecurationis contractus antiquitus ignotus a tribus circiter seculis fuit adinventus.*

74 *Assecurationum contractus, sive versentur circa pecunias, vel merces, seu Naves assecuratas sunt undique liciti, utiles, & a fœnoris suspicione remoti.*

75 *Risicum in Navi tempore naufragii satis iustificant pecuniæ datæ ad cambium, quæ propter naufragium amittuntur.*

76 *De Risico Assecurati satis dicitur constare, quando is habet creditum, pro quo Navis est illi obligata.*

77 *Assecuratores non dicuntur Emptores Navium, seu Mercium, sed dictarum rerum periculi, & casus adversi*, & num. 72.

78 *Assecurationis contractus habens vim sponsionis non requirit merces esse, vel non esse oneratas in Navi, quia solum consideratur casus Navis deperditæ.*

79 *In assecuratione Cambii maritimi, non recurritur ad alia verba Apocæ impressæ inservientia aliis speciebus assecurationis.*

80 *Assecuratio, tam super Cambio, quam super Mercibus, dum non excedit illius valorem, non est nulla in totum, sed sustinetur pro rata risici.*

81 *Ordinationes Consulatus Maris &c. non militant in hac specie assecurationis per modum sponsionis.*

82 *Dictæ Ordinationes non sunt Consolatus Barchinonæ, sed quædam additiones ad illum, & ideo non sunt attendendæ.* 83 O-

83 *Oneratio in Navi requiritur in Assecuratione pecuniæ traiectitiæ, seu mercium, secus in assecuratione Cambii maritimi, suscepto Navis periculo*, & num. 30.

84 *Differentiæ ratio assignatur.*

85 *Assecuratio facta super Cambio maritimo favore Cambiantis resolvitur in sponsionem super Navi salva.*

86 *Vel in speciem fideiussionis indemnitatis pro certo pretio ratione periculi in casu sinistro super ipsa Navi in genere.*

87 *Sicut Cambista amittit pecunias, constito solum de naufragio Navis, ita Assecuratores Cambii maritimi tenentur solvere summam promissam Assecurato, absque probatione onerationis.*

88 *Pacto præcipue attento* „ Et in caso di sinistro &c. non vogliamo esser tenuti di mostrare altro risico, che il semplice scritto del denaro dato a Cambio marittimo &c. in conformità del quale si fanno assicurare „ *quod relevat ab onere probandi onerationem pecuniarum, seu mercium, & indicat contractum per viam sponsionis.*

89 *Contrahens super periculo Navis, in qua scit vel suspicatur non adesse merces, ex solo Navis naufragio subiicitur stipulationi, non constito de oneratione mercium.*

90 *Contractus in hoc casu transit in sponsionem dubiam, quia periculum mercis transit in periculum Navis.*

91 *Assecuratores non solent ignorare qualitates contractus, in quo fideiubent, & si ignorant sibi ipsis imputare debent.*

92 *Auctoritates probantes in Cambio maritimo teneri Cambistam probare onerationem Mercium, & Cambiatarum probare risicum super Navi, tempore naufragii, ut se eximere possit a solutione sortis, & fructuum non applicantur ad causam præsentem.*

93 *Et contrarium fuit decisum a S. Rota Romana per sex Decisiones conformes, & tres Sententias effectum sortitas.*

49 *S. Rota Romana dicitur omnium exemplar, & magistra, facitque communem, & magis communem opinionem.*

95 *In Decisione Romana assecurationis allegata, non constabat de prætensa oneratione.*

96 *Assecuratio non valet, ultra periculum, quod currit assecuratus nec ultra valorem rerum Assecuratarum.*

97 *Nisi concurrat diversitas itineris, vel periculi, cum sufficiat non adesse duplicitatem in eodem valore, & periculo.*

98 *In dicta Causa Romana Assecurationis, assecurationes ab aliis factæ super mercibus, diversæ erant ab assecuratione Cambii maritimi Romæ facta.*

99 *Statutum Mercantiæ huius Civitatis prohibens dumtaxat Florentinis securitates facere in gratiam forensium, non intrat in casu præsenti.*

100 *Observantia subsecuta declarat, cambium, Assecurationem, & solutionem, debitam meruisse executionem.*

101 *As-*

101 *Assecuratores solent esse admodum subtiles, perspicaces, & prompti in perquirendis, & opponendis exceptionibus, & excusationibus, ut debitam solutionem retardent.*

102 *Hæsitatio ubi cessat, non potest esse locus regulæ standi in dubio pro Assecuratoribus.*



Rriusquam ventis vela daret ad iterandum mercaturæ causa e' Portu Liburni Calatem, & Amstelodamum versus Navis nuncupata *l' Immacolata Concezione, la Maria*, Laurentius Martinengo illius navarcus die 4. Iunii 1716. tam pro itu, quam pro reddita suscepit super eadem Navi ad Cambium
1 maritimum petias 5891. sub interesse convento ad rationem petiarum 14. pro quolibet centenario a DD. Philibert, qui assumentes super se risicum in qualibet negociatione peragenda per dictum Capitaneum Martinengo, reportarunt ab eo obligationem ipsismet solvendi dictum Capitale, una cum Cambiis maritimis post salvum appulsum dictæ Navis ad eumdem Portum Liburni, etiam nullis onustæ mercibus, idest *voto per pieno*, necnon etiam pro observantia Contractus prospexere sibi de speciali hypotheca Navis, naulorum, & attretiorum, ut latius habetur ex ipsa Apoca Cambiaria.

Huiusmodi Cambii quoad ratam petiarum 2000. die 8. Iunii pro itu, dieque 19. Octobris eiusdem anni 1716. pro redditu præfatæ Navis respective omnimodam securitatem a quibusvis casibus fortuitis, etiam ut vulgo dicitur, *di Baratteria di Padrone*, præstitere DD. Iachson, recepto præmio utriusque assecurationis ad rationem petiarum octo, & tribus quartis pro quolibet centenario, pactove apposito favore dd. Philibert, per hæc sequentia verba „ ibi „ Ed in caso di sinistro, „ che Dio non voglia dd. Sigg. Filibert, non saranno tenuti, nè obbligati di mostrare altro risico, che il semplice scritto del denaro „ dato a Cambio marittimo al suddetto Capitano, in conformità del „ quale si fanno assicurare, così d'accordo per patto espresso. „

Feliciter autem perventa Navi ad Urbem Amstelodami, eaque illhinc redeunte Liburnum versus, Capitaneus Martinengo fortuito, & citra culpam, eiusdem Navis naufragium passus est, ut constat ex consulatu Calere constructo, sententia absolutoria ad sui favorem lata a DD. Consulibus Maris Civitatis Pisanæ in dubium non revocata, & effectiva solutione summæ assecuratæ dd. Philibert sponte peracta, cum diminutione petiarum trium pro quolibet centenario a dd. Iachson assecuratoribus, sub die 19. Decembris eiusdem anni 1716.

Transactis exinde, nedum mensibus 18. ad formam Apocæ assecurationis „ ibi „ tempo agli Assecuratori mesi 18. a provare „ sed etiam mensibus 32. post naufragii notificationem, DD. Iachson die 12. Augusti 1719. comparuere coram Dominis Consulibus Maris Civitatis Pi-

Pifanæ repetentes indebiti conditione fummam pro affecuratione folutam dd. Philibert, eo fub inani prætextu, quod Cambium maritimum perperam contractum fuerit cum dicto Capitaneo Martinengo, abfque actuali pecuniarum folutione, & per confequens abfque ullo eorundem rifico, feu periculo, quod eft fubiectum affecurationis; aft cum dd. Philibert preces porrexerint Serenifs. Regiæ Celfitudini ad effectum, ut dicti Domini Confules Maris in hac Caufa procederent cum voto DD. Trium Iudicum fecundarum appellationum huius Almæ Rotæ Florentinæ, & effecti fuerint voti compotes, nos infrafcripti, altero Domino Collega dempto, recte libratis hinc inde rationibus, & auctoritatibus ad materiam facientibus cenfuimus dictos DD. Philibert ab imperitis per DD. Iachfon effe penitus abfolvendos, prout abfolvimus ex infrafcriptis.

Præmiffo etenim, quod dicti DD. Iachfon fuper hac ferotina prætenfione, ut diximus, deducta extra tempus in Apoca affecurationis 2
conventum non erant amplius audiendi ex notatis in fpecie per *Strac. de affecurat. gloff. 34. per tot.* quodque faltem gravabantur onere plene, ac concludenter probandi indebitam folutionem fummæ affecuratæ, ut omiffis generalibus in his terminis firmavit *Rot. Ianuen. decif. 5. num.* 3
5. 6. & 10. tantum abeft, quod huic oneri ipfi fatisfecerint, ut potius pro parte dictorum Philibert clare effulferit iuftitia exactionis, & refpective folutionis ab ipfis receptæ; quandoquidem de validitate Cambii maritimi inter ipfos, & Dom. Capitaneum Martinengo contracti, mediante pecunia hæfitari non poterat, dum illam fuiffe receptam fatetur dictus Capitaneus in apoca Cambiaria „ ibi „ Io Capitano, &c. „ ho ricevuto dai Sigg. Filibert, e Compagni pezze 5891. foldi 13. „ e dan. 4. da otto, quali mi danno a Cambio marittimo fopra la mia „ Nave &c. „ ex cuius apocæ tenore veram traditionem pecuniæ probari in hac noftra materia, ex *Stypman. & Loccen. de iur. maritt.* firmavit *Rot. in recent. decif. 369. num. 72. part. 19. repetit. penes Urceol. de tranfact. decif. 53. num. 5. & poft Albiz. de inconftant. in Iudiciis decif. 57. num. 10. & feq. præftantiffimus D. meus Audit. Cafareg. de commerc. difc. 10. num. 17. Rot. Ianuen. penes Baldue. rer. iudicat. tit. 1. de affecurat. decif. 13. num. 15.* 4

Non relevant partitæ dati, & recepti inter DD. Philibert, & Capitaneum Martinengo per dd. DD. Iachfon exhibitæ ad excludendam in hoc Cambio pecuniæ traditionem, quoniam illis recte recognitis, adinventa fuit partita petiarum 2260. eadem die contracti Cambii realiter foluta a dd. Philibert DD. de Senie creditoribus eiufdem Capitanei, ut ex eorum recepta; unde hæc fumma dumtaxat fuperior fumma affecurata deftruit totaliter obiectum DD. Iachfon, dum in fortioribus terminis, etiam in cafu quo de forma requiritur numeratio pecuniæ, prout in Cenfu, illa dicitur fatis legitime fecuta, five facta 5

appa-

appareat in manibus venditoris, sive de eius mandato, & commissio-
6 ne in manu alterius, puta Mercatoris, seu Campsoris, qui constituat Creditorem ipsum Census Venditorem sive facta appareat in manibus
7 eius, qui est verus Creditor eiusdem venditoris; videtur enim solutum ipsimet venditori, & ab eo brevi manu traditum eius mandatario *ad Text. in Leg. singularia ff. si certum petat. indubieq. firmant Cenc. de cens. qu. 50. n. 22. & 23. Rot post eum dec. 133. n. 12. & dec.*
8 134. *num.* 4. idemque dicendum de pecunia illico restituta emptori Census, quoties venditor ex hac restitutione utilitatem reportet, seu debitum extinguat *idem Cenc. de cens. d. qu. 50. sub n. 26. Rot. post eum dec. 2. n. 2. & seq. dec. 454. n. 10. & dec. 527. n. 4. coram Bich. dec. 584. n. 12. & in rec. dec. 641. n. 4. & 5. cum duob. seq. par. 4. tom. 3. Mastrill. dec. 262. n. 44. cum seqq.*

Suffragante ad hunc eumdem effectum universali consuetudine
9 Mercatorum, qui ad parcendum laboribus, & numerationibus pecuniarum, peragere solent solutiones giratis, vel partitarum contrapositionibus, quæ vim habent veræ, & realis traditionis pecuniæ in manibus Creditoris pro extinctione debitorum, *Altograd. cons. 6. n. 45. lib. 1. Card. De Luc. de regalib. disc. 15. n. 24. Ansald. de commerc. disc. 12. n. 18. Gratian. discept. 121. n. 13. & seqq. & discept. 652. num. 13. Iovin. de contract. minor. gloss. 22. §. 9. n. 32. Mart. Med. examinat. 15. n. 36. & dec. 66. n. 25. Rot. cor. Buratt. dec. 546. num. 1. cor. Peutinger. dec. 36 n. 7. cor. Cavaler. dec. 165. n. 1. coram Bich. dec. 306. n. 31. in rec. dec. 256. n. 1. & 2. par. 10. dec. 50. num. 7. decis. 272. num. 27. par. 17. decis. 424. num. 3. & decis. 657. num. 4. par. 19. tom. 2. Rot. Senen. cor. Illustriss. D. meo Aud. de Comit. dec. 49. num. 20.*

Ast dato etiam per simplicem hypothesim, quod Cambium fuis-
10 set creatum ex credito præcedenti, non per hoc redargui posset de invaliditate, ut exinde corrueret illius assecuratio; nam non est in iure prohibitum, quinimmo passim admittitur Cambia creari ex Creditis præcedentibus veris, realibus, & liquidis, vel ex Mercibus iuste æsti-
11 matis, non autem excessive, seu in fraudem, & ratio est, quia quoties in hoc velut in quolibet alio contractu concurrunt extrema Iustitiæ commutativæ, quæ sunt, ut servetur æqualitas dati, & accepti, itaut inter contrahentes non sit, qui iuste conqueri possit de læsione, non est dubitandum de illius validitate, prout in puncto Cambii maritimi creati ex valuta Pannorum antea venditorum pro petiis 3000. Capitaneo, seu D. Navis pro indubitato supponit *Rota post Urceol. de transact. dec. 53. in princ. vers. capta repetit. in rec. decis. 369. par. 19. & D. meus Audit. Casareg. de commerc. disc. 73. num. 2. tom. 2.*
12 in terminis Cambii terrestris, sive nundinalis, sive platealis firmant *Rebell. de oblig. iust. lib. 11. de Cambiis qu. 1. n. 7. vers. non tamen*

opus

opus est ad iustitiam Cambii, Filluc. qu. moral. tom. 2. tract. 35. cap.
11. sub n. 494. vers. in hoc ergo Cambio, D. Audit. Casareg. de com-
merc. disc. 49. num. 8. Gait. de credito cap. 2. tit. 7. n. 1499. cum
trib. seq. n. 2195. cum seq. & n. 2212. De Luc. de Cambiis disc. 3.
n. 2. 3. & 4. Turr. eodem tract. disp. pr. qu. 2. n. 11. cum seq. Scacc.
eod. tract. §. 6. gloss. 1. sub n. 82. §. ratio & seq. Bertacchin. vot. 99.
n. 1. Ansald. de mercat. disc. 32. n. 19. 29. & 30. Amat. dec. Ferraria
dec. 45. n. 5. Rot. post Bonden. dec. 55. in princ. cor. Dunozzet. iun.
dec. 829. n. 14. 15. cor. Royas. dec. 466. per tot. & melius dec. 256.
n. 6. par. 10. & dec. 141. n. 10. par. 11. cor. Ansald. dec. 68. n. 45.
& post De Luc. de usuriis dec. 14. n. 7. tom. 1. & in terminis societa-
ris Officii Scacc. de commerc. §. 7. Gloss. 2. sub n. 55. Card. de Luc. de
societat. Officii disc. 10. per tot. & disc. 12. num. 31. Rot. post eum de
usuris dec. 14. n. 6. tom. 1. dicuntur enim intervenire duo actus, alter
nempe solutionis, & extinctionis prioris debiti, & alter novi, & di-
versi Contractus, per quem novato titulo precedente alius in esse pro- 13
ducitur, ex quo oriuntur alii fructus, seu interesse, iuxta individualem
Gloss. in Leg. ultima verb. ponere in fin. Cod. de usuris, ubi allegat Text.
in d. Leg. singularia ff. si certum petat. Leotard. de usuris q. 87. n. 19.
Hermosill. ad Lopez. Gloss. 4. lib. 10. tit. 1. par. 5. n. 288. recte Cri-
vell. dec. Doland. 103. n. 13. 14. cor. Ansald. d. decis. 68. n. 45. 46.
& post De Luc. de usuriis, & cambiis dec. 14. n. 4. cum seq. lib. 1. &
in Romana Cambiorum cor. Muto penes Dom. Casareg. de Commerc. disc.
49. n. 9. & 15. Cum igitur in Cambio, de quo agitur, intervenerit
in parte pecunia numerata maior ipsa assecuratione, ut superius dixi-
mus, & pro reliquo adessent credita praesistentia DD. Philiber clara,
& liquida, facta etiam bonificatione favore Cambistae pretii effectuum
translatorum a Civitate Hierapolis, vulgo Aleppo, nec adsit ratio, seu
authoritas, quod Cambium maritimum ad differentiam Cambii terrestris
ereari non possit, etiam ex credito claro, & liquido; quinimmo concur-
rant authoritates individuales illius validitatem indubie supponentes
non debebamus nos eiusdem Cambii subsistentiam, quo ad hoc caput
amplius in dubium revocare.

His positis descendentes ad examen huius Cambii maritimi, &
introspicientes essentiam, & quidditatem illius, ut exinde facilius di-
gnosci valeat species assecurationis ad illius formam peractae, habemus
in facto superius exposito dd. DD. Philibert dedisse d. D. Capitaneo
Martinengo summam pecuniarum superius adnotatam ad purum Cam-
bium maritimum super sua Navi pro itu, e Portu Liburni ad Civita-
tem Amstelodami, & pro reditu ab ista ad praefatum Portum, con-
vento interesse ad rationem 14. pro quolibet centenario eisdem sol-
vendo una cum Capitali post regressum eiusdem Navis salvae, & sic 14
suscepto periculo Navis, seu Naufragii, aliorumque casuum fortuito-
rum

rum, quod Cambium est undique validum, & permissum, cum quisque valeat ratione solius, ac veri periculi licite pacisci de iusto interesse pecuniæ traditæ, citra ullam labem usurariæ pravitatis, *Onnat. de contract. tractat. 36. disp. 13. sect. 2. num. 39. in fine tom. 3. par. 2. Azzorius instit. moral. par. 3. lib. 5. tit. de usur. cap. 6. q. 1. vers. altera opinio, Rebell. de oblig. iustitiæ lib. 16. qu. unica n. 16. Loccen. de iur. maritim. lib. 2. cap. 6. num. 3. §. verum num. 6. in fine §. in alia, Stypman. eod. tract. lib. 4. cap. 5. n. 52. Marquard. de mercat. lib. 2. cap 8. de oblig. & contract. a num. 62. ad 81. Peri Negoziante par. 3. cap. 10. §. 2. vers. e circa la seconda, per tot. Roccus de Navibus notab. 65. n. 281. Scacc. de commerc. §. 1. qu. 1. n. 493. & seqq. & quæst. 7. par. 2. ampliat. 8. n. 52. Ursel. concl. 151. n. 28. Leotard. de usur. qu. 27. n. 7. Ansald. de mercat. disc. 70. num. 4. Casareg. de commerc. disc. 14. n. 1. 2. 3. Covar. var. lib. 3. cap. 2. n. 5. per tot.* & signanter *§. 2. Episcop. Rocc. disput. iur. select. cap. 98. num. 11. Mans. cons. 421. n. 8. vers. ed in questo, Rota in recent. dec. 369. ex num. 79. par. 19. repetit. apud Urceol. dec. 53. n. 29. & seqq.* ubi, quod hodie de validitate huius contractus dubitari non potest, & eam sequitur *Rot. Nostr. cor. eod. Urceol. dec. 25. n. 4.*

Quod quidem interesse statui debet secundum morem, & consuetudinem Regionis, habita ratione navigationis, seu maioris, aut minoris periculi, longitudinis itineris, aliorumque similium, itaut pluries non reputetur excessivum ad ratione *viginti* pro quolibet centenario, ut præ-
15 cise de hac taxa loquuntur *Rocc. de navib. & naul. post secundum lib. responsorum notab. 50. n. 138. Gratian. discept. 589. n. 14. Ursell. verb. assecuratio concl. 151. n. 32. Card. De Luc. de credit. disc. 111. sub n. 10. §. ipse autem, Peri il Negoziante par. 3. cap. 10 §. 2. & sub §. 3. vers. e circa la seconda, & infra, questa quantità d' interesse, Loccen. de Iur. maritim. lib. 2. cap. 6. n. 5. Carolus Targa in ponderat. maritim. cap. 32. num. 23.* ubi, quod plus recipi potest in assecuratione passiva, quam in activa, nec id improbari a Theologis; excessivitatem autem alle-
16 ganti incumbit onus eam plene, ac concludenter probandi, *Sanminiat. contr. 42. in fin. Bonden. collect. 31. n. 22. & seqq. Rot. in recent. dec. 74. num. 22. 23. par. 4.*

In præsenti lucrum conventum ad rationem 14. pro centenario, iuxta morem Regionis in Cambio maritimo, non fuit ostensum excessivum, etiam considerata susceptione solius, ac veri periculi, nam licet DD. Iachson securitatem promiserint pro periis octo, & tribus quartis, non prohibebantur assecurati invenire reassecuratorem, qui pro minori pretio de periculo sortis, & partis lucri ipsos redderet securos, nec per hoc dici potest fuisse excessum in conventione, ut in puncto duplicis contractus, idest Cambii maritimi, & Assecurationis, quod quis possit
17 recipere pro periculo suscepto scuta viginti pro centenario, & deinde

sese

sese facere assecurari a tertio, eique solum solvere scuta *octo* tradit, *Gibalin. de univers. rer. human. negociat. lib. 4. cap. 11. consect. 20. vers. sexto quaeritur, cumque sequitur Ansald. de mercat. dict. disc. 70. n. 5. & concordat Card. De Luc. de credit. disc. 167. num. 6.* considerata praecipue tenui quantitate petiarum quinque, & unius quarti pro centenario remanente pro ipsis Cambistis Mercatoribus, qui non solum in Cambiis terrestribus lucrari valebant plusquam petias sex pro quolibet centenario, quas iuxta notam Legem Liburni editam lucrantur cum retentione pignorum, verum etiam redeunte Navi salva obnoxii remanserunt periculo possibilis decoctionis ipsius Capitanei, vel illius difficilis exactionis, cum expensis, & molestiis, quod periculum est quid diversum, & distinctum a periculis navigationis, ideoque pro illo aliquid aliud, ultra sortem ipsam rite pacisci valet, ut examinato articulo firmat, *Card. de Lugo de Iust. & Iur. tom. 2. d. disp. 25. de mutuo sect. 6. num. 76. 79. 80. 81. & per tot.* 17 18

Nec visum fuit pro validitate, seu iustitia huius Cambii recurrendum esse ad illum Contractum, quem Doctores, & praecipue Morales in terminis Societatis trinum appellant, quia omissis iis, quae contra eum pro veritate exararunt, *duo clar. mem. Cardinales, nempe De Luc. de usuris discurs. 1. per tot. & Thaurusius in suo voto decisivo impresso post eumdem De Luc. de usuris decis. 1. num. 22. & 23. tom. 1. & Episc. Rocca disp. 99. a num. 11. per totum*, recte potest praescindi ab unione huius trini Contractus, quoties inter Cambistam, & Cambiatarium, nulla habita ratione ad mutuum, sed solum ad assecurationem passivam, aliquod utile moderatum pro ea statuitur ultra sortem recipiendum, ut expresse advertit *Doctor Targa in Ponderat. marit. d. cap. 42. sub num. 20. §. e se si replicasse, & num. 23. & 27. Molin. de contract. disp. 318. num. 3. „ ibi „ Ergo duo interveniunt contractus; Gratian. d. discept. 589. num. 5. Ansald. de commerc. d. disc. 70. num. pariter 5. & videtur admittere D. Audit. Casareg. de commerc. disc. 14. num. 27. & 28. Rot. in recent. part. 2. decis. 304. num. 7. in fin.* 19 20

Nec obstat Decretalis S. Mem. Gregorii Noni in *cap. fin. de usuris* „ ibi „ Naviganti, vel eunti ad nundinas certam mutuans pecu- „ niae quantitatem pro eo quod suscipit in se periculum recepturus „ aliquid, ultra sortem, usurarius est censendus „ per quam videtur sancitum in mutuo nil aliud peti posse, ultra sortem etiam ratione periculi, quia esset usura, cum in dicto Textu non sit admittenda illa particula *non*, idest, *usurarius non est censendus*, quemadmodum eam per errorem fuisse omissam plures Doctores opinati sunt, quos refert, & sequitur *Episc. Rocc. disp. select. cap. 98. num. 14. & 15.* cum potius magis receptum videatur, ob repugnantem omnium Codicum fidem, dictam particulam negativam in originali *textus* non fuisse po- 21

fitam, ex bene perpenfis per *Gonzal. fuper d. cap. fin. de vfuris*, licet
22 *ipfe in textu ab eo relato eam apponat Loccen. de Iur. marit. lib. 2. d. cap. 6. fub num. 3. §. quod vero erga medium Card. De Luc. de ufuris difc. 3. num. 7. & feq. Leotard. eod. tract. quæft. 23. num. 24. in fin. Doctor Targa in ponderat. marit. d. cap. 32. num. 11. de Faria ad Covarruv. var. refol. lib. 3. cap. 2. n. 5. in fin. Raynald. obferv. civil. cap. 16. fupplet. 1. & n. 16. & 18. tom. 2. D. Aud. Cafareg. de commerc. d. difc. 14. n. 6. in fin.* & ulterius non fuffragetur ratio illa, quod Decretalis procedat in intereffe dependenti immediate a mutuo, non autem ab affecuratione periculi ab ipfo mutuo diftincta, & independente, quia effet divinare, & iudicare in foro interno, feu confcientiæ, quæ
23 fub Iudicio humano cadere non poteft, ex traditis per *D. Audit. Cafareg. de commerc. difc. 14. num. 5.*

Quoniam admiffo, quod in hac Decretali non fit fupplenda particula *non*, certum vifum fuit, illam locum fibi non vindicare in cafu præfenti, ubi non agitur de illo nautico fœnore, ratione folius mutui convento, fub palliato periculo futuræ navigationis, & fic omni iure
24 damnato, fed de vero Cambio Maritimo, quem contractum effe omnino licitum firmant authoritates omnes defuper relatæ, comprobatque ipfamet obfervantia univerfalis, & quamvis in eo contineatur mutuum, adhuc tamen, quando mutuans non ex vi fimplicis mutui intendit Mutuitarium obligare ad aliquid fibi tradendum ultra fortem, fed folum intereffe moderatum pacifcitur ratione affecurationis, feu veri periculi fufcepti, dici non poteft ufurarius, nec ifto cafu procedere valet di-
25 fpofitio dicti *Text. in cap. naviganti*, ut communiter diftinguendo tenet *Lupus de ufuris convent. 3. §. 1. num. 29. Navarr. in Manual. cap. 17. num. 285. Rebell. de obligat. iuftit. lib. 16. quæft. 11. num. 16. Molin. de contract. difp. 318. num. 5. Card. De Lugo de iuftit. & iur. tom. 2. difp. 25. de Mutuo fect. 6. num. 77. & 78. verfic. aliæ duæ Loccen. de iur. marittim. lib. 2. d. cap. 6. fub num. 3. §. quod vero, verf. nihilominus Santern. de affecurat. d. cap. 1. ex num. 5. cum feq. per tot. Manf. conf. 421. num. 6. & 8. Altim. de nullit. contract. part. 2. quæft. 26. num. 108. tom. 4.* plene *Rocc. d. difp. 98. num. 11. bo. me. Anfald. de commerc. d. difc 70. num. 3. & 4. Rot. in recent. decif. 369. num. 81. 82. & 83. part. 19.* nec refert quod, hoc effet divinare & iudicare in foro interno, cuius tantum Scrutator, & Iudex eft Deus; quia fi hæc ratio effet attendenda utique militaret, tam in bino, quam
de oneratione *ex decis.* 447. *num.* 5. *part.* 19. *tom.* 2. *& cor. Emerix. iun. decis* 439. *num.* 4. *&* 5. quia cum super altera ex duabus Navibus sub nomenclatura *l'Arme di Gerusalem.* & super mercibus ibidem existentibus emanaverint in variis Europæ partibus plures assecurationes factæ a diversis Mercatoribus excedentes valorem Navis, & mercium, ista excessivitas occasionem dedit alicui reductioni in Civitate Massiliæ favore assecurantium, quia de iure non valet assecuratio ultra periculum, quod currit assecuratus, nec ultra valorem rerum assecuratarum, ut ultra superius relatos ponderant *Stracc. de assecurat. gloss.* 6. *num* 6. *cum duobus seq. Molin. de contract. disp.* 507. *num.* 5. *tom.* 2. *Gibalin. de univers. negociat. lib.* 4 *cap.* 11. *art.* 2. *num.* 6. *tom.* 2. *Ansald. d. decis.* 70. *num.* 13. *Ursell. concl.* 151. *num.* 12. *&* 13. *D. Audit. Casareg. de commerc. disc.* 7. *num.* 7. nisi concurrat, diversitas itineris, vel periculi, dum sufficit non adesse duplicitatem in eodem valore, & periculo, ut ex *Giurb. observat.* 73. *num* 18. §. *respondeo tertio*, bene ratiocinatur *Episc. Rocc. d. cap.* 97. *num.* 37. quos sequi ut *Ansald. d. disc.* 70. *num.* 23. unde Rota bene respondit, quod dicta reductio, uti res inter alios acta præiudicare non poterat assecurationi Romæ factæ, quodque in casu coram ea vertente subiectum assecurationis fuit Cambium maritimum inter Abraham, & Naychum initum, quod nullatenus excedebat assecuratio, de qua agebatur, ideoque parvi pendendæ erant assecurationes ab aliis factæ super mercibus non cadentibus sub dicta assecuratione Cambii, ut se explicando firmat *cor. Emerix. iun. d. decis.* 439. *num.* 5. *& melius cor. Ubag. d. decis.* 99. *num.* 11. 12. *&* 13. *in recent.* 369. *num.* 69. *part.* 19. ac etiam egregie aduotant *Card. De Luca de credit. discurs.* 107. *sub num.* 2. *circa finem*, *& clarius num.* 8. *Ansald. de commerc. d. disc.* 70. *num.* 24.

95 96 97 98

Itidem non applicatur casui præsenti, quod Statutum Mercantiæ huius Civitatis prohibeat fieri securitates Navium, seu mercium pro forensibus, cui Statuto tamquam edito favore publico renunciari non valet; nam vel DD. Philibert assecurati dici nequeunt forenses, cum a multo tempore domicilium retineant Liburni, vel quando tales dici possent, etiam DD. Iachson assecuratores sunt forenses, & Navis etiam est Nationis Gallicæ, ideo non intrat dictum Statutum, quod prohibet Florentinis dumtaxat dictas securitates facere in gratiam Forensium, ut tradunt in puncto *Castrens. cons.* 201. *lib.* 1. *per tot. Tusc. litt. A concl.* 537. *num.* 3. *Rocc. de assecurat. notab.* 71. *num.* 262. *& seq. Altimar. de nullit. contract. d. quæst.* 26. *num.* 103. *tom.* 4 99

Quæ sane omnia facilius recipienda videbantur ex observantia subsecuta, dum DD. Iachson non solum post naufragium sponte solverunt summam assecuratam, cum certa conventa diminutione, & absque ulla præservatione, seu declaratione repetendi solutum, sed potius

tius poſt petitam, & obtentam renunciationem *incepta* pacifice acquieverunt per menſes 32. & ſic per menſes 14. poſt tempus in formula aſſecurationis impreſſa aſſecuratoribus ſtatutum ad probandum pro repetitione, ex qua obſervantia clare datur intelligi ipſoſmet recognoviſſe Cambium, Aſſecurationem, & Solutionem debitam metuiſſe exe-
100 cutionem, alias enim Aſſecuratores non fuiſſent adeo, ſupini, & negligentes, cum potius ſoleant eſſe admodum ſubtiles, perſpicaces, & prompti in perquirendis, & opponendis excuſationibus, & exceptionibus, nihilque intactum relinquere, ut debitam ſolutionem retardent,
101 *Santer. de aſſecurat. part. 4. num. 48. Stracc. eod. tract. gloſſ. 10. num. 6. Fontanell. deciſ. 243. num. 16. & deciſ. 244. num. 10. Balducc. dec. & rer. iudic. deciſ. 10. num. 16. Rot. Ianuen. deciſ. 5. num 11. verſic. quia aſſecuratus & Romana cor. Priolo deciſ. 470. num. 11 & in Romana Aſſecurationis 28. Aprilis 1705. §. fin. cor. Priolo.*

Stantibus denique prædictis, ac faciliter de medio ſublatis omnibus obiectis, quæ pro parte DD. Iachſon deducebantur viſum fuit in hac cauſa ceſſare omnem hæſitationem, & ſic non poſſe eſſe locum
102 regulæ ſtandi in dubio pro aſſecuratoribus, ut bene reſpondit *Rot. Ianuen. in deciſ. 14. num. 54. penes Balducc. deciſ. & rer. iudicat. tit. 1. de aſſecurat.* Et ita utraque, &c.

Manilius Urbani Rotæ Auditor, Prætor, & Relat.
Antonius Gabriel Calderonus Rotæ Auditor.

DECISIO LXI.

LIBURNEN. CREDITI, ET FRUCTUUM

diei 20. *Auguſti* 1729. *cor. b. m.* ADVOC. ANTONIO GRAFFIONI.

ARGUMENTUM.

Subſtantia Crediti eruitur ex Libris Mercantilibus, qui quacumque carentes exceptione plenam faciunt probationem. Intereſſe ex mutuo *Liburni* habito perceptum dici non poteſt exceſſivum ſi a Lege Principis, vel Mercatorum conſenſu conſtituatur, & Intereſſe huiuſmodi non ſolutum ipſo facto in mutuum convertitur.

SUMMARIUM.

1 *Quando agitur de Libris Mercantilibus, contra quos nulla adducitur exceptio plenam dicti Libri faciunt probationem.*
2 *Hoc per Statutum Florentinum conſtituitur.*

3 *So-*

3 *Solemnis scriptura publico Instrumento aequiparatur.*
4 *Anatocismus iure naturali, Divino, & civili damnatur.*
5 *Interesse dici non potest iniustum, atque excessivum, si a Lege Principis & comuni Mercatorum consensu statuatur.*
6 *Interesse ex mutuo* Liburni *habito percipi potest etiam sine iustificatione requisitorum Pauli Castrensis in Leg. 3. ff. de eo quod certo loco.*
7 *Usuras usurarum expresse Lex civilis vetat.*
8 *Quando in mutuo prima usurae & interesse requisitis Pauli Castrensis innituntur; interesse huius mutui non solutum ipso facto in mutuum convertitur.*
9 *Conventio Partium in caeteris omnibus contractibus mutuo excepto requiritur ut fructus decursi, & non soluti in Capitale pariter fructiferum convertantur.*
10 *Conventio nil aliud est quam in eamdem rem utriusque Partis consensus.*



Iferimmo sotto questo giorno all'Illustrissimo, e Clarissimo Senato doversi confermare la sentenza del Sig. Auditore di Livorno del dì 2. Marzo 1727. conforme quella per sentenza definitiva di detto Supremo Magistrato restò confermata.

Contiene detta Sentenza due capi, uno favorevole alla Ragione cantante in nome de' Sigg. Bernardo Seniè concernente la canonizazione del suo credito quanto alla sostanza contro i Deputati della Ragione fallita di Gio. Batista Castinel Figlio, che impugnarono questo credito; e l'altro contrario a detta Ragione Seniè escludente il privilegio di poziorità, ed anteriorità preteso da detta Ragione, ed ordinante, che questo credito dovesse andare in concorso con gli altri Creditori a soldo, e lira in conformità dello Statuto Fiorentino nel Trattato *de cessantibus, & fugitivis*.

Successivamente fu chiesto dai Deputati della Ragione fallita di Castinel figlio il motivo di questa seconda parte della nostra Relazione a loro favorevole, con espressa dichiarazione, che non volevano, che nel medesimo vi fosse toccato alcun fondamento, che concernesse la prima parte a loro contraria, e così fu fatto, e dato loro il Motivo.

In oggi è stato chiesto dai Rappresentanti la Ragione del Signor Bernardo Seniè il Motivo della prima parte di detta sentenza a loro favorevole. Ed in un congresso infra di noi segretamente tenuto, mi è stato commesso da questi miei Sigg. Corrispondenti di distendere un breve Motivo di questa nostra Relazione, e di quelle eccezioni, che furono opposte contro la sostanza di questo credito, quali non abbiamo creduto essere rilevanti, di maniera che altro non resti, che per mezzo di Perito Calculatore fare il conto dei detti libri del Dare, e dell'Avere per liquidare detto credito, e vedere, se resti nella somma

ma

ma di pezze 7059. 4. concordemente viene sommato ne' libri dell'una, e dell'altra Ragione.

Il fondamento di così riferire ci fu dato dalle partite de' Libri dell'una, e dell'altra Ragione, ne' quali Libri d'amendue queste Ragioni vien dato crediro alla Ragione del Sig. Bernardo Seniè di pezze 10000. di sorte, e respettivamente debito alla Ragione Castinelli, ed in oltre viene acceso creditore il medesimo Sig. Seniè degli annui frut-
1 ti a ragione di 6. per 100. e similmente creati debitori i Sigg. Castinelli, onde trattando noi dei Libri Mercantili, e legalmente tenuti, contro dei quali non si adduceva alcuna eccezione, nè pareva, che si potesse addurre, non abbiamo avuto alcun ombra di difficoltà, che pienamente non facciano prova, sì attesa la Consuetudine di tutta l'Italia, per le autorità addotte dal *Rubeo nell'annotazione alla Rota Romana decis.* 345. *al num.* 108. *part.* 9. *recent.* a cui aggiungo *il Paolucc.*
2 *differt.* 50. *num.* 225. *art.* 1. *e la decis.* 58. *num.* 5 *part.* 18 *recent.* sì attesa la disposizione speciale dello Statuto Fiorentino *Monsig. Ansald. nel suo discorso generale dopo il Trattato de commerc. & mercat. num.* 94. oltre gli addotti dal *Savell. nella somma al* §. *Libri num.* 1. *& seqq.*

Specialmente poi attesa l'Apoca dell'obbligazione fatta da Gio. Batista Castinel figlio, sopra il di cui Patrimonio pende il presente Concorso, e sindacato; mentre che questi per apoca privata restimoniata, e riconosciuta per mano di pubblico Notaro sotto dì 30. Aprile 1717. si obbligò solennemente, ed in solidum a questo debito di pezze 10000. di capitale, e di pezze 6948. soldi due, e denari cinque d'interessi fino allora decorsi, e per tutti gli altri, che fossero per decorrere nell'avvenire: onde che dispuriamo della sostanza del Debito, mentre che ne abbiamo una solenne scrittura, la quale è equivalente ad
3 un pubblico Istrumento, *Leg. scripturas Cod. qui potior. in pignor. habeantur Altimar. de nullit. contract. tom.* 3. *rubr.* 1. *quaest.* 5. *num.* 102. ove pienissimamente si allegano i Concordanti. E calcolando da questo giorno, e sopra questa somma, tanto i frutti, che sono decorsi in avvenire, che i pagamenti fatti fino al giorno del fallimento, si rende anche facile la liquidazione di questo credito.

Nè a noi furono opposte contro questi fondamenti, che due eccezioni riguardanti unicamente il frutto di questi crediti. La prima si era l'ingiustizia di questa tassa di frutti alla ragione troppo eccessiva di 6. per 100. alla qual somma neppure era verisimile, che fosse asceso il Cambio reale per le fiere, onde molto meno pareva, che dovesse fruttare un semplice mutuo, come era questo credito, a cui mancava qualunque altro titolo vero, e sussistente.

La seconda eccezione era l'usura, atteso, che il frutto di 6. per 100. non era stato solamente calcolato ogni anno sopra il capitale delle

le pezze 10000. in questi Libri, ma eziandio sopra degl' interessi non pagati; onde pareva loro, che fosse innegabile l'usura, e l'anatocismo 4
tanto dannato dal diritto Divino, e naturale, ed anche dalle medesime Leggi Civili, sopra di che allegavano il *Testo nella Leg. final. Cod. de usuris*.

Ma da noi, nè l'una, nè l'altra di queste eccezioni sono state stimate di veruu peso. Imperciocchè quanto alla pretesa ingiustizia, ed eccesso di 6. per 100. abbiamo considerato, che questo affare fu trattato in Livorno, uno dei più celebri Porti, e Piazze mercantili d'Italia, in cui quotidiane, e pronte tutto dì sono le occasioni d' impiegare il suo denaro, non solo nei Cambi correnti per le Piazze, e per le Fiere, ma eziandio nei Cambi maritimi, nell'assicurazione delle Navi, nella compra delle merci all'ingrosso, e in altri traffichi, e negoziazioni lucrosissime, dalle quali se ne ritrae assai più di utile, e di guadagno, che il 6. per 100. onde attesa questa pronta occasione, ed in ogni tempo apparecchiata d' investire i denari, fu convenuto infra i Mercanti di quella Piazza, che per qualsivoglia pagamento ritardato si debba pagare il frutto a ragione di mezzo scudo per 100. il mese, e di 6. per 100. l'anno, siccome furono fatte le convenzioni fra di essi colla Regia approvazione dei nostri Reali Sovrani l'anno 1674. e dipoi rinnovate, ed accresciute con nuove aggiunte, e dichiarazioni, e sempre col medesimo Regio assenso l'anno 1681. e l' anno 1718. le quali tutte vanno per mano, e si leggono stampate in Livorno in detto anno 1718. E secondo questa Tassa comunemente si procede infra i Mercanti di Livorno; ed ultimamente in questa somma fu tassato l'interesse per sentenza del Magistrato Supremo sotto dì 9. Agosto prossimo passato 1729. in Causa *Brandi Huigens, e Brandi* a relazione degl' Illustrissimi Sigg. Auditori Finetti, e Novelli, e di me infrascritto Relatore della presente Causa.

E da questa Regia Pragmatica, e convenzione de' Mercanti due conseguenze necessarissime ne insorgono. La prima, che non si può 5
tacciare di eccessivo, ed ingiusto quell' interesse, che vien tassato dalla Legge del Principe, e dal comun consenso, e convenzione dei Mercanti, *Giballin. de usur. lib. 2. cap 5. artic. 9. consec. 2. in princ. & in §. final*, e la seconda, che dal solo mutuo in Livorno si può pigliare l' interesse senza giustificazione dei requisiti di *Paolo di Castro nella Leg. 3. ff. de eo quod certo loco*, concorrendovi circostanze equivalenti a detti requisiti per legittimare, e giustificare bastantemente il suddetto interesse, come fermano *Monsig. Ansald. di bon. mem. de commerc. & mercat. disc. 67. num. 9. L' Illustrissimo Sig. Audit. Bonfini ad Bannim. in supplet. ad cap. 14. num. 15. & seq. la Rota di Lucca appresso il Palm. decis. 97. num. 8. e 9.* ed alcune volte la *Sacra Rota di Roma* ha ammessa questa dottrina recedendo in parte dal suo antico rigore,

come

come appreſſo *Monſig. Anſald. deciſ. 65. impreſſa dopo il Salgad. nel laberint. deciſ. 215. dell' ultima impreſſione, dopo il Coſtant. ad Statut. Urb. deciſ. 27. num. 12. ed appreſſo il ſuddetto Palm. deciſ. 112.*

E di quì naſce la riſpoſta all' altra obiezione dell' *Anatociſmo*, perchè l' *Anatociſmo* ſi è quando ſopra il Mutuo ſi ſanno correre l' uſure ſenza i requiſiti eſpreſſi di *Paolo di Caſtro*, o ſenza le circoſtanze equivalenti a detti requiſiti, e ſopra queſte uſure non pagate ſi fanno
7 correre nuove uſure. In queſto caſo quantunque la Legge Civile permetta quelle uſure contro ogni diritto Divino, naturale e canonico; l' uſure però dell' uſure ſono cotanto odioſe, ed abominevoli anco alla
8 Legge Civile, che neppure eſſa le tollera, ma eſpreſſamente le vieta nella *d. Leg. final. Cod. de uſur.* Ma queſto non procede quando nel Mutuo le prime uſure, ed intereſſe ſono giuſtificate dai requiſiti di *Paolo di Caſtro*, o dalle circoſtanze, che ſono equivalenti a detti requiſiti, come nel caſo noſtro; perchè in queſto caſo l' intereſſe di queſto mutuo non pagato, eſso ancora *ipſo facto* ſi converte in mutuo, ed in conſeguenza da eſso ſi dee un altro intereſse per tutti quei requiſiti, che tendono lecito l' intereſse nel mutuo, come in termini di mutuo il *Gibalin. de uſur. lib. 2. cap. 5. artic. 9. confeſt. 4. in princ. & in §. quando tamen* ove allega *Ant. Fabro il Leotard.* ed altri, ed in ſimili termini dottamente prova l' *Illuſtriſſimo Sig. Audit. Caſaregi diſc. 49. num. 5. e 7.* ed alle dottrine da eſso allegate al *num. 2.* cioè del *Teodoro*, del *Roſa*, del *Guzman*, del *Naguerolo*, del *Gallo*, e del *Berlichio* aggiungo le pieniſſime *deciſioni 346. e 368. avanti il Card. Caprar. di felice mem.*

Nè oſta, che a queſto effetto ſi richiegga la convenzione delle Parti. Imperciocchè tralaſciando di dire, che ſe queſto intereſse d' intereſse foſse illecito, ed uſurario ſenza la convenzione delle Parti, lo ſarebbe ancora con queſta convenzione, la quale per ſe ſola non è va-
9 levole a render lecito ciò, che è illecito. E tralaſciando ancora, che la convenzione delle Parti ſi richiede negli altri contratti fruttiferi per ridutre a capitale parimente fruttifero i frutti decorſi, e non pagati, ma nel Mutuo non è così, perchè gl' intereſſi leciti, e non pagati, tutti ſi convertono in Mutuo *ipſo facto*, e ſenza altra dichiarazione, onde tutti queſti requiſiti, che giuſtificano l' intereſse nel Mutuo lo giuſtificano tanto per la ſorte, quanto per queſti intereſſi non pagati, come appunto ſi dice nel Cambio, in cui gli annui frutti propriamente non ſono frutti, ma tutti ſono Cambio, e ſorte principale di Cambio.

Ceſſa ogni difficoltà nel caſo noſtro, perchè coſta dalle convenzioni infra le Parti atteſe le *Partite* di concordia nei Libri dell' una, e dell' altra Ragione, nei quali fin da principio ſi è dato credito, e
10 debito concordemente di queſt' intereſſe. Adunque tale è ſtata fra di

loro

loro la convenzione, non essendo la convenzione che un consenso uniforme di amendue le Parti nella medesima cosa, *Leg.* 1. *ff. de pact. Leg.* 3. *ff. de pollicitat.* colle sue concordanti.

E così l'una, e l'altra Parte informante ec.

Diotisalvi Mercati già Neroni.
Antonio Graffioni Relatore.
Gio. Galeazzo Gerini.

DECISIO LXII.

CORTONEN. REIVINDICATIONIS, SEU REGRESSUS.

diei 14. *Septembris* 1733. *cor. bo. mem. Dom.* AUDIT. MANILIO URBANI.

ARGUMENTUM.

Dividens, vel Permutans ob evictionem passam in Bonis sibi per divisionem vel permutationem addictis, non habet Regressum ad alia Bona, quæ condividenti, seu conpermutanti obvenerunt, quoties Bona hæc subhastata fuere, ac Tertio licitatori deliberata in vim sententiæ graduatoriæ; Quæ quidem sententia dici non potest notorie iniusta, ex eo quod Iudex denegaverit Regressum ad Bona evicta, quotiescumque non Regressus, sed solum Actio ad interesse semper fuit in Iudicio petita, licet in petitione adpositæ fuerint solitæ clausulæ salutares; quarum vigore quando effectus magis proficuus resultet, ac Iudex supplere debeat, dilucide explicatur.

SUMMARIUM.

1 *Divisio est species Permutationis, & adducitur ratio* num. 2.
3 *Permutans, qui evictionem passus fuit in Bonis permutatis habet regressum ad Bona propria per Rei Vindicationem,*
4 *Quod procedit quando Bona permutata adhuc existunt, penes Permutantem.*
5 *Si enim penes eum non existant, datur solum actio ad interesse.*
6 *Auctoritates contrariæ in quibus terminis procedant?*
7 *Emens Bona divisa inter Fratres absque conventione Regressus, ac postea subhastata, debet esse tutus ab omni molestia dummodo alienatio sequuta sit ex titulo valido, secus si ex titulo invalido*, num. 9.
8 *In præiudicium Tertii denegatur minori in integrum restitutio.*
10 *Vigore clausularum salutarium* deducens &c. ius, & iustitiam ministrari &c. *censetur in Iudicium deducta quælibet actio magis utilis, & proficua.*

11 *Et Iudex tenetur supplere in Iure, si quid a litigatoribus minus fuerit dictum.*

12 *Virtus prædictarum clausularum quando locum habeat, & quando non?* & num. 13. 14. & 15.

16 *Iudex non tenetur interponere suum officium non petitum in facto ei prorsus ignoto, sed debet sequi ea, quæ probantur a Partibus.*

17 *Permutans, evicta re permutata, agere potest, vel rei vindicatione, vel ad interesse.*

18 *Per electionem unius ex istis actionibus, altera remanet sublata, cum sint incompatibiles inter se.*

19 *Qua stante incompatibilitate, inanis remanet virtus clausularum salutarium.*

20 *Actor, qui ad normam formularii Florentini egit semper in Iudicio pro æstimatione evictionis passæ, nequit opponere defectum supplementi Iudicis.*

21 *Pro evictione passa in Bonis divisis regulariter datur actio ad pretium rei evictæ.*

22 *Ad hoc ut sententia dici possit notorie iniusta, debet esse contra casum legis, non autem contra communem DD. opinionem.*

23 *Hæres non est solutus ab evictione ob beneficium Legis, & Inventarii, si de illius legitima confectione non doceat, & de Bonis in Inventario contentis rationem non reddat.*

24 *Et pro reddenda ratione non tenetur Iudex terminum præfigere quando Hæres est Actor, secus quando est Reus.*

25 *Si is, qui concursum efformavit passus fuerit poni Bona sub hasta, eorumque pretium erogari in satisfactionem Creditorum posteriorum, hypothecam remisisse censetur.*

26 *Quando deliberatio facta fuit favore Tertii non Creditoris, non datur Creditori posteriori Ius offerendi.*



Idetur confirmanda sententia lata iuxta Votum Illustrissimi Domini mei Fiscalis Luci, cuius rationes plene approbo favore D. Equitis Sernini, & revocanda altera sententia D. mei Auditoris de Cafitregis, cum fundamenta in suo Motivo deducta non subsistant; licet enim verum sit, quod divisio est species permu-
1 tationis, *gloss. in Leg. si familia* 14. *Cod. famil. hercisc. Menoch. cons.* 91. *num.* 34. 35. *Gusman. de evict. quæst.* 35. *sub num.* 6. *versic. quia divisio Mangil. eod tract. quæst.* 114. *num.* 1. *versic. ratio est Rot. coram Caprar. decis.* 288. *num.* 2. ea ratione quia pars rei communis in to-
2 tum uni concessa videtur permutata cum parte alterius rei, quæ in totum assignatur alteri, *Corn. cons.* 197. *num.* 22. *lib.* 1. *& cons.* 108. *in princip. lib.* 3. quodque is, qui passus fuit evictionem in bonis permu-

mutatis in vim actionis rei vindicationi habeat regressum ad bona pro-
pria in permutationem alteri data, iuxta *text.* expressum in *Leg.* 1. *Cod.*
de rei perm. Bursatt. cons. 173. *n.* 19. *lib* 2. *Gusman. de evict. quæst.* 29. 3
num. 10. *& seq. Gob. consult.* 109. *num.* 1 *& seq. & consult.* 135. *a*
num. 4. *ad* 8. cum aliis ex adverso allegatis.

Nihilominus postrema hæc Iuris conclusio sicuti de plano proce-
dit, quando bona permutata adhuc existunt penes permutantem, ita so-
lemnem limitationem recipit, quando prout hic, dicta bona non repe-
riuntur amplius penes permutantem, sed per evictionem, venditionem,
seu, ob alium contractum, dominium, & possessionem, iusto, & one-
roso titulo, non autem gratuito transferentem, sunt penes tertiam per-
sonam; nam in his terminis, quicquid nonnulli contrarium teneant re- 4
legendi, apud *Altimar. de nullit. contract. rub.* 1. *part.* 2. *quæst.* 16.
num. 54. *& §. quæ conclusio tom.* 4. Verior tamen, ac magis recepta
DD. sententia est, quod dicta actio rei vindicationis, seu regressus ad bona
permutata non detur, sed solum actio ad interesse ob *text.* clarum in 5
Leg. cum precibus 4. *Cod. de rer. permutat.* quem communiter sectantur,
præ cæteris *Bald. ibid. num.* 1. *recte Caball. cons.* 5. *per tot. lib.* 1. ubi
est aliud consilium sapientis, egregie de more *Card. De Luca de empt.*
& vendit. disc. 20. *per tot.* qui respondit contrariis *Rot. Roman. ad*
eundem tom. 1. *lib.* 7. *decis.* 20. *num.* 2. 3. 4. *Mangill. de evict. quæst.*
140. *num.* 8. *&* 9. *Gob. consult.* 135. *num.* 17. *tom.* 1. *Merlin. contr.*
38. *per tot. lib.* 1. *Hodiern. ad Surd decis.* 173. *num.* 1. *de Franch.*
decis. 34. *num.* 1. *ubi Ricc. & Carol. Ant. De Luca num. pariter* 1. cum
aliis per *Altimar. de nullit. contract. rubr.* 1. *part.* 2. *d. quæst.* 16.
num. 61. *tom.* 4.

Non obstant auctoritates in contrarium allegatæ in principio, quia
illæ militant, seu intelligendæ sunt, quando res permutata existit pe-
nes tertium lucrativo titulo possidentem, ut iam diximus, vel quando
in permutatione conventus est expresse regressus in casu evictionis ad 6
rem permutatam, vel quando adest expressa anterior hypotheca, seu
obligatio generalis omnium bonorum, cum clausula constituti, pro
observantia contractus, in quibus circumstantiis regressus petitus conce-
ditur, *Card. De Luc. de empt. & vendit. d. disc.* 20. *a num.* 5. *ad finem*
Gob. d. consult. 135. *num.* 20. *&* 21. *tom.* 1. *Rot. Roman. ad eum tom.*
1. *lib.* 7. *decis.* 20. *num.* 5. 6. *&* 7. *Post. resolut.* 99. *num.* 10. *cum*
seq. Altimar. de nullit. contract. tom. 4 *rub.* 1. *part* 2. *quæst* 16. *n.*
62. 63. *&* 73. *Surd. decis.* 173. *num.* 28. *&* 29. *Hodiern. ad eum d.*
decis. 173. *num.* 1. *Rot. in recent. decis.* 241. *num.* 4. *part.* 8. *decis.*
142. *num.* 6. *&* 7. *part.* 14. *decis.* 91. *num.* 1. *&* 2. *part.* 16. *&*
decis. 674. *num.* 2. *part.* 18. *& coram Falconer. tit.* 11. *de empt. &*
vendit. decis. 8. *num.* 1. *& num.* 6. *tom.* 1.

Unde cum bona, de quibus agitur fuerint inter fratres divisa,
absque dictis circumstantiis, seu absque conventione regressus ad eadem bona pro coæquatione partium, in casu evictionis, & postea in
concursu Creditorum Marci Antonii fratris ab ipsomet Petro Laparelli
7 Seniore introducto rite, ac recte posita fuerint subhasta, & addicta
maiori oblatori D. Equiti de Serninis, videtur iste tutus, & absolvendus ab omni molestia, & actione promota a Petro Iuniore de Laparellis, iuxta d. *text. in Leg. 4. Cod. de rerum permutat. Gob. d. consult.*
8 109. *num.* 16. *&* 17. ubi, quod in præiudicium tertii denegatur etiam
minori restitutio in integrum, cum aliis auctoritatibus iam superius
relatis.

In nihilum relevante, quod prædicta favore D. de Serninis procederent si alienatio rei permutatæ, & ipsi deliberatæ sequuta esset ex titulo valido, secus, si ex titulo invalido, & nullo, hoc est in vim sen-
9 tentiæ notorie iniustæ, & nullæ, ut communiter admittunt *Salgad. de regia protect. lib. 4. cap. 14. num. 39. 51. & 52. usque ad 69. Mangill. de subhast. quæst. 153. n. 25. 26. & 27. Giurb. observ. 55. n. 15. Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 6. num. 3. 4. & 9. Rot. post Constant. ad Statut. Urb. decis. 183. num. 16. & seq. Posth. de subhast. decis. 220. num. 6. coram Rembold. decis. 388. per tot. & coram Molines decis. 825. n. 1. & 2.* cum aliis in contrario motivo allegatis §. *nam omisso.*

Quæ notorii sententiæ iniustitia ex eo elicitur, quod pro evictione sequuta in parte bonorum paternorum obventa d. D. Petro Seniori de Laparellis autori mediato D. Petri Iunioris, Iudex concursus bonorum assignatorum d. Marco Antonio fratri, & Propatruo respective, frustra ob existentiam anteriorum Creditorum assignaverit gradum dicto Petro, iuxta propriam anterioritatem, ad effectum obtinendi petitam coæquationem portionis evictæ in quantitate, seu pretio retrahendo ex bonis, sub deliberatione cadentibus, quando ipse utiliter poterat, & debebat supplere concedendo eidem Petro tutum regressum ad bona permutata ad ratam evictionis passæ vigore clausularum salutarium
10 positarum in fine suæ petitionis, nempe, *deducens &c. Ius, & Iustitiam ministrari, non se adstringens &c. omni &c.* quarum vigore censetur in Iudicium deducta quælibet actio, seu quodlibet remedium magis uti-
11 le, & proficuum Actori, quod Iudex sequi tenetur, cum supplere debeat, tam in Iure communi, quam municipali, ut ait *text. in Leg. unica Cod. ut quæ desunt Advocatis*, & in terminis dictarum clausularum advertunt *Alexand. cons. 208. num. 3. lib. 7 Menoch. de præsumpt. præsumpt. 52. num. 4. lib. 1. Costant. de remed. subsid. prælud. 8. num. 3. Rot. decis. 807. num. 2. coram bo. me. Molines.*

Responderetur etenim, præfatas clausulas salutares id operari, vel quando narrato, seu expresso facto, petitum fuit generaliter ius; &
12 iustitiam ministrari &c. *omni meliori modo &c.* absque eo quod fuerit
inten-

intentata aliqua specialis actio, seu remedium actori competens, ut loquuntur *Alexand. & Costa* ex adverso allegati, vel quando ex narratione facti oritur aliqua iuris præsumptio a Parte non allegata, supplenda a Iudice, ut observat *Menoch. de præsumpt. superiori pariter loco allegatus* & confert *Rot. cor. Molines decis.* 807. *num.* 2. cui additur 13
decis. 213. *n.* 1. *&* 2. *part.* 19. vel demum, quando plura fuerunt Iudici narrata, & unum tantum in libello conclusum, quo casu potest ferri sententia super alio contento in narratis, ut firmat *Borgnin. Cavalcant. decis.* 23. *num.* 24. 14

Secus autem, quando fuit Iudici narratum factum, & specialiter promota certa, & legitima actio Actori competens, quo casu Iudex non tenetur supplere, quia cessat virtus dictarum clausularum, ut punctualiter firmant *Paris. cons.* 131. *num.* 12. *&* 13. *lib.* 1. *Surd. consult.* 15
273. *num.* 23. 24. *Honded. cons.* 68. *num.* 48. *in fin. Barbos. de claus. claus.* 76. *num. in princ. & in fin. Pacific. de Salvian. inspect.* 1. *cap.* 3. *a num.* 62. *ad* 65. *Pacion. de locat. cap.* 65. *num.* 65. *Gratian. dec. Marcb.* 137. *num.* 18. *& decis.* 193. *num.* 8. *&* 9. *Borgnin. Cavalcan. d. decis.* 23. *sub num.* 24. *erga finem Mass. ad decis. Cartar. observat.* 41. *num.* 11. *tom.* 1. *Rot. coram Manzaned decis.* 751. *num.* 3. sed iuxta ea, quæ proponuntur respondere debet, *Text. in Leg. defuncta ff. de usufruct. Rot. in recent. decis.* 213. *num.* 1. *part.* 19. *& cor. Molin. d. decis.* 807. *num.* 2.

Iste vere est casus noster, quia d. D. de Lapirellis in eius Libello, seu petitione expertus fuit certam actionem ad pretium, seu interesse, illamque semper fuit prosequutus, usque ad finem Iudicii, non autem petiit rei vindicationem, seu regressum, unde Iudex non poterat, nec debebat supplere, tunc quia illi erat prorsus ignotum factum illud, quod ex promota actione nequiret actor ex pretio bonorum distrahendorum retrahendo, consequi suam plenariam satisfactionem, quodque potius habere fructum terræ, quam pecunias esset vere sibi utilius, 16
Bartol. in Leg. 4. §. *hoc autem iudicium ff. de damn. infect. sub num.* 2. „ ibi „ *aut potest pretendere probabilem ignorantiam, & non tenetur* „ hoc est interponere suum officium non petitum, *idem in Leg. unica Cod. ut quæ desunt Advocat. num.* 1. *& sub num.* 4. *versic. alias Bald. ibidem num.* 12. „ ibi „ *in nullo autem casu debet supplere de facto, sed debet sequi ea, quæ probantur a Partibus* „ *Vinciol. decis. Maceraten.* 110. *num.* 62.

Tum quia unam, vel alteram actionem promovere, iuxta iuris dispositionem erat in eiusdem Petri libera electione, ut firmant in individuo, *Bursatt. consult.* 173. *num.* 19. *&* 31. *tom.* 2. *Gob. consult.* 135. *num.* 8. *in fin. tom.* 1. *De Luc. ad Franc. decis.* 34. *num.* 2. *idem ad* 17
Gratian. cap. 3. *num.* 7. §. *permutata in fin. Altimar. de nullitat. contract. rub.* 1. *part.* 2. *quæst.* 16. *num.* 57. *tom.* 4. *Rota in recent. decis.* 142.

142. *num.* 8. *part.* 14. & per electionem unius actionis, seu remedii alternative eidem concessi, alterum sublatum remanebat, cum essent inter se incompatibilia, *Bursat. cons.* 428. *per tot. & signanter num.* 14. 16.
18 *&* 18. 20. 26. *&* 27. *Marescott. var. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 12. *in fin. Caren, resolut.* 228. *num.* 5. ubi quod cumulari non possunt in eodem libello *Altograd. contr.* 77. *a num.* 15. *ad* 18. *& contr.* 87 *num.* 13. *&* 14. *idem in eius unica decis. post controv. num.* 121. *Hermosill. ad Lopez. gloss.* 1. *Leg.* 32. *num.* 61. *in fin. & seq. Rot. coram Seraphin. decis.* 1114. *sub num.* 2. *versic. verum & num.* 4. qua stante incompatibilitate inanis remanebat etiam virtus dictarum clausularum, in spe-
19 cie *Paris. cons.* 7. *num.* 21. *tom.* 1. *Honded. cons.* 68. *num.* 46. *&* 47. *tom.* 2. *Caren. d. contr.* 228. *n.* 4. *in fine & n.* 5. *pariter in fine primi* §§. *Postb. d. resol.* 99 *n.* 21. *Hermosill. ad Lopez loco superius cit. in fin.*

Tum etiam quia Iudices compromissarii in eorum Laudo super divisionibus statuerunt, quod fratres dividentes tenerentur reciproce de evictione, iuxta Formularium Florentinum, quod in litera tribuit solum in casu evictionis æstimationem, seu valorem rei evictæ in pecunia numerata, pro rata illius; adeoque, dum Actor ad normam dicti Laudi, & Formularii egit semper in Iudicio pro æstimatione evictionis passæ, multo minus opponere potest de defectu supplemen-
20 ti Iudicis, qui ex nullo modo actitatis non valet supplere, in puncto *Bald. in d. Leg. unica sub num.* 4. *vers. sed ex nullo, & num. seq. Cod. ut quæ desunt Advocat. &c.* imo Iudici recte innotescebat, quod pro evictione passa in bonis divisis regulariter datur actio ad pretium rei
21 evictæ, prout edocent *Peregrin. de Fideicomm. artic.* 52. *num.* 55. *Fusar. de substit. quæst.* 599. *num.* 14. 15. *Michalor. de fratrib. part.* 3. *cap.* 39. *num.* 22. *Gusman. de evict. quæst.* 32. *num.* 24.

Ex quibus omnibus recte patet sententiam d. D. Iudicis fuisse validam, & iustam, non autem iniustam notorie, ut perperam dicebatur, nam ad hoc ut sententia Iudicis redargui possit de notoria iniustitia deberet esse contra casum legis, neque sufficeret esse latam contra communem Doctorum opinionem, quæ tamen haberet contradictorem, vel esset contro-
22 versa, *Surd. cons.* 405. *num.* 21. *cum seq Corat. de commun. opin. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 18. *Niger. de except. cap. pariter* 12. §. 13. *num.* 28. *&* 29. *cum aliis late deductis per Altimar. de nullitat. sentent. rubr.* 13. *quæst.* 29. *per tot. & signanter num.* 8. 14. *&* 15. *tom.* 1.

Obstant denique intentioni d. D. de Laparellis, præ cæteris alia duo, primum nempe, quod ipse, qui efformavit concursum super bonis d. Marci Antonii Patrui fuit illius hæres, proindeque in casu, quo per hypothesim non admittendam obtinere posset prætensum regressum ad bona iam solemniter translata in D. de Serminis, sub fide hastæ publicæ, deberet tantundem eidem reficere pro illius evictione, a qua
23 non est solutus ob beneficium *Legis, & Inventarii*, dum de illius legiti-

gitima confectione non docuit, & de bonis in Inventario contentis rationem non reddidit, prout reddere debebat *Rota in recent. decis. 386. num. 11. part. 15. decis. 382. num. 5. part. 19. tom. 1. decis. 417. n. 13. & 14. & decis. 611. num. 16. part. 19. tom. 2. & post. De Luca de testament. decis. 27. num. 4. & num. 6. tom. 1. & post Constantin. ad Statut. Urb. decis. 102. num. 67. & 68.* ubi, quod quando hæres est Actor, non est necesse, quod Iudex illi terminum præfigat pro reddenda ratione ad differentiam alterius casus videlicet, si esset reus, & pulsaretur in persona, & bonis propriis. 24

Et secundo, quatenus etiam ex divisionibus inter fratres initis resultare posset reciproca expressa obligatio generalis, aut specialis pro observantia contractus, vel expressa conventio de regressu ad res divisas, ita ut pro coæquatione, seu redintegratione ratæ evictionis passæ orta esset anterior hypotheca exercibilis contra tertium, quod prorsus exular a casu præsenti, ut superius innuimus, adhuc tamen d. D. Sernini in tuto remaneret, quia cum D. de Laparellis, qui concursum efformavit super bonis d. q. Marci Antonii passus fuerit poni ea sub hasta, & deliberatione favore d. D. Sernini, eorumque pretium erogari in satisfactionem Creditorum posteriorum, sibi præiudicium, ex propria negligentia irrogavit, & hypotecam remisit, iusta *text.* literalem in *Leg. si eo tempore Cod. de remiss. pignor. Tosth. de subhastat. inspect. 54. num. 24. Card. De Luc. de credit. disc. 35. num. 6. & seq. Card. Albit. de inconstant. in Iudic. quæst. 9. n. 28. Rot. post Constantin. ad Statut. Urb. decis. 199. num. 6. cum duob. seq.* ubi, quod si deliberatio fuit facta favore Tertii non Creditoris, prout hic, neque datur Creditori posteriori Ius offerendi. 25 26

In cæteris me habeo remissive ad votum D. mei Fiscalis Luci.

Et ita utraque &c. *Manilius Urbani Rotæ Auditor.*

Antecedens decisio, quæ emanavit in hac Causa *cor. bo. me. Audit. Casareg.* revocata in hac Decisione impressa reperitur in tractatu Commercii eiusdem *Casaregii tom. 4. disc. 200.*

DECISIO LXIII.

FLORENTINA CAMBII.

diei 18. *Februarii* 1734. *cor. b. m.* D. ADV. PETRO ANTONIO GIOIA.

ARGUMENTUM.

Fideiussor, qui cum Iuramento, & tamquam principalis Debitor accessit contractui Cambiario, recte potest compelli ad sortis, & fru-

fructuum solutionem, quamvis Cambium sit obliquum, & a Filiofamilias sine Patris consensu celebratum.

SUMMARIUM.

1 *Creditor potest agere contra Fideiussorem ac si cum illo directe contraxisset.*
2 *Fideiussor astringitur ad solvendum iisdem modis, quibus cogitur principalis Debitor.*
3 *Et quando Contractui tamquam principalis accessit, obstringitur, etiamsi contractus sit nullus respectu principalis Debitoris.*
4 *Dispositio Senatus Consulti Macedoniani locum habet in Cambio obliquo aeque, ac in Mutuo, atque prodest etiam Fideiussori in solidum obligato.*
5 *Limita, si Fideiussor cum iuramento ad observantiam contractus fidem suam devinxerit.*
6 *Ad essentiam autem Iuramenti sufficit quoquomodo facta declaratio se velle iuramenti religione teneri.*
7 *Filius familias etiam obligatur ad observantiam contractus, si iuramentum interposuerit, præsertim in mutuo, ad cuius restitutionem in conscientia compellitur*, & num. 8. & 9.
10 *Senatus Consultum Macedonianum habet locum dumtaxat in Mutuo stricte sumpto.*
11 *Cambium propriam habet naturam, & nomen a Mutuo penitus distinctum.*
12 *Et est Contractus nominatus ab aliis Contractibus diversus.*
13 *Cambium obliquum venit sub nomine Mutui.*
14 *In iure tamen Cambium obliquum, & directum non differunt inter se, sed iisdem Legibus, subiiciuntur, & regulantur.*
15 *Dispositio Senatus Consultus Macedoniani utpote odiosa, & pœnalis, venit stricte intelligenda.*
16 *Neque debet extendi de contractu illiciti Mutui ad Cambium obliquum.*
17 *Apud magna Tribunalia non amplectitur hodie rigor Senatus Consulti Macedoniani, si non constat, quod Creditor sciens pecuniam dederit ea Lege, ut post mortem Patris sibi cum fœnore redderetur.*



Nno 1726. sub die 31. Martii Dominus Cammillus Hyeronimus Moresi accepit ad Cambium a Domino Gabriele de Cicalis summam scutorum quinquaginta cum obligatione solvendi scuta quinque pro centenario & anno usque ad dictæ sortis restitutionem.

Et pro eo ad favorem dicti Domini Cicali fideiussit Dominus Petrus Dini; qui tanquam Debitor principalis, & in solidum ad solutionem dicti Cambii, & fructuum seipsum obligavit.

Nec

Nec non ambo tam dictus Moresi principalis Debitor, quam dictus Dini Fideiussor per eamdem Apocam privatam, quam habere voluerunt vim publici, atque iurati Instrumenti sub expressa hypotheca eorum respective Bonorum initi contractus observantiam promiserunt.

In compuium fructuum dicti Cambii prædictus Dominus Moresi Principalis debitor duas fecit solutiones, quas tamen licet pluries requisitus continuare recusavit; quamobrem mortuo d. Gabriele Cicali Creditore Domina Anna illius filia, & hæres, & pro ea Dominus Bartholomæus Castellari ipsius vir, & legitimus administrator ad effectum obtinendi solutionem dicti sui crediti Cambiarii Iudicium instruxit coram Magistratu Conservatorum Legum contra antedictum Dominum Petrum Dini Fideiussorem, Causaque mihi ad referendum commissa prædictum Dominum Dini ad solvendum sortem, & fructus dicti Cambii ad favorem prædicti D. Castellari condemnavi.

Motus ad ita sentiendum, quia Creditori pro consequenda satisfactione sui crediti potestas est contra Fideiussorem proprii debitoris, ac si cum illo directe contraxisset, *Andreol. contr. 64. n. 26. Palm. decis. 324. num. 13. & decis. 325. num. 4. & 5. tom. 4.* uti quod Fideiussor adstringitur ad solvendum eisdem modis, quibus cogitur principalis debitor, *Rot. decis. 98. num. 20 part. 11. decis. 80. num. 4. & seq. part. 12. post Cenc. de censibus decis. 533. num. 1. decis. 547. num. 1. & 2. post Zacch. de obligat. Camer. decis. 366. num. 4. part. 18. tom. 1. recent.* 1 2

Non obstat nullitas prædicti contractus ex eo, quod Dominus Moresi Principalis Debitor tempore celebrati Cambii esset Filiusfamilias qui sine consensu Patris a Statuto requisito contrahere non poterat. Quoniam responsum fuit, quod dictus Dominus Dini accessit contractui tamquam Principalis, & in solidum obligatus, & sic effectus correus debendi remansit ad illum obstrictus, etiamsi respectu principalis Debitoris ex prænunciato defectu cambium non subsisteret, ut communiter adnorant *Pinell. in Leg 2. Cod. de rescind. vendit. part. 3. cap. 1. num. 17. Maur de Fideiussor. cap. 5. num. 17. Gratian. cap. 122. num. 10. & seq. tom. 1. Merlin. de pignor. quæst. 78. num 21. Paschal. de patr. potest. part. 1. cap. 6. num. 2. & ibi Adden. num. 12. Altimar. ad Rovit. decis. 19. num. 17. Adden. ad Franch. decis. 400. num. 10. ubi* reiicitur *Merlin. Pignatt. part. 1. cap. 55. Rot. coram Seraphin. decis. 1324. cor. Gregor decis. 321. num 4. & seq. uti Beltramin. litt b & decis. 560 num. 2. cor. Cavaler. decis. 501. num. 3. part. 5. recent.* atque in his terminis *coram Falconer. tit. 32. de Senat. Consult. Velleian. decis. 4. num 11. tom. 3. Palm. decis. 11. num. 12. & 13. tom. 1. & decis. 611. num. 4. & 5. cor. Dunozz. Iun. tom. 1.* 3

Minime attenta altera dicti Cambii nullitate proveniente a dispositione Senatus Consulti Macedoniani, quod locum habet in Cambio obli-

obliquo æque ac in Mutuo, atque prodest etiam Fideiussori simul cum
4 Filiofamilias in solidum obligato, *Mantic. de tacit. lib. 8. tit. 7. num. 7. & 9. Staiban. de interess. tit. 11. quæst. 1. num. 67. fol. 264. Sabell. in summa §. 1. Senat. Consult. num. 1. versic. quod dicta Hermosill. ad Lopez in Addict. ad gloss. 4. num. 1. & 2. fol. 53. & latius Rot. Florent. apud Palm. Nep. allegat. 347. num. 6. & seq. tom. 4.*

Etenim conclusio non procedit, ubi Fideiussor, prout hic, cum iuramento, quod ligat animam ad observantiam contractus fidem suam
5 devinxit, nam hoc in casu exceptionem Macedoniani contra obligationem a se confectam allegare non valet, ad *teoric. Bart. in Leg. si quis pro eo num. 15. ff. de Fideiussoribus Rot. post alios coram Falconer. tit. 32. de Senatus Consult. Velleian. decis. 4. num. 18. & 19.* „ ibi „ iuramentum vero excludit exceptionem tam Velleiani, de quo *Text. in cap. ex rescripto 9. extra de iur. iuran.* quam etiam exceptionem Senatus „ Consulti Macedoniani tametsi ageretur de Fideiussore in contractu „ mutui per Filiumfamilias recepti, *& decis. 5. num. 19. & seq. cor. eodem tom. 3.* „

Et dictus Dominus Petrus Dini in casu præsenti fideiussit cum iuramento dum se subscripsit Apocæ Cambiariæ, in qua legitur iuramentum pro observantia contractus & Partes voluerunt, quod ea haberet vim publici, atque iurati Instrumenti, sicut in puncto sequitur *Rot. cor. Falconer. tit. 32. de Senat. Consult. Velleian. cit. decis. 4. sub num.*
6 *16. vers. tum quia & decis. 5. num. 23. tom. 3.* „ ibi „ iuramentum „ vero intercessisse quamvis impugnaretur, manifestabit ipsa Apoca, quam „ Partes voluerunt habere vim publici, & iurati Instrumenti; nam ad „ essentiam iuramenti, quod in contractibus voluntarie adhibetur scripturæ tactus non est necessarius, sed sufficit significata voluntas interponendi religionem iuris iurandi „ *& est Text. in cap. & si custos ubi Abbas num. 3. de iur. iurand. & notant Suar. de relig. tom. 2. lib. 1. de iurand. cap. 12. Spad. consil. 308. num. 1. lib. 2. Gabr. de minor. concl. 5. num. 38. Surd. decis. 159. num. 21. Thesaur. decis. 47. Seraphin. de privil. iuram. privileg. 22. num. 116. & seq.*

Posthabitis auctoritatibus in oppositum adductis, recollectisque per *Palm. Nep. allegat. 347. 348. & 400. num. 4.* quoniam in casu ibidem examinato Cambium pretendebatur nullum a Filiofamilias, & non ab illius Fideiussore in solidum obligato, & nihilominus *Rot. Florent.* ut habetur in *d. alleg. Palm. 400. sub num. 116. versic. quibus* Causam terminavit per concordiam.

Quodque fortius stringit Filiusfamilias non apparebat iuratus pro observantia contractus; nam posito iuramento ipse quoque debet illud custodire etiam contra leges civiles, præsertim in mutuo, ad cuius resti-
7 tutionem Filiusfamilias in conscientia compellitur, *Moz. de contract. mut. column. 7. num. 16.* ubi plures allegat *Rot. coram Falconer. tit.*

de

32. *de Senato Consulto Velleiano d. decis.* 4. *num.* 10. *&* 19. ubi, quod iuramentum contra Leges civiles est indistincte observandum dummodo non vergat in dispendium salutis animæ, *& d. tit.* 32. *de Velleian. decis.* 5. *num.* 24. ubi, quod Filiusfamilias mutuum sibi factum teneatur reddere sub pœna peccati mortalis *tom.* 3. & sequitur *Paschal. in terminis de patr. potest. part.* 1. *cap.* 6. *sub n.* 17. *versic. præsertim si accedat iuramentum*, & generaliter *Rot post Zacch. de obligat. Cameral. decis.* 194. *num.* 5. *&* 6. *cor. Dunozz. tun. decis.* 611. *n.* 5. *tom.* 1. 8 9

At vero nec prætermittendum videtur Senatum Consultum Macedonianum locum habere dumtaxat in mutuo stricte sumpto, ut receptum a Filiisfamilias ittitum reddatur, *Rot. cor. Falcon. tit. de Senatus Consult. Velleian. d. decis.* 5. *num.* 7. *tom.* 3. quale certe non existit Cambium, quod propriam habet naturam, & nomen a muruo omnino distinctum *Turr. de cambiis disp.* 1. *quæst.* 7. *num.* 1. *& seq. & quæst.* 10. *num.* 7. ubi, quod Cambium est contractus nominatus ab aliis contractibus distinctus. 10 11 12

Nullatenus curata distinctione, quam expendit, *Rot. Florent. apud Palm. Nep. allegat.* 400. *ad num.* 38. *& infra tom.* 4. inter Cambium directum, & obligatum, nimirum, quod istud secundum veniat sub nomine mutui; quandoquidem in iure unum Cambium non differt ab alio in modum, quod eisdem Legibus subiiciuntur, atque regulantur, *Card. De Luc. de Cambii disc.* 16. *num.* 5. *D. Aud. Casareg. de commerc. disc.* 148. *num.* 28. *tom.* 3. 13 14

Cumque dispositio dicti Senatus Consulti, ut inquit *Baldus in Leg. sed Iulianus* §. *non solum num.* 4. *ff. ad Senat. Consult. Maced.* sit odiosa, & pœnalis merito venit stricte intelligenda, *Rot. cor. Falconer. tit.* 33. *de Senat. Consult. Velleian. decis.* 525. *tom.* 3. neque debet ampliari de contractu illicito mutui ad Cambium obliquum a communi usu, universaque Ecclesia admissum, atque approbatum *Card. De Luca de Camb. disc.* 3. *num.* 7. *vers. attamen eorum dubitatio*; prout in proximis terminis resolvit, *Rot. decis.* 548. *a num.* 8. *& infra part.* 18. *tom.* 2. *recent.* 15 16

Considerato demum hisce nostris temporibus Filiosfamilia ob acceptas mutuo pecunias non solere vitæ parentum insidiari: unde fit, quod rigor huius Senat. Consult. Macedoniani apud magna Tribunalia non amplectitur si non constat, quod Creditor sciens in luxum pecuniam dederit ea Lege, ut post mortem patris sibi cum fœnore redderetur, ad tradita per *Vinn. in* §. *illud proprie instit. tit. quod cum eo Fachin. lib.* 2. *controv. cap.* 26. *versic. sane Rot. cor. Falconer. d. tit.* 32. *de Senat. Consult. Velleian. decis.* 4. *num.* 10. *& decis* 5. *sub num.* 15. §. *ex quibus tom.* 3. sed de hoc satis cum iste non sit casus coram me agitatus. Et ita utraque &c.

Petrus Antonius Gioia Iudex Relator &c.

DE-

DECISIO LXIV.

FLORENTINA EXECUTIONIS.

dici 27. Aprilis 1736. cor. bo. me. CANCELL. BARTHOLOMÆO ARCHI.

ARGUMENTUM.

NON obstantibus Macedoniani SenatusConsulti, ac Statuti Florentini sanctionibus validus esse deciditur Contractus Cambii a Filiofamilias absque Patris consensu celebratus cum Muliere præsertim ignara qualitatis Mutuatarii, ac propterea contra Fideiussorem pro Filiofamilias in solidum obligatum executio conceditur. Declarantur tamen invalidæ obligationes Filiorumfamilias, licet annis 25. maiorum, qui Mercaturæ non addicti absque Patris consensu contrahunt.

SUMMARIUM.

1 *Apoca Cambii proprio caractere firmata tam a Debitore principali, quam a Fideiussore paratam habet executionem, vigore Statuti Mercantiæ lib. 2. rubr.* 8.

2 *Obligatione Principalis nulla, nulla est etiam obligatio Fideiussoris in solidum obligati.*

3 *Cambium obliquum nihil discrepat a Mutuo, sed promiscue accipitur præsertim ad effectum illud comprahendendi sub prohibitione Senatus Consulti Macedoniani*, num. 4.

5 *Contractus Cambii a Filiofamilias initus nullus est, uti contractus Mutui*, & num. *6.*

7 *Opinio contraria reprobatur.*

8 *Nullitas Principali Debitori competens, opitulatur etiam Fideiussori in solidum obligato.*

9 *Exceptio Senatus Consulti Macedoniani reputatur Realis.*

10 *Fideiussor opponere potest omnes exceptiones reales principali Debitori opitulantes.*

11 *Filiusfamilias, qui recepit in Mutuum a Muliere, valide obligatur.*

12 *Mulieres æquiparantur Minoribus.*

13 *Mulier mutuans si fuerit nobilis, & Forensis, senioque confecta ignorasse præsumitur qualitatem Mutuatarii.*

14 *In dubio præsumitur contrahentem cum Filiofamilias, hanc qualitatem ignorare.*

15 *Nullitas obligationis ob defectum paterni consensus a Statuto Florentino requisiti prodest etiam Fideiussori, licet in solidum obligato.*

16 *Con-*

16 *Contrarium verius est, magisque receptum.*
17 *Filiusfamilias maior 25. annis valide obligatur propter sanctionem Statuti Mercantiæ lib. 2. rubr. 11.*
18 *Sanctio tamen hæc derogare non potest Statutis Communis Florentiæ irritantibus contractus filiorumfam. absque Patris consensu peractos.*
19 *Sed dumtaxat respicere valet Mercatores, & Causas ad mercaturam spectantes.*
20 *Ac propterea obligationes Filiorumfam., qui Mercaturæ non incumbunt, nullæ sunt, si absque Patris consensu contrahantur.*
21 *Succumbens absolvi debet ab expensis tum ob articuli dubietatem, tum ob revocationem sententiæ ad eius favorem in prima instantia prolatæ*, & num. 22.



Ub die 27. Februarii 1727. nobilis Dom. Rosa Bona de Casapietis vidua relicta ab olim D. Mario de Acciaiolis sub solidali fideiussione nobilis D. Roberti de Strozzis commodavit ad Cambium D. Cammillo de Moresis scuta octuaginta, ea inita conventione solvendi annuum cambium, seu interesse scutorum quatuor, usque ad integram commodatæ sortis restitutionem. De anno vero 1735. eidem D. Rosa Bona vigore dictæ Apocæ cambiariæ per Curiam Mercantiæ contra memoratum Fideiussorem obtinuit fieri realem executionem pro scutis viginti. Revocata a D. Iudice præfatæ Curiæ eadem exequtione, cum condemnatione Creditricis in expensis, ac subinde huiusmodi Causa ad Magistratum DD. Conservatorum Legum per appellationem delata, nostroque in ea postulato suffragio, pro revocatione prioris iudicati, & confirmatione exequtionis, cum absolutione utriusque Partis ab expensis unanimiter illud tribuimus favorabile.

Fundamentum autem huiusce suffragii prodiit ex eo, quia de credito exequibili D. Rosæ liquebat ex Apoca cambiaria proprio caractere firmata tam a D. de Moresis debitore principali, quam a D. Roberto de Strozzis Fideiussore, cuius vigore executio peracta confirmari debuerat, iuxta sanctionem Statuti Curiæ Mercantiæ *lib.* 2. *rubr.* 8. 1
nec non ex traditis in terminis Chirographi Cambiarii ab *Accarif. in decis. Florent.* 50. *num.* 1. nec non etiam *in Florentina Fideiussionis* 9. *Septembris* 1711. §. *hanc inquam, cor. Illustrissimo Domino meo Audit. Bonfinio, & apud Palm. Nep. decis* 478. *num.* 1. *tom.* 5. *Urceol. dec. Florent.* 38. *num.* 1. *Catan. decis. Florent.* 6. *num.* 50. *lib. mot.* 119. *a* 397. 1. *diei* 11. *Maii* 1688.

Neque ab hac decidendi ratione nos retrahere valuit ea oppositio, nimirum, quod obligatio debitoris Principalis vitio nullitatis laboraret, 2
propterea etiam illa Fideiussoris eadem invaliditate tabesceret, licet in

solidum obligati, & consequenter dicta executio potius revocari, quam confirmari deberet.

Quod autem obligatio debitoris principalis esset invalida, ex eo plane inferebatur, quia Cambium obliquum, quemadmodum es-
3 set illud, de quo agitur, *Rot. Florentin. apud Palm. Nep. allegat.* 348. *num.* 8. 9. 10. 11. & 12. *allegat.* 351. *num.* 1. *allegat.* 400. *num.* 39. iuxta magis veram, magisque receptam Doctorum opinionem nihil a mutuo descriper, sed promiscue accipiatur, præsertim ad effectum illud comprehendendi sub prohibitione Senatus Consulti Macedoniani, ut testantur *Leotard. de usur. quæst.* 25. *num.* 18. & *seq.*
4 signanter *num.* 33. & 34. *Merend. controv. lib.* 24. *num.* 24. *num.* 2. & 3. *Turr. de Camb. disp.* 3. *quæst.* 11. *num.* 1. *De Luc. eod. tract. disc.* 3. *num.* 6. *disc.* 4. *num.* 5. *disc.* 5. *num.* 8. *vers. altera disc.* 8. *num.* 2. *discors.* 24 *num.* 9. *discors.* 27. *versic. discors.* 37. *num.* 7. *Palm. Nep. allegat.* 345. *num.* 11. *Rot. Florent. apud Eundem Palm. Nep. alleg.* 341. *num.* 15. *allegat.* 348. *num.* 8. 11. 12. *alleg.* 352. *num.* 2. *lib. motiv.* 117. *a* 321. *lib. motiv.* 127. *a* 517. & *apud Balducc. ad Ramon. decis.* 49. *num.* 17. & tandem eadem *Rot. Florentin.* plenissime, & magistraliter contrariis authoritatibus confutatis apud *Palm. Nep. decis.* 400. *per tot.* & *præsertim num.* 36. 37. 38. 39. & 40. sed D. de Morcsis tempore, quo dicti Cambii contractum inivit,
5 sub patria potestate reperiebatur, igitur attenta dicti Senatus Consulti Macedoniani prohibitione nulliter contraxit, eiusque obligatio invaliditati obnoxia evaxit, ita in puncto arguunt *Felician. de censib. lib* 2. *cap.* 2. *num.* 21. *vers attamen D. Audit. Farsetti apud Palm. Nep. al-*
6 *leg.* 347 *n.* 2. „ ibi „ & propterea Filiusfamilias in Cambio ex eo-„ dem Senatus Consul o non obligari arbitratus fui, sicut in mutuo „ & *num.* 15. *D. Audit Cavalcanti apud Palm. Nep. in allegat.* 348. *n.* 7. *vers. quoad secundum*, & *num.* 15. & *fere per tot.* ubi reprobat contrarios, & signanter confutat *Motivum D. Audit. Urceoli*, qui tan-
7 quam Iudex Curiæ Mercantiæ in eadem Causa, & in prima instantia pro validitate obligationis Filiifamiliæ in Contractu cambii iudicatum protulit, eadem *Rot. Florent. d. lib. motiv* 127. *a* 517. *Palm. Nep. alleg.* 351. *num.* 8. *vers. utrumque*, & *num.* 9. *alleg.* 352. *num.* 3. *vers. si autem* „ ibi „ si autem negari minime potest, quod Contractus no-„ ster a mutuo inceperit, clare apparet, quod statim in suo initio com-„ prehensus remansit sub Senatus Consulti Macedoniani dispositione, „ & ideo quod obligatio D. Equitis Cosmi oriri non potuit, & si nul-„ la fuit obligatio Cosmi „ *ead. Rot. Florent. apud Palm. Nep. d. allegat.* 400. *n.* 30. *n.* 60. 61. 62. & *plurib. seq.* ubi, ad exuberantiam *Rot. Florent. lib. motiv.* 217. *a* 321. §. *nec obstare*, cœterique superius relati. Quod vero huiusmodi nullitas principali debitori competens

opi-

opituletur etiam Fideiussori in solidum obligato, desumebatur ex dispositione *Text. in Leg. sed Iulianus 9. ff. ad Senat. Consult. Macedon.* 8
ubi idem ait „ si duos reos accepero, Filiumfamilias, & Titium, cum „ ad Filiumfamilias esset perventura pecunia, ideo autem Reum Titium acceperim ne quasi Fideiussor auxilio Senatus Consulti uteretur „ utilem esse exceptionem adversus fraudem dandam „ ibique *gloss. in verb. quasi Fideiussor Mantic. de tacit. lib. 8. tit. 7. num. 7. & Rot. Florent. apud Palm. Nep. alleg. 347. num. 6.* „ ibi „ cum certum videatur nedum ipsam Filii Familias obligationem, sed etiam fideiussoriam, etiamsi Fideiussor uti principalis correus se obligasset, si pecunia ad Filiumfamilias pervenit irritam, & invalidam esse, & utili Macedoniani exceptione Creditorem adversus Fideiussorem, seu „ correum principalem agentem esse reiciendum „ *& allegat. 348. num. 30. Staiban. de interess. tit. 11. quæst. 1. num 67. fol. 264. Sabell. in summ. divers. tract. §. Senatus Consult. num. 1. versic. quod dicta Christin. decis. Belgic. 35. num. 5. vol. 3. Hermosill. ad Lop. in addit. ad gloss. 4. num. 1. & 2. fol. 53.*

Potissimum quia huiusmodi exceptio tamquam rem, Causam, seu obligationem respiciens reputatur realis, ut testantur in puncto *Bartol.* 9
in d. Leg Iulianus 9. §. non solum ad Macedon. Piccard. in §. illud proprie servatur 8. num. 4. versic Ex qua notant Interpretes instit. tit. quod cum eo, qui in alien. Hering. de Fideiuss. cap. 27. part. 4. num. 56. Palm. Nep. d. alleg. 349. num. 14. vers. sed etiam. Quandoquidem Fideiussores in solidum obligati opponere valent omnes exceptiones reales debitoribus principalibus opitulantes, *Olea de cess. iur. tit.* 10
6. quæst. 2. num. 20. Altimar. ad Rovit. observ. ad cons. 50. num. 1. lib. 3. & de nullit. in contract. quæst. 30. num. 414. D. Audit. de Casareg. in tract. il Cambista istruito cap. 5. num. 32. propterea, eo magis huiusmodi exceptio Senatus Consulti Macedoniani Fideiussori in solidum obligato prodesse videatur.

Verum enim vero huiusmodi assumptum etiamsi nobis videretur tutissimum, attamen nullum obicem ingerere valuit, quoniam huic Hypothesi congruere nequaquam potuit, nam ille, qui Filiofam. commodavit ad Cambium fuit mulier; etenim quoties Filiusfamilias recipit in mutuum a muliere, tunc eius obligatione validitate prædita esse, 11
dictamque Senatus Consulti prohibitionem evanescere unanimiter testantur, *Lambertengh de contract. & mulier. §. finis quæst. 135. num. 123. fol. 458. Mozz. de contract. tit. de mutuo, cap. fin. num. 28.* quem refert, & sequitur memoratus *Lambertengh. Hermosill. ad Lop. in addit. ad gloss. 12. Leg. 4. tit. 1. part 5. fol. 60. circ. fin.*

Eoque certius, quoniam Mulieres, tam quoad consilii fragilitatem, quam quoad deceptionem, minoribus æquiparantur, *Spadazz. in* 12
Teatr. viduil. disquisit. 55. num. 25. Boss. de dot. cap. 15. num. 260. in

fin. Boscol. apud Altograd. iun. contr. 96. num. 223. Balducc. ad Ramon. observ. 96. num. 70. signanter si sunt Viduæ, *Spadaz. d. tract. disquisit. 46. num. 161. & plur. seq.* & conferunt tradita ad *Bersan de vid. cap. 1. quæst. 9. num. 10. & quæst. 11. num. 1. & 4.* verum ubi minor mutuet Filiosfamilias, tunc cessat prohibitio dicti Senatus Consulti, ad *Text. in Leg. si quis patrem familias 3. versic. proinde ff. ad Senat. Cons. Maced.* „ ibi „ Proinde in eo, qui scire non potuit an Filiusfami-„ lias sit cessare Senatus Consultum, ait, ut puta in pupillo, vel mi-„ nore vigintiquinque annis, sed minor causa cognita a Prætore suc-„ currendus „ *Hermosill. ad Lop. d. add. Gloss. 12. Leg. 4. ait 1. part. 5. num. 23. fol. 60. Trentacinq. var. resol. tit. de rescript. resol. 1. n. 7. vers. sed hinc Iul. Piccard. de mut. cap. 6. num. 33.* Idque citra scrupulum in hac hypothesi procedere debet, quia mutuans erat nobilis Matrona, origine forensis, senioque confecta, quamobrem verisimi-
13 liter ignoravit qualitatem personæ mutuatarii, atque credere potuit commodasse ad cambium Patrisfamilias, ut decidit idem *text.* in illis verbis supra exaratis „ ibi „ proinde in eo qui scire non potuit an „ Filiusfamilias sit cessare Senatus Consultum ait „ præsertim cum in
14 dubio præsumatur contrahentem cum filio familias hanc qualitatem ignorare, ut docet *Paschal. de patr. potest. part. 1. cap. 6. num. 17. versic. secus vero.*

Non attenta replicatione, quod eadem obligatio principalis debitoris altera nullitate affecta conspiceretur, nempe, quod emanaverit absque Patris consensu, quæ tanquam expleta contra expressam Statuti Florentini sanctionem exaratam in *rubr. 110. sub n. 2. & in reformatione anni* 1471. requirentem dictum consensum, propterea huiusmodi nullitas prosit etiam Domino de Strozzis, licet in solidum obli-
15 gato, *Barz. decis. 99. fere per tot. signanter num. 9. & seq. Paschal. de patr. potest. part. 1. cap 6. num. 17. Altimar. de nullit. in contract. tit. 7. rubr. 1. part. 5. quæst. 48. num. 561. & 564. vers. amplia secundo fol. 239. Bonden. collect. 16. num. 131. tom. 1. Posth de manutent. observ. 46. num. 9. & 10.*

Etenim pro validitate huiusce solidalis fideiussionis magis vera, magisque recepta opinio militat, quamvis obligatio debitoris principalis contigerit neglecto dicto paterno consensu, ut profligatis adver-
16 santibus rationum momentis, contrariisque authoritatibus reiectis restantur *Bottiher. dissert. 9. fere per tot. maxime num. 1. versic. nihilominus Bonden. collect. 15. num. 33. tom. 1. Censal. decis. 38. num. 11. & 18. Gratian. cap. 122. num. 10. & seq. De Marin. alleg. 147. num. 9. Carol. de Alexis. ad eum meliorat. 147. num. 5. & 6. Altimar. d. quæst. 48. num. 564. versic. quod sit tit. 7. & ad Rovit. decis. 19. n. 8. versic. alia quæstio Samminiat. apud Altograd. iun. tom. 2. controv. consil. 7. num. 33. Carol. Anton. De Luc. ad Franch. observat. 410. num.*

num. 10. *& ad Gratian. animad.* 122. *num.* 7. *& seq.* late *Romaguerr. ad Conciol. ad Stat. Eugub. lib.* 2. *rubr.* 59. *ex num.* 16. *usque in fin. Modern. Massa ad Cartar. observ.* 7. *num.* 24. 25. 26. *e* 27. *tom.* 1. *part.* 1. *Sabell. in summ. divers. tract.* §. *Fideiussor. num.* 5. *in. fin.*

Nulla tamen ratio haberi debuit de alio fundamento, cui Creditrix insuper oitebatur, videlicet, quod Debitor principalis tempore iniri Contractu, Cambii esset maior annis 25. cuius obligatio validitate polleret propter sanctionem Statuti Curiæ Mercantiæ *lib.* 2. *rubr.* 11. 17 decernentem validitatem obligationis Filiifamilias hanc ætatem supergressi, quare posita subsistentia obligationis Debitoris principalis de altera Fideiussoris quomodocumque obligari nequaquam esset ambigendum, vulgatis iuribus.

Nam huiusmodi sanctio, utpote a Collegio Mercatorum expleta, derogare nequit Statutis Communis Florentiæ irritantibus Contractus 18 filiorum familias absque Patris consensu peractos, sed dumtaxat respicere valet Mercatores, & Causas ad Mercaturam spectantes, non autem alias, ut sepe firmavit *Rota Florentina* nimirum *lib. motiv.* 40. 19 *a* 22. *lib. motiv.* 48. *a* 603. *lib. motiv.* 93. *a* 13. *lib. motiv.* 99. *a* 125. *lib. motiv.* 104. *a* 331. *lib. motiv.* 119. *a* 614. *versic. in hoc tamen* „ ibi „ in hoc tamen ut plurimum resedit *Rot.* quod scilicet „ Statutum Mercatorum de obligatione facta ex Causa Mercium, & re„ rum ad mercaturam spectantium intelligatur „ *lib. motiv.* 127. *a* 517. quod motivum reperitur impressum apud *Palm. Nep. allegat.* 397. *n.* 7. *usque ad* 18. ubi testatur motiva contraria fuisse reprobata & *num.* 8. allegat plures alias decisiones huiusce Rotæ, & tandem omnes obiectationes resolvit *Rauden. decis. Pisan.* 8. *num.* 7. propterea obligationes Filiorum familias, qui mercaturæ non incumbant, & sint 20 extra illam Causam sine paterno consensu expletæ, semper nullitati remanent obnoxiæ: ita superius recensitæ Rotæ Florentinæ iudicata nos docent.

Absolvimus tandem ambas Partes ab expensis, tum ob dubietatem articuli, *Catan. decis. Florent.* 8. *num.* 9. *decis.* 22. *num* 10. *D. Audit. de Comitib. decis.* 62. *num.* 10. *Rota Florent. de Fideicomm. tit.* 21 1. *decis.* 34. *num.* 52. *decis.* 35. *num.* 33. *decis.* 44. *num.* 13. tum ob 22 revocationem prioris contrariæ sententiæ in prima instantia prolatæ *Catan. decis. Florent.* 38. *num.* 66.

Et ita utraque, &c.

Franciscus Antonius Bonfini Audit.

Philippus Martini Canon. Florent. Illustriss. Nunciat. Apost. prim. Aud.

Bartholomæus de Archis Cancell. Relat. & Motiv. Compilat.

DECISIO LXV.

FLORENTINA HYPOTHECARIÆ.

diei 19. Sept. 1736. cor. bo. me. CANCELL. BARTHOLOMÆO ARCHI.

ARGUMENTUM.

Super mercibus Tabernæ a viro constante matrimonio venditæ hypothecariam actionem pro Dote ac fructibus repetendis mulieri competere demonstratur, licet merces Tabernæ per longum, & continuatum Emptoris mercimonium immutationem receperint, atque ingens valoris incrementum; quoties etenim merces venditæ fuerunt uti *Corpus universale*, materialis illorum identitas, ac consequenter hypotheca nunquam evanescit per subrogationem novarum mercium, sive ab Emptore subrogatio peracta sit, sive ab Hærede Debitoris, cum hoc tamen discrimine, quod merces ab Hærede subrogatæ tunc demum hypothecæ bonorum defuncti subiiciantur, si ex pretio mercium venditarum comparatæ fuerint; secus si ex propria Hæredis pecunia.

SUMMARIUM.

1 *Probatis extremis a Statuto Florentino rubr. 6. lib. 2. requisitis, mulieri competit actio hypothecaria, pro dote, ac fructibus repetendis.*

2 *Etiam contra Tertium Tabernæ viri possessorem super mercibus in ea existentibus.*

3 *Per longam, & continuatam Emptoris negotiationem deficit identitas mercium cum Taberna venditorum, ac super aliis in eamdem illatis Creditoribus hypotheca non competit.*

4 *Amplia etiam in hærede, a quo si aliæ merces in Taberna sui Auctoris inferantur, creditoribus hypothecatæ non remanent.*

5 *Et nequidem mulieri pro restitutione suæ dotis.*

6 *Declara tamen conclusionem num. 3. firmatam, quod procedat quando merces singulariter, ac de per se venditæ fuerunt, non autem quando venditæ sunt uti corpus universale.*

7 *Aliud etenim sunt merces singulares, aliud corpus universale Tabernæ.*

8 *Et aliud ædificium, aliud singulæ partes ædificii.*

9 *Quapropter quamvis per distractionem peractam ab emptore merces commutentur, nihilominus conservatur identitas ipsius corporis universalis per subrogationem aliarum.*

10 *Nec ad effectum conservandi identitatem refert, quod subrogatio rerum singularum fiat a Tertio, in quem ius universale transivit.*

11 Natis

11 *Navis paulatim immutata obnoxia est hypothecæ, quamvis mutatio expleta fuerit a Tertio, non vero ab ipsomet Debitore hypothecante.*
12 *Idque pariter in Grege procedit, tametsi illius singula capita tractu temporis permutata fuerint.*
13 *Exponitur, & declaratur Text. in Leg. Paulus 29. §. si mancipia in fin. ff. de pignor.*
14 *Fructus hypothecæ afficiuntur, si nati sint in dominio Debitoris, secus si in dominio Tertii.*
15 *Opinio rationum pondere, ac numero auctoritatum roborata debet singulari Doctoris Sententiæ prævalere.*
16 *Unicum iudicatum non est attendendum, cum solis exemplis deferendum non sit* num. 17.
18 *Præsertim si prodierit sine motivo, seu decisione, & pugnet cum priori voto pluribus rationum momentis communito.*
19 *Et contrarietur magis veræ, atque receptæ Opinioni.*
20 *Nefas est a simili arguere, & illationes desumere ex identitate, vel maioritate rationis, quando adsunt Auctoritates individuales.*
21 *Identitas Corporis universalis magis conservatur per Tertium Acquirentem Tabernam, quam per Hæredem, qui quoties post aditionem mercimonium Defuncti repetit, novum dicitur incboari negocium*, & num. 22.
23 *Bona Hæredis pro ære alieno defuncti hypothecæ neutiquam afficiuntur.*
24 *Merces in Defuncti Tabernam ab Hærede illatæ subiiciuntur hypothecæ Bonorum Defuncti, si comparatæ sint ex pretio mercium venditarum, quæ ibi pridem existebant, secus si ex propria Hæredis pecunia.*
25 *Hæres dicitur una eademque persona cum Defuncto, cuius personam in universo Iure activo, & passivo repræsentat.*
26 *In universalibus Pretium succedit loco Rei, vel Res loco Pretii.*
27 *Taberna amittit priorem essentiam propter ingens Augmentum ad instar Rivi intrantis in Flumen, & Fluminis in Mare, aliasque similitudines.*
28 *Hoc tamen procedit quoties habens Tabernam valde copiosam emat aliud Negocium eiusdem qualitatis exiguum, ad effectum illam augendi; Non vero quoties ab initio nullam Tabernam habens, eam emit, & auxit.*
29 *Quo in casu Augmentum non immutat priorem Tabernæ essentiam, sed potius illius qualitatem, & conditionem adsumit.*
30 *Quod procedit etiam ad effectum hypothecæ, ut in Alluvione accedente Fundo, & Usufructu accrescente Proprietati.*
31 *Declara dummodo Augmentum contingat manente re in dominio debitoris, secus si post distractionem in Tertium.*
32 *Hypotheca licet deficere possit respectu Augmenti Tabernæ, non deficit tamen respectu pristini Capitalis, a quo manavit Augmentum.*

33 *Quod*

33 *Quod Capitale non immutatur per subrogationem Mercium, sed idem semper permanet cum suis oneribus, & hypothecis favore Creditorum*, & num. 34.

35 *Actio hypothecaria præscribitur inter Præsentes lapsu decem annorum potissimum accedente titulo, ac bona fide.*

36 *Idque procedit non obstante Statuto Florentiæ lib. 2. Rubr. 73. longius tempus requirente, cum loquatur de Possessore sine titulo, non autem cum titulo.*

37 *Durante Matrimonio non currit Mulieri Præscriptio quoad Dotem.*



Omina Biccia Reparata de Fantinis Vidua olim D. Antonii Francisci Fioravanti coram DD. Officialibus Pupillorum, & Adultorum Civitatis Florentiæ sub die 10. Aprilis 1734. Iudicium hypothecariæ instituit contra DD. Franciscum, Ioseph, Antonium Fratres de Bosis, utpote possessores cuiusdam Negocii nuncupati *di Lanciaio*, quod pro scutis octingentis costante Matrimonio emerant ab eius Viro, ad hoc ut ex illius retractu intra tamen quantitatem precii eiusdem per subhastationem deinceps peragendam retrahendi, residui sui crediti dotalis quoad sortem in summa sc. 647. nec non fructuum dotalium ad rationem quatuor pro singulo centenario, & anno satisfactionem assequi valeret. Tandem in huiusmodi Causa de nostro requisiti suffragio, Actrici, peractis tamen quibusdam imputationibus, ac etiam modo, & formis impletis (prout in nostra relatione) annuendum fore censuimus.

Quippe liquebat de tribus extremis in hoc iudicio hypothecariæ requisitis; Creditum namque præsidio hypothecæ munitum refulgebat tum ex apoca dotali, ubi Maritus restitutionem dotis promiserat adiecta bonorum obligatione (licet ab iure tacita sancita fuisset) Tum ex receptionibus integram solutionem Dotis præseferentibus, tum demum ex confessione eiusdem Viri in extremis, cum quibus decessit tabulis ad favorem Uxoris expleta. Antiquiorem vero possessionem eiusdem Coniugis post initum Matrimonium, nec non posteriorem apud sese Rei conventi fassi fuerunt; quibus itaque probatis extremis iuxta Statuti Florentini sanctionem in *rubr. 6. lib.* 2. utique Actrici
1 debuimus annuere, quidquid censendum foret ad terminos Iuris Communis, sicuti in puncto semper *Rot. Florent.* definivit, ut in *lib. mot.* 93. *a* 463. *lib. mot.* 94. *a* 478. *lib. mot.* 101. *a* 369. *lib. mot.* 103. *a* 146. *lib. mot.* 103. *a* 299. *lib. motiv.* 108. *a* 109. Et tandem ita in terminis mulieris dotis restitutionem contra Tertium Tabernæ Viri
2 possessorem super mercibus in ea existentibus postulantis firmavit *Manent. cons.* 113. *fere per totum*, & conferunt tradita a *Rot. Florentin. lib. mot.* 93. *a* 436.

Ne-

Neque ab hac nostra decidendi ratione obiectio Reorum conventorum nos retrahere valuit. Ipsi namque opponebant, quod quamvis ageretur de venditione Mercium per modum *Corporis Universalis* in Tertium; Attamen cum a die præfatæ alienationis effluxerint decem, & octo anni, profecto propter hanc longævam temporis intercapedinem, Merces tunc in Taberna vendita repertæ per continuatum mercimonium, seu negociationem, omnimodam immutationem receperint, adeout Materialis illarum identitas prorsus defecerit, atque super aliis in eamdem Tabernam illatis Actrici hypotheca competere nequeat, ac etiam termini subrogationis omnino evanescant, ex punctuali doctrina 3
De Luc. de credit. disc. 35. *n.* 35. *& seq.* cuius opinio nititur tam Textus, quam Doctorum authoritati, qui in durioribus terminis, scilicet ab ipso debitoris hærede comparatarum mercium subrogationem ad effectum hypothecæ contendunt, innixi verbis *text. in Leg. cum tabernam ff. de* 4
pignor. „ ibi „ ea quæ mortis tempore in taberna inventa sunt „ *glos. ibidem in verb. obligata* „ ibi „ aliud est si hæres post mortem debitoris alias Merces intulisset „ *Bartol. ibid. sub n.* 1. *vers. mutatio* „ ibi „ „ Mutatio enim quæ postea fieret ibi per hæredem non caderet in „ obligatione „ ut hic dicit *text. cum gloss.* quæ est notabilis, *Scacc. de mercat. tit. mandat. sub n.* 6. *Negusant. de pignor. membr.* 1. *par.* 2. *n.* 22. *Merlin. de pignor. lib.* 2. *tit.* 1. *qu.* 45. *n.* 64. *Ansald. de mercat. disc.* 85. *n.* 10. *Gait. de credit. cap.* 4 *qu.* 5. *n.* 173. *& seqq. Faria ad Covarruv. res. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 17. & in terminis mulieris pro restitu- 5
tione Doris agentis *Rot. post Rodriguez. de concuf. credit. disc.* 4. *numer.* 9. *& seqq.*

Etenim quoad priorem obiecti partem obvia responsio fuit, quod in terminis nostris præcisis exuberent Authoritates definientes competere hypothecam Creditoribus venditoris Tabernam uti Corpus universale super Mercibus quoque illatis ab Emptore ope subrogationis illarum in locum alienatarum, nimirum *Bottilier dissert. for.* 5. *sub n.* 6
3. „ ubi „ dummodo alienatio non si totius corporis, quia transiret „ hypotheca, quæ penes Tertium durat quoties merces illæ fuerunt consideratæ ut corpus, intelligo in novo quæsitis, et in eod. loco recon„ ditis *iuxt. text. in Leg. cum tabernam ff. de pignor.* quoniam novæ „ res subrogatæ dicuntur loco antiquarum &c. & in his proprie ter„ minis sie decisum invenio in Regia Camera in casu nostro, cum „ agamus de quodam corporale, scilicet aromatariæ licet aromatica non „ sint illa priora, hæc nova illorum subrogata dicuntur, & eadem hy„ pothcca contracta super novi „ *Carol. Ant. De Luc. ad Gratian. ani„ mad.* 897. *sub n.* 5. „ ibi „ Neque obstat defectus probationis iden„ titatis Mercium in fundaco existentium, quod scilicet nequeat pro„ bari esse easdem Merces extantes de tempore, quo Fundacus pro „ sua quota possessus fuerat per debitorem, immo quod ex aliquo,

& præ-

„ & præsertim longi temporis intervallo attenta natura, seu qualitate „ mercium probata remanet negativa, quoniam id recte procederet, „ quando merces singulariter, ac de per se venditæ fuissent, cum in „ eis, neque ad ipsamet merces singulariter distractas exercibilis sit „ hypotheca contra Tertium bonæ fidei emptorem; secus autem ubi „ agitur de universalitate Fundaci, seu Tabernæ, quoniam tunc attenditur ipsum corpus universale, quod semper est unum, & idem, neque per variationem mercium variatur, sed intrat subrogatio novarum loco antiquatum, iuxta terminos *Leg. cum tabernam &c.* „ *Angel. in vot. 2. post decis. Rembold. n. 44. ubi* „ ibi „ Affirmativam sententiam, quod nempe hypotheca detur super his apotecis alienatis in „ Tertium, quando fuit alienatum, ut Corpus, & quod duret hypothe„ ca super mercibus de novo quæsitis, & in eodem loco repositis, quia „ novæ dicuntur subrogatæ loco antiquarum, latissime tradit multis „ cumulatis *Carol. Anton. Bottilier. differt. forens.* „ & ita *Rot. post Pacific. de Salvian. decis. 125. n. 13. Ganaver. dec. 5. per tot. Bich. decis. 627. n. 29. dec. 652. n. 1. par. 18. tom. 2. dec. 15. n. 7. par. 19. rec. Sabell. in summ. divers. tract. §. mobilia n. 2. circa fin. Votum DD. Iudicum Delegatorum in Causa Liburnen. Castinell. & Seniè diei 23. Septembris 1729. typis impress.* in idiomate materno ubi plures aliæ Authoritates ad id referuntur.

Eo libentius huic opinioni adhæsimus, quoniam Iuris etiam principiis communitam esse dignovimus, siquidem dubitandi ratio de hypoteca in hypotesi versatur in eo, quod quoties Taberna debitoris reperitur penes tertium emptorem per mutationem, & distractionem Mercium, quam ipse peragit, evanescat, seu desinat illarum identitas;
7 Verum hoc suppositum corruit, etenim aliud sunt merces singulares, aliud corpus universale tabernæ, *Leg. nam origo ff. quod vi aut clam*,
8 ubi quod aliud est ædificium, aliud singulæ partes ædificii, & consonat *text. in Leg. qui universas in princ. ff. de acquir. possess. & in Leg. cum qui ædes in princ. ff. de usucap.* & in specie *Ganaver. dec. 5. num. 9. & seq.* quapropter quamvis per distractionem peractam ab Emptore
9 Merces commutentur nihilominus conservatur identitas ipsius Corporis universalis per subrogationem aliarum, ad *text. litteral. in Leg. proponebatur 76. ff. de iudic. & ibi gloss. in verb. existimari* ubi plura refert exempla, nec ad effectum conservandi identitatem refert, quod subro-
10 gatio rerum singularium, & illatio in corpus universale cum sua quidditate conservabilitatis per subrogationem transiverit, ut resolvit *Ganaver. d. dec. 5. per tot.* & observant in puncto DD. Iudices delegati *in Voto* superius recensito in Causa *Castinell. & Seniè pag. 11. §. oltre di che* „ ibi „ Oltre di che la surrogazione delle Merci non dipende dal„ la qualità del Possessore, ma nasce dalla natura del Corpo Univer„ sale, che sempre è il medesimo appresso qualunque Possessore si tro-

„ vi „

„ vi „ *Rot. Rom. dec.* 15. *n.* 7. *par.* 19. *rec.* Hinc est quod Navis semper eadem reputetur, licet singulæ eius partes paulatim commutentur & super illa commutata datur hypotheca, quamvis mutatio expleta fue-
„ rit a Tertio, non vero ab ipsomet debitore hypotecante, *Leg. inter* 11
stipulantem §. *sacram vers. non & si de verb. obl. Leg. quod in rerum* §. *fin. ff. de Legat.* 1. *Stracc. de mercat. tit. de navib. par.* 1. *n.* 9. *ad Med. vers. secus si per Partes Rotc. de notab.* 53. *n.* 44. *in fin. de assecurat. notab.* 34. *n.* 10.

Idque pariter in grege militare, tametsi illius singula capita tra- 12
ctu temporis permutata fuerint nos docet *Text. in Leg. grege* 13. *in princ. ff. de pignor. & hypot. ubi gloss. in verb. tenebitur* „ ibi „ quia „ etiam aliunde suppleta veniunt in obligatione „ & in *Leg. Marcellus ff. de rei vind. Merlin. d. tract. lib.* 2. *tit.* 1. *qu.* 45. *sub n.* 57. *De Luc. de credit. disc.* 25. *sub n.* 28.

Nihil obesse credidimus *Text. in Leg. Paulus* 29. §. *si mancipia in fin.* 13
ff. de pign. ubi I. C. definit hypothecæ non subiici partus Ancillarum dum erant in dominio Tertii „ ibi „ Cœterum si apud alium „ dominium pepererent non erunt obligata. „

Quandoquidem in specie dicti *Textus* nequaquam ambigitur, utrum partus editi apud Tertium hypothecæ evadant obnoxii vigore subrogationis, sed an hypotecati remaneant tamquam appendices, & fructus rei principalis, & in huiusmodi disceptatione de hypoteca fructuum militat distinctio, utrum hi nati sint in dominio Debitoris, vel Tertii; In prioribus terminis hypoteca afficiuntur, non ita se habet in posterioribus
ex traditis a *Tusch. litt. F. conclus.* 487. *n.* 12. *Negusan. dict. tract.* 2. 14
membr. 2. *num.* 25. *Gall. de fruct. disp.* 31. *n.* 3. *De Luc. de credit. disc.* 14. *num.* 8. *disc.* 37. *num.* 14. verum huiusmodi controversia contingit, quoties in Tertium distrahatur res particularis, ut in specie *dict. Text.*, tunc subrogatio locum sibi neutiquam vindicat, ubi vero quid universale distrahatur (quemadmodum in hypotesi) pro desumenda hypotheca super subrogatis non oportet, uti ea distinctione utrum fructus, & accessiones hypothecæ sint affectæ, verum ea deducitur ex alio fundamento, nimirum subrogatione, propterea distinctio elicita, ex relato *Text. in Leg. Paulus* a terminis nostris penitus exulat.

Ex superius itaque recensitis punctualibus authoritatibus, atque rationum momentis nulla ratio haberi debuit de authoritate *De Luc.* in contrarium, ut supra relata, tamquam singularis in eius opinione, quamobrem potius alteram, cui adhæsimus, uti pondere, & numero autho-
ritatum, atque rationum magis roboratam cogebamur amplecti, *Ansald.* 15
de mercat. disc. 55. *num.* 21. *Ursaia discept. Ecclesiast. discept.* 2. *num.* 128. *tom.* 1. *par.* 2. *discept.* 21. *num.* 128. *tom.* 2. *par.* 1. *Rot. Rom. in Melevitana Parochialis* 13. *Martii* 1684. §. *frustra cor. Rondinin. Francisc. Palm. cons.* 73. *n.* 6. *cons.* 85. *num.* 9. *Sanminiat. controv.* 117. *num.*

num. 56. Reiecta replicatione, quod in terminis alienationis tabernæ in tertium pro exclusione hypothecæ definitum fuerit in prælaudata Causa *Castinell. & Senté* in tertia revisionis Instantia a *DD. Auditoribus Hiero-*
16 *nimo Finetti*, *Martio Venturini*, *& de Pinis*.

Tum quia contra hoc Iudicatum militat regula deducta ex *Text. in Leg. licet ff. de off. præsid. Leg. nemo Cod. de sentent. & interloqut.* videlicet, quod solis exemplis non sit deferendum, *Valenzuel conf. 69.*
17 *num.* 215. *D. Audit. De Comitib. dec. Florent.* 115. *n.* 11. *Mans. cons.* 88. *num.* 17. tum quia prodiit sine Motivo, seu Decisione, nec non
18 pugnat priori Voto pluribus rationum momentis communito, ad *Text.* expressum *in Leg. Divi fratres* 17. *ff. de iur. patron.* in puncto *D. Severol. apud Albizz. de inconst. in iudic. Post. decis. Flor.* 194. *n.* 83. *Gratian. discept.* 127. *n.* 51. *Mans. cons.* 582. *num.* 1. tum denique,
19 quia contrariatur magis veræ, atque receptæ opinioni, quemadmodum ostendunt superius relata fundamenta.

Quatenus autem ad postremam obiectionis attinet partem, animadvertimus propter eamdem doctrinarum punctualium exuberantiam hanc hypothesim respicientium nefas esse a simili arguere, & illationes desu-
20 mere ex identitate, vel maiori'ate rationis, ut docet *D. Audit. De Comit. decis. Senen.* 36. *num.* 33. quemadmodum sæpe accidit, ut ea, quæ similitudinem aliquam habere videantur, attamen in rei veritate intrinsece discriminent, atque prorsus diversam decidendi rationem præseferant; quæ potissimum animadverti debent inter Heredem, & Tertium Possessorem, namque magis conservatur corporis universalis identitas per Tertium acquirentem tabernam, quam per Heredem, quoniam in terminis alienationis in Tertium, Taberna numquam est absque Negociatore, proindeque illa Mercium ad emendum, & vendendum destinatio pro conservatione identitatis corporis universalis, nec extinctioni, minusque sus-
21 pensioni manet obnoxia; In hoc casu vero, quo Taberna transeat in hæredem, quæ sine Tabernario, & Negociatore esse neutiquam potest, propter obitum illius extinctionem patitur, quia finitur negociatio, quare merces evadunt res singulares; quoties autem hæres post aditionem mercimonium reperit, novum dicitur inchohari Negocium, profecto repletum Mercibus defuncti, sed singularibus, super quibus statim ac distractio contingat hypotheca evanescit, quapropter discrimen inter heredem, & Tertium Emptorem ex eo refulget, nempe, quod in Tertium Negocium transire potest, tanquam corpus universale, secus in Heredem, namque mercimonium propter obitum Domini mercium pœnitus
22 extinctum renovatur ex eo temporis momento, quo heres decrevit illud protrahere, quod peragere minime cogitur, ut in puncto ponderant *Manent. cons.* 113. *num.* 26. *Gait. de credit. cap.* 4. *qu.* 5. *num.* 197. *sub num.* 6. *versic. sequitur dictis*, *Ansald. de mercat. disc.* 83. *n* 10.

Verumtamen ea distinctione adhibita, quamlibet difficultatem convelli

velli fuimus opinari, nempe, aut heres in Tabernam a defuncto relictam per modum augumenti merces proprio ære comparatas intulit; videlicet in Tabernam, cuius merces erant valoris scutorum mille, auxit ad scuta bismille, vel etiam venditis aliquibus mercibus valoris scutorum quingentorum, deinceps alias subrogavit maioris prætii, & quidem hic est sensus *d. Leg cum Tabernam* ubi I. C. se coarctat ad merces repertas de tempore obitus in illa verba „ ibi „ ea quæ mortis debitoris tem„ pore in Taberna inventa sunt pignori ob igata esse videntur „ cuius 23
decidendi ratio in eo versatur, quia bona hæredis pro ære alieno defuncti hypotheca neutiquam afficiuntur, *Leg. Paulus 29. de pign. Leg. rem alienam 47 de pignorat. act. Altograd. cons. 67. num 47. lib. 1. Peregrin. de Fideicomm. art. 6 num 13. Conciol de hæred. art. 3. num. 1. Rub. de confin rer. & act. cap. 22. num. 1. Palm. Nep. decis. 226. num. 3. decis. 22. num. 15.* & in hisce terminis intelligi debuerant doctrinæ, quæ ab egregio reorum conventorum Defensore afferebantur.

Aut vero hæres in defuncti Tabernam intulit merces non ex propria pecunia comparatas, sed ex precio mercium venditarum, quæ pridem ibidem reperiebantur, & tunc virtute subrogationis, quæ in universalibus de iure sibi locum vindicat proportionabiliter huiusmodi venditæ merces licet ab hærede comparatæ, & respective illatæ &c. hypothecæ bonorum defuncti evadunt subiectæ per *Text. in Leg. Fideiussor 26. §. Lucius Tertius ff. de pignor.* ita distinguendo definiunt *Connan. Commentar. Iur. civil. lib. 4. & 6. iuxta impression. Neapol. cap 14. sub num. 5. pag. 287.* „ ibi „ cum autem Taberna, & quæ in ea sunt mer- 24
„ ces venales habentur, ut ex earum precio aliæ item comparentur, „ questusque omnis eius illis emendis, vendendisque constet quæcum„ que reperiuntur merces, quo tempore pignoratitia agetur, existimantur „ obligatæ, & iure pignoris capi poterunt „ & inferius „ ibi „ quod si „ moriatur quid ni tempus eius mortis respiciamus, quo tempore desiit „ merces suas commutare? nam quæ postea ab hæredibus inferuntur pro„ cul dubio non tenentur ea obligatione, quam defunctus contraxerat, „ *Modestinus de pignor. Leg. Fideiussor. §. Lucius Titius* prædia, & „ mancipia, quæ in prædiis erant obligavit, hæredes eius prædiis inter „ se divisis, illis mancipiis defunctis, alia substituerunt, Creditor po„ stea prædia cum mancipiis distraxit; quæritur an ipsa mancipia, quæ „ sunt modo in prædiis constituta, hoc est in hypothecis emptor vin„ dicare recte possit? Modestinus respondit, si neque pignorata sunt „ ipsa mancipia, neque ex pignoratis Ancillis nata, minime Credito„ ribus obligata esse; cuius responsi argumenta dicendum videtur, cum „ Taberna pignorata est a Debitore, eo defuncto si eius hæredes ex de„ functi mercibus alias emerunt eas ipsas, quas emerunt esse obligatas, ut „ sunt qui ex pignoratis ancillis partus post mortem debitoris nascuntur, „ non si quas aliunde compararunt ipsi, & intulerunt, nullam enim

„ hæ partem faciunt eius Tabernæ, quam defunctus pignori alligavit „ & hic est verus, & germanus sensus *gloss. in d. Leg. cum tabernam De Luc. de credit. disc.* 135. *sub num.* 13. ubi vero id fiat per hæredem debitoris, tunc est in quæstione ex relatis pro utraque opinione per
25 *Merlin.* istoque casu opinio affirmativa non videtur a probabilitate aliena, tum quia hæres dicitur una eademque persona cum defuncto, cuius personam in universo iure activo, & passivo repræsentat, tum etiam
26 quia intrat ratio causæ universalis, ob quam dici potest, ut prætium succedat loco rei, vel res loco precii.

Nullamque dubietatem nobis attulit ea facti circumstantia, videlicet, quod Taberna empta fuerit a Tertio pro scutis octingentis, & modo eius capitale reputetur valoris scutorum octo mille. Namque propter ingens augumentum commutatum existimari debeat in aliud prorsus diversum primo extincto vel suppresso ob confusionem, vel immixtionem ad instar rivi intrantis in flumen, & fluminis in mare, *viæ in*
27 Plateam, aliasque similitudines perpensas per *De Luc. de Fideicommiss. disc.* 99. *num.* 1. *& seq. de credit. disc.* 10. *num* 26. *disc.* 35. *n.* 18. *& seq & per alterum De Luc. ad Gratian. animad.* 897. *num.* 60.

Verum enim vero relatæ authoritates militant quoties habens Tabernam, vel Negocium valde copiosum, ac mercibus affluens, emat aliud eiusdem qualitatis exiguum ad effectum illud augendi, tunc enim videtur potius emere merces particulares gratia amplificandi primum Negocium, quam emere Tabernam, tamquam corpus universale, quapropter super huiusmodi mercibus ita illatis hypotheca neutiquam transit sicuti liquet ex earum lectura. Verum non ita se habet, ut in con-
28 tingenti, ubi Tabernæ Emptor ab initio nullum exercebat Mercimonium neque simile negocium habebat, cui alia Taberna incorporata fuerit, sed solum incohavit negocium in illa Taberna empta, & quamvis deinceps magnum incrementum receperit, nihilominus semper fatendum erit, quod in illud Taberna transivit uti corpus universale, quod in eadem continuat, non obstante quolibet posteriori augumento citra ullam immutationem principalis subiecta, verum potius illius conditionem, & qualitatem assumit, *Leg. quod in rerum* 34. §. *si quis, &* § *etsi navem*
29 *ff. de Legat.* 1. *Aymon. de alluvi. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 4. *Merlin. d. tract. lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 43. *num.* 7. quodque procedit etiam ad effectum hypothecæ, ut in alluvione accedente fundo, & usufructu accrescente proprietati sunt *Text. in Leg. fundus* 16. *ff. de pignor. in Leg. si*
30 *convenerit* 18. §. *si nuda ff. de pignorat. act. ubi Bart. & alii Merlin. tract. lib.* 2. *tit.* 1 *quæst.* 43. *per tot. & quæst.* 51. *num.* 46. *&* 47. *Negusant. eod. tract. part* 3. *membr.* 1. *num.* 18. *Aymon. d. tract. lib.* 2. *cap.* 5. *num* 8. *cap.* 16. *num.* 14. *Castill. decis.* 10. *num.* 4. *Rot. cor. Falconer. tit. de reb. cred. decis.* 6. *num.* 8.

Et quamvis hoc accipiendum sit ad terminos in *Leg. Paulus* 29. §. *ma-*

§. *mancipia ff. de pignor.* nempe dummodo incrementum contingat manente re in dominio debitoris, si secus si post distractionem in tertium 31
ex traditis per *Merlin. d. tract. lib. 2. tit. 1. quæst. 51. num. 18. & seq. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 16. num. 54.* Nihilominus ex hoc solum inferri posset pro credito Actricis deficere hypothecam respectu illius augumenti Tabernæ, quod excedit scuta octingenta, non vero 32
quod hypotheca desideretur intra hanc summam, a qua manavit augumentum, quoniam memoratarum pristinum capitale ope subrogationis proportionabiliter idem semper permansit, *De Luc. de legit. disc. 35. num.* 33
57. Acost. de privileg. cred. reg. 3. limit. 3. num. 63. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 28. num. 15. Rot. decis. 726. num. 12. part. 18. tom. 2. decis. 15. num. 7. part. 19. recent. ibi per talem subrogationem semper permansit illudmet fundatum cum suis oneribus & hypothecis favo- 34
re Creditorum.

Nullusque roboris esse putavimus postremam exceptionem decennalis præscriptionis scilicet, quod præsens iudicium ab Actrice incohatum fuerit post lapsum decem, & octo annorum a die initæ venditionis memoratæ Tabernæ quandoquidem huiusmodi actio hypothecariæ inter præsentes lapsum decem annorum præscribatur, potissimum affluente titulo, & bona fide *Leg. 1. & 2. Cod. si advers. cred. præscript.* 35
long. temp. Ridolphin. in prax. part. 2. cap. 6. num. 111. Rot. post Rodrig. de concurs. credit. decis. 4. num. 16. & seq. Torr. var. quæst. tom. 2. tit. 12. quæst. 21. num. 24. fol. 523. Emerix. iun. decis. 15. num. 2. idque procedat non obstante *Stat. Florent. in lib. 2. rubr. 73.* longius tempus requirente cum loquatur de possessore sine titulo, 36
non autem cum titulo, ut declarat *Rot. Florent. lib. motiv. 14. a 112. lib. motiv. 27. a 289.*

Siquidem huiusmodi exceptionem in facto corruere dignovimus, namque Vir Actricis obiit de anno 1734. quo dumtaxar elapso ipsa præsens iudicium instituit, cum enim pro restitutione dotium agere nequiverit nisi soluto matrimonio, propterea deficit decennium ad præscribendum, ad vulgatem *Text. in Leg. in rebus* §. *omnis, & ibi gloss. in verbo manere Cod. de iur. dot. Menoch. de arbitr. cas. 39. num. 24.* 37
Grattan. cap. 475. num. 10. Tondut. resol. civil. 182. num. 1. vers. secunda tom. 2. Fontanell. de pact. nupt. claus. 6. gloss. 7. part. 2. num. 53. Pacific. de Salvian. interd. inspect. 2. cap. 2. num. 275 Boer. decis. 327. sub num. 4. Manzaned. decis. 613. num. 14. Merlin. de pign. lib. 5. quæst. 23. num. 13. Constant. ad Stat. Urb. annot. 48. art. 2. n. 102.

Et ita utraque Parte sæpe sæpius informante &c.

Bartholomæus Archi Relat. & Motivi Compilat.

DECISIO LXVI.

FLORENTINA DISDICTÆ LOCATIONIS

diei 10. *Octobris* 1737. *cor. bo. me.* CANCELL. BARTHOLOMÆO ARCHI.

ARGUMENTUM.

DUrante Locationis tempore poteſt Inquilinus expelli ob ſupervenientem neceſſitatem, non modo filii Locatoris matrimonium contrahentis, verum etiam filiæ paternis in ædibus nubentis.

SUMMARIUM.

1 *Exponuntur Text. in Leg. Æde 3. Cod. locat. & in cap. propter ſterilitatem §. verum eod. tit.*
2 *Neceſſitas filiorum reputatur neceſſitas Patris.*
3 *Conductor expelli poteſt, ſi filius uxorem duxerit, cum eaque non poſſit in eadem domo commode habitare.*
4 *Et hoc obtinere debet quando neceſſitas filiæ perſonam reſpiceret.*
5 *Leges Partitarum Hyſpaniæ Ius Civile declarant, & idcirco debent attendi.*
6 *Pater expellere poteſt Inquilinum, ſi indigeat Domo locata pro habitatione filii nubentis.*
7 *Ratio expellendi Conductorem æque procedit tam pro filii, quam pro filiæ neceſſitate.*
8 *Maxime ſi Pater non habeat niſi filias.*
9 *Regula quod neceſſitas filii reputetur neceſſitas Patris æque militat tam reſpectu filii, quam reſpectu filiæ.*

NE' 30. Ottobre 1729. Deſiderio Calonetti locò per anni cinque a Giuſeppe Mazzetti due piani ſuperiori di una Caſa poſta in Firenze in via nominata *di S. Zanobi*, di cui egli abitava il primo Piano terreno, con patto infra gli altri, che non diſdicendo alcuno dei Contraenti ſei meſi avanti la fine del quinquennio detta locazione, e reſpettiva conduzione s'intendeſſe confermata per altri cinque anni.

Nel tempo, che correva il ſecondo quinquennio della detta locazione, il Calonetti ſtabilì di collocare in matrimonio la figlia maggiore delle due, che egli ha, non avendo altra prole, e nella ſcritta de' ſponſali convenne che lo ſpoſo doveſſe abitare nella ſua propria Caſa; quindi il medeſimo Calonetti nel meſe di Aprile proſſimo paſſato

per

per via della Corte della Mercanzia disdisse al Mazzetti detta Locazione, ed avocata la Causa al Magistrato de' Sigg. Conservatori di Legge nacque controversia sopra la confermazione, e respettiva revocazione di tal disdetta, e quella commessami, sono stato di parere, che debbasi confermare.

Il motivo di questo mio sentimento è fondato nella disposizione dei due noti Testi nella *Leg. 3. Æde 3. Cod. de locat. e nel cap. propter sterilitatem §. verum eodem titulo*, quali dispongono, che il Locatore avendo bisogno per i suoi usi propri della Casa locata, durante la locazione possa espellere il Conduttore. E questi usi propri del Locatore s' intendono esservi anco quando risguardino le persone dei figli, poichè la necessità loro si reputa necessità del Genitore, come appunto accade nell'accasamento, o collocazione in matrimonio di alcuno de' figli, quali per tal cagione abbino bisogno della Casa locata come capace, e più comoda, e meno angusta di quella dove abitava il Padre avanti il matrimonio *Mart. Med. exam. 28. num 16. Antonell. de temp. legal. lib. 5. cap. 39 num. 10. vers. vel filius Pacion. de locat. cap. 56. num. 19. & 20. Paschal. de patr potest. part. 4. cap. 6. num. 1. Agostin. Barbos. in collect. sup. d. Lege Æde num. 15. versic. & idem.* 1 2 3

Il Calonetti, come sopra ho asserito, destinò sua figlia maggiore in Matrimonio a Carlo Fraschetti, convenendo con esso di tenerlo in Casa propria con detta sua figlia, come indica la scritta de' sponsali, ed egli di presente abita il primo piano terreno di detta Casa, dove son gli altri due superiori locati al Mazzetti, e secondo l' accesso estragiudiciale fatto da me, fu riconosciuto coll' oculare ispezione, che il primo piano terreno di abitazione del Calonetti è troppo angusto, e non è capace di abitarvi detta sua figlia assieme collo sposo, respettivo genero, e molto meno avendo prole, adunque costava della necessità del Calonetti di valersi del restante di detta Casa locata, consistente in detti due piani superiori.

E sebbene i Dottori di sopra riferiti parlino nei termini del figlio maschio, che si accasi, e pigli Moglie, nulladimeno ciò deve procedere anco quando il bisogno risguardi la persona della figlia, 4
così fermano *Valasc. de iur. emphyt. quaest. 22. num. 3. Barbos. in d. Leg. Æde num. 15. versic. & idem* dove allega *Rebell.* che ferma l' istesso *Faria ad Covarr. var. resol. lib. 2. cap 15. num. 62.* E quantunque questi allegati Dottori parlino secondo le Leggi delle Partite di Spagna, nulladimeno la loro autorità devesi attendere, e fa a proposito, essendo certo in fatto, che per ordine del Re Ferdinando il forte, o del Re Alfonso di lui figlio il saggio le Leggi civili dall' idioma Latino furono trasferite nell' idioma Spagnolo, dimodochè tali Leggi delle Partite servendo di dichiarazione devino attendersi nella forma, che si da fede ad un Dottore, che interpreti l' Ius Civile,

così attesta il *De Luc. in annotat. ad discorf.* 1. *de servitut. num.* 9. „ ubi propterea in casibus dubiis interpretari liceat nostras Leges Ro„ manorum cum dd. Legibus Partitarum Hyspaniæ „ *de Testam. disc.* 32. *num.* 8. *Castill. controv. lib.* 5. *cap.* 37. *num.* 57.

Ma però quello, che principalmente mi persuase, consistè nell' autorità del *Bossio* Dottor Milanese *de Patr. Potest. cap* 3 *n.* 292. e del *Prato* Dottor Napoletano *in addit. ad Pascal. eod. tract. par.* 4. *cap.* 6. *in addit. a n* 1. *fin. ad* 12. quali parlano in astratto, e fuori di termini delle Leggi delle Partite di Spagna, ed essi in termini nostri precisi fermano, che tutte le volte, che l' abitazione della Casa del Genitore sia necessaria per la figlia, militi a favor di essa la disposizione dei preallegati *Testi*, ed in conseguenza anco per il bisogno della Figlia il Locatore possa espellere il Conduttore, quindi è, che siccome il Figlio maschio accasandosi, se la Casa abitata del Padre *sia angusta*, e incapace per abitarvi il Figlio colla Moglie allora *si fa luogo* alla detta espulsione, nell' istessa maniera si doverà espellere il Conduttore,
6 quando la figlia sia collocata in matrimonio, e doverà abitare la casa, dove abita il Padre, e che questa per la di lei angustia sia incapace per l' abitazione di tali Coniugi, potrassi espellere il Conduttore, perchè abbiano abitazione nella Casa locata, particolarmente che la ragione, la quale adducono i Dottori per espellere il Conduttore tanto
7 si adatta al Figlio maschio, quanto alla Figlia, cioè la necessità del Padre, reputandosi ambedue una sola persona, e una cosa, e questa ragione riguarda ancora la figlia, e così raziocina il *Bossio al detto num.* 296. „ ivi „ & ita potest expelli propter supervenientem ne„ cessitatem filii, vel filiæ, ob quam domus habitatio sit eidem filio, „ vel filiæ necessaria, cum ob unionem inter patrem, & filium, ratio„ ne cuius reputatur una persona, & una caro, *Barbos.* ubi supra „

E tale assunto ho creduto aver più facilmente luogo nella pre-
22 stione si legge fatta *sopra mercanzie* sotto la quale espressione possono contenersi, tanto i Tabacchi, che le mercanzie surrogate di qualunque sorte per la natura dell' affare, e per la comune intelligenza delle parole.

E finalmente in qualunque peggior supposto cessa questa obiezione, perchè o il Signor Aron era obbligato ad accettare la metà delle mercanzie, che il Capitano prese in baratto dei Tabacchi, e in tal caso il risico si sostanzia proporzionatamente in tali mercanzie, le quali corrispondono al valore dei Tabacchi, o non era obbligato ad accettarle, e in tal caso il risico si sostanzia nei Tabacchi, dei quali una parte era rimasta invenduta, come si raccoglie dalle Polizze di Carico fatte nel Porto di Castello a Mare.

ARTICOLO IV.

Sopra il sinistro.

NON poteva negarsi, nè di fatto si è controverso il sinistro, restando pienamente giustificato coll' esibizione del Consolato, come si è già detto di sopra.

Insistevano bensì gli Assicuratori, nel pretendere, che al tempo del seguito naufragio non resti provato, che nella Nave, o Pollacca esistessero effettivamente i Tabacchi, che formavano in parte il soggetto del risico, e la mancanza di questa prova la deducevano dall' osservarsi, che il Capitano aveva la facoltà di poter vendere i Tabacchi, e che nel Consolato, ove si enumerano i generi sinistrati non si fa di questi Tabacchi alcuna menzione.

Questa eccezione la quale per altro riguarda piuttosto la disputa intorno al risico, che intorno al sinistro, è insussistente al pari dell' altre, perchè le due Polizze di Carico fatte dal Capitano Assence nel Porto di Castello a Mare sotto di 22. Dicembre 1755. provano legittimamente, che nel Bastimento esistevano tanto i Tabacchi, quanto le altre mercanzie, nel modo che ivi sono notate, e descritte, e tutto ciò, che si prova essere stato caricato nel Bastimento, si presume tuttavia esservi, e ritrovarvisi al tempo del sinistro, *De Luc. de Credit. disc. 106. num. 16. Casa-*
23 *reg. de commerc. disc. 10. num. 16. & seq. Rot. cor. Mant. dec. 297. in princ. & in dec. 571. num. 4 & 5. tom. 2. part. 5. recent.*

Nè per elidere questa presunzione basta di allegare la possibile vendita dei Tabacchi per la facoltà da prima stata data al Capitano, perchè dopo aver questo venduto una parte dei Tabacchi, e baratrato il ritratto di essi in altre merci, si determinò a fare le nuove Polizze di Carico, e le inviò effettivamente al Sig. Aron affinchè que-

sti

sti prendesse regola per ottenere la sicurtà; onde non è da credersi, che ulteriormente volesse vendere, e alterare il sistema del carico in 24
pregiudizio tanto del Sig. Aron, che di se medesimo, essendo di comune interesse, che potesse sempre in caso di sinistro giustificarsi il risico per essere i Tabacchi, e le altre mercanzie di conto a metà, come altrove si è detto.

Oltredichè quando ancora in ogni più dura supposizione volesse dirsi, che il Capitano dopo aver fatte le nuove Polizze di Carico, procedè a nuove vendite, converrebbe pure ammettere, che nel Bastimento vi fossero, o le altre merci surrogate, o sivvero il denaro dalle vendite ricavato, e tanto pure servirebbe per compire il risico, il quale si sostanzia, e si verifica, non solo per ragione di pertinenza, e di dominio, 25
ma per causa ancora d' interesse, e di Credito, *Stracc. de assecur. gloss.* 10. *n.* 1. *& seq. Rocc. de assecur. notab.* 45. *n.* 147. *Casareg. de comm. disc.* 1. *n.* 99. *& seq. Rot. Nostra in Liburnen. Cambii marittimi & Assecurationis 6 Septemb* 1720. *n.* 76. *cor bon. mem. Urbani, & in Liburnen. seu Veneta Assecurationis* 2. *Augusti* 1747. §. *l' altra cor. Dom. Canc. Meoli.*

Nè osta per fine, che nel Consolato non si faccia espressa menzione dei Tabacchi, perchè ivi il Capitano depone, che al tempo del naufragio erano nella Pollacca *Seta*, *Uve passe*, *Cotone filato*, *Spirito di Bergamotta*, *legname da far Botte*, *e altre diverse mercanzie*, e così 26
sotto l' espressione *di altre diverse mercanzie*, potevano benissimo restar compresi i Tabacchi restati invenduti, e descritti in una delle due Polizze di Carico fatte in Castello a Mare, in sequela ancora di quanto asseriscono, e dichiarano nei loro attestati lo Scrivano della Nave, e due Passeggieri, quali tutti dicono, che al tempo del seguito naufragio esistevano nel Bastimento i Tabacchi, assieme con altre mercanzie, *Bartol. in Leg. admovendi num.* 41. *ff. de iureiur. Mascard. de probat. conclus.* 359. *num.* 3. *Rot. dec.* 2. *num.* 3. *& decis.* 3. *num.* 10. *cor. Falconer. de fid. Instrument. Illustrissimus D. Aud. Finetti in Liburnen. Assecurationis* 20. *Iunii* 1744. *art.* 2. §. 1.

E così sentite lungamente le Parti, e tralasciate molte altre cose di nessun momento, che più per ragione d' impegno, che per il valore, e merito della Causa vicendevolmente si erano rilevate ec.

Giuseppe Bizzarrini Aud. di Rota, e Relat.
Ferdinando Soldani Bensi Auditor di Rota.
Francesco Antonio Agnini Audit. di Rota.

DECISIO LXXIII.

LIBURNEN. CAMBII MARITIMI

diei 28. *Septemb.* 1759. *cor. Illustrifs.* D. AUDIT. BENEDICTO MONETA.

ARGUMENTUM.

Creditori, cui Navi specialiter hypothecata fuit præferendi minime sunt posteriores Fœneratores neque ex causa Nautici Fœnoris, iuxta Romanas Leges accepti, quippe quod excepto usurarum cursu nullum Creditori tribuit privilegium, neque in vim *Leg. interdum ff. qui pot. in pignor. hab.* quotiescumque Navis probatur instructa aliis omnino Instrumentis, aliaque pecunia; neque tandem ex titulo Cambii Maritimi, si Fœneratores exscribi non curaverint in syngrapha causam, in quam pecuniam Nauclero crediderunt, si plus argenti præbuerint quam Navis indigeret, & si pecunia in usum Navis non probetur versa. Quæ quidem probatio omnino requiritur, quoties Fœnerator non adversus exercitorem Navis, sed adversus Creditores Tertios experiri velit. Et quamvis a *Leg. Lucius Titius ff. de exercit. act.* non desideretur probatio versi, sed nuda dumtaxat indigentiæ demonstratio, attamen ostenditur, demonstrationem hanc nequidem sufficere, si Navis de Portu non solverit, eamque Legem accomodari nequaquam posse Cambio Maritimo quippe quod mutuatus est privilegium suum a *Leg. Interdum ff. qui pot. &c.* quæ probationem versi necessario postulat, quemadmodum ex accurata utriusque Legis comparatione luculenter eruitur; neque ob eam versi probationem quidquam decedere demonstratur de Commercii Nautici commoditate.

SUMMARIUM.

1 *Anterior tempore præferendus est Creditoribus posterioribus.*
2 *Fœnus Nauticum iuxta Romanas Leges acceptum nullum privilegium Creditori tribuit excepto usurarum casu*, & num. 5.
3 *Privilegium Legis Interdum ff. qui pot. in pignor. hab. Fœneratori non competit, si probetur pecuniam ab eo creditam in usum Navis minime cessisse*, & num. 19.
4 *Cambium Maritimum est Contractus diversus a Fœnore Nautico.*
6 *Commoda, & Privilegia a Romanis Imperatoribus concessa Mercatoribus referebantur ad Negociatores Frumentarios.*
7 *Fœneratoribus nullum privilegium a Romanis Legibus tribuebatur,* quia

quia erant in causa, ut Roma exhauriretur auro, & argento.

8 *Constitutum autem erat ne quid auri, vel argenti Roma asportaretur.*

9 *Quoad usuras vero tribuebatur Fœneratoribus privilegium, eisque soluta de Portu Nave currebant non centesimæ, sed infinitæ*, num. 10.

11 *Hoc tamen privilegium erat potius reparatio damni Creditoribus imminentis, nam eorum periculo navigabant pecuniæ, vel merces.*

12 *Quod periculum ex conventione durabat vel in omne navigationis tempus, vel in iter certum, & præstitutum*, num. 13.

14 *Pecuniarum Nauticarum duo erant genera, altera scilicet Eteroploia, altera vero Amphoteroploia.*

15 *Fœnerator probare nequit pecuniam suam in usum Navis versam fuisse, quoties probatio versi excluditur, eo quod Instrumenta Navis tradita fuerint a Tertiis Creditoribus.*

16 *Pro Salariis, & Cibariis Nautarum competit privilegium exigendi.*

17 *Confessio Debitoris nullius momenti est ob fraudem, quæ intervenire potest in præjudicium reliquorum Creditorum.*

18 *Res, quæ intelligi solent* per ultima spedizione, *habent naturam minime diversam a Cibariis, & Salariis Nautarum, vel ab Instrumento, & Armamento Navis.*

20 *Lex Interdum ff. qui pot. in pign. exigit ut pecunia probetur versa in Rem*, & num. 50.

21 *Quæ requirantur ad hoc ut Fœneratori Nautico competat privilegium memoratæ Legis Interdum adversus Creditores Tertios?* & n. 22. & 23.

24 *Nonnulli putant privilegium hoc Fœneratori concedendum esse dummodo probet, quod Navis pecunia indigeret, absque eo quod necesse habet demonstrare pecuniam versam fuisse in usum Navis.* & n. 48.

25 *Alii vero censent, quod probare debeat Navem fuisse refectam, vel instructam illa ipsa pecunia, quam in hanc causam adnumeravit.*

26 *Prima DD. opinio locum obtinet quando Nauticus Fœnerator actionem intendit adversus Exercitorem Navis; secunda vero procedit, quoties agit adversus Creditores Tertios*, num. 27. 29. & 65.

28 *Horum namque conditio fieri non debet deterior, nisi quis salvam, vel meliorem fecerit pignoris causam.*

30 *Salaria, & Cibaria Nautarum, & quidquid necessarium est* per ultima spedizione, *sunt Causæ privilegiariæ.*

31 *Ex Edicto Nautico lato Liburni diei* 10. *Octobris* 1748. *qualibet Navis ultra Corsicam Insulam Navigatura prærogare debet Nautis duorum mensium salaria.*

32 *Non præsumitur quod Navarchus sibi voluerit sufficere minus cibariorum, quam exigeret longitudo itineris conficiendi.*

33 *Navis e Portu abitura tribus rebus instrui debet, hoc est* Exartia, Armamento, Cibariis, & num. 77.

34 *Quid venit* Exartiæ *nomine.*

35 *Non*

35 *Non censetur, quod quis velit exercendam capere Navem necessaria Instrumento destitutam.*

36 *Iuxta Carol. Targ. sententiam ponderat. maritt. cap.* 44. *debet Navarchus priusquam abeat instruere Navem quadam, etiam pecuniæ vi.*

37 *De ista tamen pecunia nil loquitur memoratum Edictum anni* 1748. *quod tantum prospicit, ut Navarchus cogitet de Cibariis, etiamsi eo loci unde solvit, care veneant.*

38 *Si quid Navi contingat in Itinere, & Navarchus non habeat pecuniam pro illius restauratione, tenetur eam suppeditare Mercator, qui in eadem Navi vehitur argento instructus.*

39 *Quinimo si quis gravior casus navi contingat, licet Navarcho pecuniam nauticam mutuo capere, eaque minime inventa, merces oneratas divendere.*

40 *Fœneratori privilegium exigendi datur dummodo in usum Navis tantum suffecerit, quantum illa indigebat, alias suspicio fraudis oriri posset*, num. 41. & 46.

42 *Privilegio exigendi officit titulus falsus, quæsitus pecuniæ Nauticæ.*

43 *Indigentia Navis æstimanda est effectu, & re ipsa, non autem credulitate illorum, qui mutuantur.*

44 *Si ab uno, vel a pluribus credita fuerit Magistro Navis multo maior summa, quam ipsa indigeret, non datur actio in solidum adversus Dominum Navis.*

45 *Hic namque facile posset fraudari, si Navarcho daretur facultas capiendi pecuniam mutuam, quam vellet, modo a Fœneratoribus singulis tantum caperet, quantum necessario requiritur in usum Navis.*

47 *Ex proximitate temporis inter furtum, & solutionem salarii Nautarum argui potest pecuniam a Magistro Navis ademptam ad ipsos Nautas migrasse.*

49 *Natura Cambii Maritimi exigit probationem versi*, & num. 60.

51 *Cambium Maritimum est obligatio quædam ex duabus obligationibus condita, nempe ex Nautico Fœnore, & ex mutuo ob indigentiam Navis confecto*, & num. 55.

52 *Introducto usu literarum Cambii, obligationes Nautici Fœnoris iuxta Romanas Leges intellectæ cœperunt sensim imminui, & adducitur ratio* num. 53.

54 *Apud Hollandos, eosque, qui Vandalicas Civitates coluerunt in more fuit pecuniam credere Magistris Navium non ita, ut liberum illis esset eamdem in quosvis usus vertere, sed ita, ut cederet in usum Navis.*

56 *Cambium Maritimum habuit ex primis fortasse legibus hoc proprium, ut exigere posset usuras illas maiores, quas iure exigit, & qua de causa?*

57 *Habuit vero ex Leg. Interdum privilegium exigendi*, & num. 59.

58 *Qui*

58 *Qui pecuniam credit in usum Navis non acquirit in eam ius taciti pignoris, sed privilegium exigendi super cæteros Creditores, qui sint in pari causa.*

61 *Comparantur invicem, & declarantur Textus in Leg. Lucius Titius ff. de exercit. action. & in Leg. Interdum ff. qui potior. in pignor. hab.* & num. 62. 63. & 64.

66 *Explicatur Decisio* 82. *apud Sanfelic.*

67 *Commercii Maritimi felicitas, & incrementum non postulabat, Nauticos Fœneratores statim præferri ac mutuam pecuniam dederint in usum Navis; quod comprobatur nonnullorum populorum Legibus, quæ Nauticos Fœneratores modo prælatos volunt, modo postbabitos,* num. 68. 69. 70. 71. & 72.

73 *Privilegiis omnibus sunt certi fines, qui in eo consistunt, ut præiudicium Tertii, & omnis fraus, dolusque malus avertatur.*

74 *Felicitati commercii Nautici maxime prospicitur, si bona fides, ac sinceritas in negociis exercendis observetur.*

75 *Nihil enim est humanæ societati tam contrarium quam dolus, & fraus, cuius præstatio non ab Aquilio Ciceronis Collega, sed ab ipsa Natura videtur descendere.*

76 *Ad Commercii felicitatem promovendam Nautica Fœneratorum privilegia admitti debent eo temperamento., ut iis, si velint agere contra Tertios, incumbat tum cura versionis, tum ipsa probatio versi.*

78 *Privilegium exigendi non datur, nisi pecunia nautica factum fuerit, ut Navis de Portu abierit, ac propositum cursum tenuerit.*

79 *Causa quippe Navigationis cessante cessat etiam effectus a Legibus institutus.*

80 *Pecunia Navarcho credita, nisi naviget, cessat esse pecunia nautica.*

81 *Traiectitia pecunia dicebatur illa tantummodo, quæ trans more, idest in Asiam vehebatur.*

82 *Navarchus accipiens pecuniam mutuam, si falsum titulum simulaverit, tenetur actione doli.*

83 *Fœnerator si veli emendi causa crediderit, etiamsi velo Navis indiguerit, tamen non obligat Exercitorem, si eo loci, quo creditur pecunia, nulla venalia sint vela.*



Nno MDCCLVII. erat in Portu Liburno Ioannes quidam Andreas ex Insula Cypro, cui cognomen erat Agaspatino. Cum ille navigationi incumberet, & in Asiam ut plurimum Navi iter faceret, asiaticas quasdam negociationes instituit cum Ioanne Lazonio Mercatore inter Liburnenses satis divite, quarum caussa Lazonii debitor factus est in summa petiarum, ut dicunt, 2744. solidor. 8. & denar. 8.

Erat

Erat tunc temporis Agasparino Navis quædam nomine la *Madonna di Monte Nero* recens condita, & fabricata, quam Navem Agasparinus die 23. mensis Iunii anno 1757. Lazonio pro summa ei debita, una cum omnibus suis bonis, pignoravit, solemni pactione inita, se summam illam in nomen etiam & caussam Nautici fœnoris mox acceptam laturum, quod quidem eadem illa die qua promiserat, iisdem pignoribus, & hypothecis datis executus est.

Post id temporis alii etiam pecunias suas crediderunt Agasparino, quorum maxima pars prætexuit summæ illi creditæ nomen & caussam, nautici fœnoris, adscribi quippe in Instrumentis adponique curarunt, se numerasse pecuniam Agasparino in caussam navigationis ab eo in Asiam paulo post suscipiendæ, & in has præcise caussas scilicet in salaria, & cibaria Nautarum, quæ nos *paghe*, *e panatiche* nuncupamus, & in supremam, ut in Instrumento dicitur, expeditionem. Est quippe nostratibus consuetudo, ut si quando velint aliquid argenti credere in caussam nautici fœnoris, adscribi in syngrapha curent hanc formulam *per paghe*, *panatiche*, *e ultima spedizione*.

Ex numero creditorum fuit etiam Maria quædam Angela Dominici Rubelli filia, illius nempe qui Agasparino Navem fabricaverat, quippe quod ea mense Maio nupserat Agasparino, ab eoque cautionem receperat, sese dotis nomine recepisse petias 1800.

Nec prætereundum silentio est, ex numero creditorum fuisse etiam nonnullos, qui tribuerunt materiam, & instrumenta ad fabricandam, & armandam Navem habita fide de precio, quique operas suas locaverunt nondum mercede recepta; cum Navis apparatu, & instrumento nautico satis instructa non multos post dies e portu habitura esset, Agasparinus, cui quædam argenti vis in Asiam traiicienda tradita fuerat, rebus quibus potuit compilatis, solum vertit, & a Portu Liburno profugit, relicta in Portu Nave, qua publice ad hastam vendita, creditores ex ea petias 3000. redegerunt.

Fuga per Agasparinum abrepta plures inter creditores controversiæ extiterunt hac præcipue de caussa, quia creditores illi, qui Agasparino pecuniam dederant in caussam nautici fœnoris, contendebant, sese etiamsi tempore posteriores, esse tamen præferendos Ioanni Lazonio, cuius creditum æquabat ferme pretium ex venditione Navis redactum, quas controversias Pisanis Consulibus decidendas Creditores detulere. Pisani Consules lata sententia prætulerunt Ioanni Lazonio tot creditores, ut nihil de precio Navis Lazonio reliquum fieret: cum autem ille maximum ex ea sententia detrimentum sibi illatum esse quereretur, curavit, ut ea Caussa nobis iterum decidenda cognoscendaque ex Rescripto Cæsaris deferretur, qua delata, placuit nobis, exceptis Creditoribus illis, qui salvam fecerant pignoris caussam, hoc est, qui pecuniam operamve insumpserant ad recuperandam Navem, item ex-

ceptis

ceptis nonnullis aliis, qui materiam vel operas habita fide de precio crediderant in usum Navis haberetur cæteris potior Ioannes ipse Lazonius, ut videre est ex sententia nostra publicis actis consignata. Quæ vero rationes, & caussæ in memoratam sententiam nos induxerint, sunt eiusmodi.

Pisani Consules creditores omnes Agasparini in quatuor gradus, & quasi dixerim classes diviserunt, sed ita ut demptis partibus adsignatis pluribus creditoribus, non superesset, ut diximus, quidquam, ex quo Lazonius de pecunia credita Agasparino satisfacere sibi posset. Nos item quod ad distributionem creditorum rationem, & methodum Pisanorum Consulum insequi, divisimus quidem in quatuor gradus sive classes Creditores omnes sed ita, ut Lazonius ipse auferret portionem suam, illam scilicet quæ fere æquaret summam creditam Agasparino.

Consules igitur in prima classe collocarunt eos, quibus debebantur salaria, & sportulæ ob hanc litem scribis, & administris suis a legibus adsignatæ, in quam classem reiecerunt etiam plures, qui sumptus fecerant ad recuperandam, & custodiendam Navem relictam, ad litus maris. Nos item in memoratam classem recepimus creditores a Pisanis Consulibus designatos, putavimus quippe, creditores illos iure occupasse locum sibi adsignatum, propterea quod salvam fecissent pignoris caussam, Navem scilicet illam in solutionem creditorum Agasparini cessuram, *Leg. Interdum 6. Leg. huius 7. ff. qui pot. in pign. hab.* Erant autem illi Abraham Vita Coen, nec non Ioannes ipse Lazonius, quorum alter libras 356. 13. 8. alter vero perias, ut aiunt, 49. in caussam illam insumpserat.

In secundam classem retulerunt Creditores illos, qui instrumenta, armamenta, operas, cibaria ad instruendam, & armandam Navem crediderant, quorum nomina in sententia Pisanorum Consulum recitantur, in eam classem reiectus etiam fuit Abraham Vita Coen, qui Agasparini creditor factus fuerat ex hac caussa, quod pecunia sua dimiserat tum Salvatorem Canzinium, cum Thomam Wilsonium, quorum uterque Agasparino ad armandam, & instruendam Navem suffecerant instrumenta quædam digna petiis 813.

Erat in ea opinione Coenius, ut duabus ex caussis ea summa sibi deberi posset, vel iure scilicet successionis in iura Canzinii, & Wilsonii, eos quippe pecunia sua, ut diximus, iam dimiserat, vel iure Cambii maritimi, eo quod Coenius ipse solemniter cum Agasparino caverat, ut solutam Canzinio, & Wilsonio summam Agasparinus in titulum Cambii maritimi acceptam ferret, quod præstitit.

Pisani Consules, quasi Coenius ex ea summa in iura & locum Canzinii, & Wilsonii successisset, fecerunt ei locum inter Creditores secundi gradus, scilicet inter illos, qui quidpiam ad armandam & instruendam Navem Agasparino suffecerant. Fuit etiam ex numero Credito-

ditorum secundæ classis Maria Anna Dominici Rubelli filia, illa nempe cui Agasparinus caverat, ut iam diximus, sese ab ea recepisse in dotem perias 1800. Consulibus quippe placuit eam quoque mulierem in secundam Creditorum classem pro summa tamen petiarum 300. reiicere. Nec præteriri a me debet Nuntius Pollazinius, qui Agasparino vela, habita fide de pretio, suffecerat.

Cum in secunda Creditorum classe definienda ita se Consules gesserint, nos quoque in eamdem classem referendos censuimus omnes eos, qui ad armandam, & instruendam Navem Agasparini de suo quid præbuerant, sequti Textum in *Leg. interdum 5. ff. qui potior. in pign. hab.* credidimus tamen repellendos esse ab ea classe Coenium, eo quod ille ex sententia nostra non successit in locum, & ius Wilsonii, & Canzinii; item repellendam censuimus Angelam Mariam Rubelli, eo quod fœmina illa probare minime posset, sese numerasse Agasparino pecuniam nomine dotis adsignatam; Pollazinium autem admisimus in prædictam classem sed pro summa minori, pro petiis scilicet 42. 8. 9. nam ex sententia nostra reliquum solutum ei fuerat ab Agasparino, nec cœteros in censum illum admisimus, eo quod minime nobis apparuit, utilem fecisse conditionem Navis vel Creditorum.

Tertium gradum Consules adsignarunt Creditoribus ex caussa cambii, ut dicunt maritimi, censuerunt quippe illorum caussam esse privilegiariam, etiamsi cum iis concurreret Tertius Creditor, Lazonius nempe qui pecuniam suam dederat Agasparino, antequam illi de negotiationibus cum eo ineundis quidquam cogitassent; quod ut constituerent Consules, non alia sane caussa, & ratione adduci potuerunt, quam quod eorum pecunia factum esset, ut Navis de Portu abire posset. Nos contra existimavimus tertium locum adsignandum esse non illis quidem Creditoribus Cambii maritimi, sed Ioanni Lazonio, quippe quod ille, inspecto tempore quo de pignore cum Agasparino convenerat, cœteros, ut diximus, Creditores antecedebat, eratque proinde illius caussa ppior etiam pro nostra opinione cœteris creditoribus.

Quartum gradum tribuerunt Consules Creditoribus cœteris, illis nempe qui pecuniam suam tradiderant Agasparino, contenti nudo chirographo nudaque Syngrapha, quorum numero collocarunt etiam Ioannem Lazonium ex summa petiarum 3873. 14. 6. Erat in Navi illa, de qua superius meminimus, cista quædam plena pulvere nicotiano hispalensi in hanc cistam dederunt Consules tum Lazonio tum Creditoribus illi æqualibus speciale ius, quo, pulvere illo divendito unusquisque auferret ex eius pretio portionem suam quamvis perexiguam, habita ratione pecuniæ a singulis Agasparino creditæ, neque ab illius pecuniæ communione arcendos esse censuerunt cæteros Creditores nautici fœnoris, si forte ii ex pretio Navis tantum auferre non potuissent, quantum ad æquandam summam Agasparino creditam sufficeret.

Nos

Nos qui per ea quæ superius commemoravimus, feceramus tertium locum Ioanni Lazonio, utpote qui universos Creditores tempore, & hypotheca sua superaret, reiiciendos esse censuimus in quartam classem Nauticos, ut ita dicam Creditores, quorum caussam putavimus esse inter se parem ex auctoritate Interpetris maritimarum constitutionum latarum a Ludovico XIV. Francorum Rege *artic.* 10. *de cambiis maritimis pag. mihi* 249. Demum in eadem classe collocandos esse censuimus cœteros omnes, quibus Sententia Consulum Pisanorum locum dederat una cum Ioanne Lazonio; neque prætereundam putavimus Angelam Rubelli cui reservavimus iura sua adversus Agasparinum.

Ne vero Decretum nostrum Ioanni Lazonio inutile esset, condemnavimus eos, qui quidpiam exegerant adversus sententiam nostram ex pretio Navis divenditæ, ut, quam perceperant summam, refunderent Ioanni Lazonio, utpote qui ex sententia nostra, cum esset prior in tempore debebat potior esse in pignoris quoque iure *Leg.* 1. *Leg.* 4. & passim alibi *Cod. qui potior. in pignor. hab.* Atque hæc fuit summa sententiæ nostræ, cuius rationes, & caussas expositurі, in tres partes tractationem hanc dividemus, quarum prima erit de Nauticis fœneratoribus; altera de successione Cocnii in actiones, & iura Canzinii, & Wilsonii; tertia de iuribus tum Mariæ Angelæ Dominici Rubelli filiæ, tum Nuntii Pollazinii; Creditores quippe illi fuerunt in caussa, ut a sententia Pisanorum Consulum discederemus, nec reliquos, si qui sunt, prætermittemus, quibus Ioannem Lazonium præferendum esse censuimus.

§. I.

De nauticis fœneratoribus.

NAutici fœneratores, quo præferrentur Ioanni Lazonio, obiiciebant privilegium eorum, qui dant Nauclero pecuniam mutuam in usum Navis, cum Navis abitura est de Portu; contra vero Lazonius obiiciebat hypothecam de qua cum Agasparino convenerat, antequam Fœneratores cum Agasparino quidquam contraxissent.

Quod attinet ad Lazonium, nulla inter Litigatores controversia erat, quin ille die 23. Iunii 1757. cum Agasparino pactus fuisset, tum de hypotheca generali, idest de pignerandis universis bonis quæ haberet quæque habiturus esset, tum de hypotheca speciali, idest de pigneranda ipsamet Navi nuncupata la *Madonna di Monte Nero*. Contra vero nautici Fœneratores conscripserant syngraphas suas a die 27. mensis sextilis Augusti ad diem 3. mensis Octobris eodem anno 1757.

Verum quidem est, ipsos quoque fœneratores de pigneranda Navi sibi cavisse, sed eorum caussa, quod ad pignus, & hypothecam, erat

 longe

longe deterior illa, quam obiiciebat Lazonius; erat quippe Lazonius anterior, ut diximus, tempore, ideoque is cui debebatur solutio pecuniæ creditæ Agasparino, antequam posteriores Creditores admitterentur, *Leg.* 2. *Leg.* 4. *cod. de pignor. & hypothec.*
1

Quod vero attinet ad Fœneratores, nullum illis privilegium competebat ex sententia nostra; vel enim illi nitebantur in mero nautici fœnoris titulo, illo nempe de quo loquitur titulus secundus *digestorum*, & titulus Codicis 33. *de nautico fœnore*, & illorum causa non erat pri-
2 vilegiaria, nam fœnus nauticum eo modo acceptum, quo in Romanis Legibus designatur, si demas usurarum casum, nullum privilegium tribuit creditori; vel nitebantur in privilegio *Legis interdum ff. qui potior. in pignor. hab.* & etiamsi Lege illa caveatur expressis verbis, mutuantem ad armandam, instruendam, reficiendam Navem præferri cæteris creditoribus, id tamen privilegium Fœneratoribus non competebat, quia
3 Lazonius ipse ostendebat, Navem, de qua est sermo, fuisse instructam armatamque aliis omnino instrumentis aliaque pecunia, ac illa, quam Fœneratores nautici Agasparino suppeditassent. Si denique cambio maritimo innitebantur; est enim cambium maritimum contractus diversus a fœnore nautico, ut est in *decis.* 369. *num.* 76. & 77. *part.* 19. *recent.* ne titulus quidem ille suffragari iis poterat, propterea quod fœ-
4 neratores probare minime poterant, sese in eo contrahendo observasse ea, quæ ut creditori competat privilegium exigendi desiderantur.

Diximus Fœneratores maritimos, excepto casu usurarum, nullo privilegio perfrui inspectis Romanis Legibus, & iure quidem diximus; quamvis enim legamus apud Svetonium *in Claudio cap.* 18. & 19. apud
5 Lampridium in *vita Alexandri Severi*, apud Tacitum *Annalium lib.* 13. Romanos Imperatores magna commoda, & privilegia mercatoribus tribuisse, & illis maxime, qui Navis mercaturæ causa exercerent; nam ex Ulpiano ad summam rempublicam Navium exercitio pertinebat, *Leg.*
6 1. §. *licet ff. de exercit. action.* animadvertendum tamen est, commoda & privilegia illa referri ad Negociatores frumentarios, ut videre est apud Svetonium *in Claudio*, Ulpianum *in fragmentis instit. tit. de latinis Leg.* 3. §. *senat. consult. ff. de incend. ruin. naufrag.* Scævolam *in Leg.* 3. *ff. de vacat. & except.* Callistratum *in Leg* 5. §. *negociatores ff. de iur. immunit.* Paulum *in Leg* 9 §. *ultim. ff. de vacat.* Tacitum *lib.* 13. *annalium*, Lampridium *in vita Alexandri Severi*.

Cur autem nullum privilegium huiusmodi Fœneratoribus tribueretur, suberat ratio idonea, quia excepto frumento Romam ex necessi-
7 tate advehendo, erant Negociatores in caussa ut Roma exhauriretur auro, & argento Plinius *lib.* 12. *cap.* 18. & *lib.* 6. *cap.* 23. eratque Romanis Legibus constitutum, ne quid argenti, vel auri Roma asportaretur teste Cicerone pro Flacco, & est *Text. in Leg. non solum* 2.
8 *Cod. de commerc. & mercatur.*

Tri-

Tribuebatur quidem Fœneratoribus privilegium, quoad usuras, nam invectis in Navem pecuniis, vel loco pecuniæ mercibus in Asiam ut plurimum traiiciendis, *Leg. 1. ff. de nautico fænore Leg. 2. §. 3. ff. reb. credit. novell.* 106. immissoque ut plurimum in ipsam Navem sequace pecuniæ servo, *Leg. 22. §. 1. de verbor. obligat. Leg. 23 ff. de oblig. & action. Leg. 4. §. 1. ff. de nautic. fænor.* soluta de Portu Nave currebant fœneratori usuræ, & illæ quidem non centesimæ, ut modus a Legibus præstitutus ferebat *Cuiac. observ. lib. 5. cap. 38.* sed infinitæ, hoc est liberæ a communi usurarum observatione, *Leg. 1. Cod. de naut. fænor.* Paulus *lib. 2. sentent. receptar. tit. 14. Manil. Astronomicon. lib. 4. & ibi Scaliger. pag. mihi 315.* 9 10

Verum id privilegium, sive ut melius dicam, remissio illa pristini, & antiqui rigoris, erat potius reparatio damni creditoribus imminentis, quam Romanarum Legum indulgentia, nam pecuniæ vel merces ex ea die, ex qua Navis solvebat de Portu, navigabant periculo creditoris, *Leg. in nautica 3. ff. de nautic. fænor. Paul. receptar. sentent. lib. 2. tit. 14.* quod quidem periculum ex conventione durabat, vel in omne navigationis tempus, Athenis, puta, in Ægyptum, ab Ægypto Athenas, ut est in oratione Demosthenis adversus Dionysidorum, & est *Text. in Leg. qui Romæ 122. ff. de verbor. obligat.* vel in iter certum, & præstiturum, puta, Athenis in Ægyptum, & ab Ægypto in Rhodum, idem Demosthenes in oratione adversus Dionysidorum, & in altera adversus Lacritum, & est *Text. in Leg. 4. ff. de nautic. fænor. Leg. 1. Cod. eod.* erant quippe pecuniarum nauticarum genera duo, altera scilicet eteroploia, altera vero amphoteroploia, *Cuiac. ad Leg. qui Romæ 122. ad tit. de verbor. obligat. tom. 1. pag. 1241.* 11 12 13 14

Quod ad privilegium attinet *Legis Interdum*, iure optimo dixi Lazonium probare posse, Navem de qua meminimus, instructam armatamque fuisse aliis omnino instrumentis, aliaque omnino pecunia, ac illa quam nautici Fœneratores numerassent, nam ex facto observavimus, Thomam Wilsonium dedisse in usum Navis picem, funes, rudentes, & similia, quarum valor erat petiarum 1442. Nuntium Pollazinium dedisse vela necessaria Navi æstimata petiis 183. Lucam Boccherinium actorem Monachorum Vallisumbrosæ tradidisse arbores, & antennas valoris petiarum 202. Salvatorem Canzinium lora, & vincula quorum pretium fuit petiarum 513. Christophorum Vaccarium suffecisse trochleas, rotas, orbiculos, & alia eiusmodi valoris petiarum 59. 15. denique Caietanum Speziali nonnulla alia instrumenta valoris petiarum 15. 15. circiter.

Facta igitur supputatione invenimus, creditores tertios subministrasse Agasparino tantum armamenti, & instrumenti, quantum conficeret pet. 2415. 10.

Observavimus insuper instrumentum Navis, de qua meminimus, fuisse totum petiatum 2443. circiter, quæ quidem ratio erat evidens, & demonstrata, nam instrumentum illud factum fuerat tanti a publico peritoque rerum æstimatore, qui iussu Pisanorum Consulum lustravit, & æstimavit nauticum illum apparatum, quo instructa armataque erat Navis tunc temporis, cum Agasparinus e Portu Liburno profugit.

Cum igitur Creditores tertii, de iis Creditoribus loquor, qui in causam nautici fœnoris nihil Agaspatino subministrarunt, eidem suffecissent instrumentum, & armamentum valoris petiarum 2415. 10. consequens est totum instrumentum Navis fuisse suffectum a Creditoribus tertiis, excepta summa petiatum circiter 27. 10. quæ quidem summa nec erat in calculo apponenda, propterea quod non modica pars illius instrumenti erat minime recens, sed exempta ex corpore alterius Navis nuncupatæ *la Pollacca*, adeo ut aliquam impensam exegerit, quo fabri opera, corpori Navis *la Madonna di Monte Nero* appellatæ accomodaretur.

Putavimus autem eiusmodi probatione a Lazonio præstita, nauticis Fœneratoribus fuisse omnino præclusam viam probandi, pecuniam ab iis creditam Agaspatino fuisse conversam in apparatum, instrumentum, & armamentum Navis, quod planum, & palmare fit exhibito hoc exemplo.

Si pecuniam credidero filio, vel servo Titii, & actionem instituam adversus Titium dicendo, pecuniam credidi filio tuo, eaque cessit, exempli gratia, in emptionem frumenti necessarii ad alendam familiam tuam, in refectionem ædificii tui ruentis, in vestem servi tui; Titius autem exceperit, atqui vestem servi mei præbuit Caius, qui illi eam vendidit habita fide de precio, item filius meus fulsit quidem domum meam ruinosam, sed impensam illam adhuc debet Fabromurario, item emit quidem frumentum familiæ meæ, sed frumenti pretium, vel nondum solutum est, vel si solutum, Sempronius pecuniam suffecit, sollicitusque, & curiosus fuit, ut ea numeraretur venditori frumenti, minime dubitandum est, quin eiusmodi responsione, probatio versi facile excluderetur. Simili prorsus ratione cum Fœneratores agant adversus Agasparinum, & præferri cœteris Creditoribus petant ob hanc caussam, quia pecuniam suam erogaverint in usum Navis, hoc est, in funes, trochleas, antennas, vela, & cœtera instrumenta eiusmodi, nullo modo nullaque profecto ratione probare poterunt versum, cum probatio versi in proposita specie excludatur, eo quod instrumenta illa, in quæ Fœ-
15 neratores dicunt vertisse pecuniam suam, fuerint tradita Agaspatino a Creditoribus tertiis, in quam rem videndus *Castrens. in Leg. final. ff. de exercit. action.*

Quod de nautico Instrumento dixi, idem dicendum de salariis, & ci-

& cibariis nautarum, pro quibus etiam compe'it privilegium exigendi ad *Text. in Leg. iam hoc iure ff. qui pot. in pign. hab.* salaria quippe vel so- 16
luta fuerunt ex pecunia quadam apud Agasparinum deposita, vel saltem ignotum est cuiusnam fuerit pecunia illa in solutionem salariorum impensa. Quod vero attinet ad cibaria, ea non fuisse suffecta pecunia fœneratorum, ex facto ipso liquido demonstratur.

Erat in Navi depositus saccus quidam pecunia argentea plenus, quem obsignatum tradiderat Agasparino Samuel quidam Enriquez, quo illum in Asiam mercaturæ caussa, ut fieri solet, traiiceret, eum saccum Agasparinus secavit, & quamdam ex eo partem argenti abstulit; pars quippe illius argenti tradita solutaque ab eo fuit mercatori cuidam nomine Pollazinio in caussam, & nomen velorum, quæ ab eo ad armandam Navem suam antea coemerat; reliquam argenti partem in quos usus Agasparinus converterit, nulla certa demonstratio haberi potest; scimus enim tantummodo illam, aperto exenteratoque sacco apud Agasparinum fuisse. Credibile vero est, Agasparinum, cum de relinquendo Portu Liburno cogitavit, solvisse ex ea pecunia salaria, illa nempe, quæ praeroganda fuerant Nautis ad duos menses, quod non improbabili coniectura evinci potest, nam sacculum plenum argento signato recepit die vigesimotertio Octobris, postero autem die satisfecit nautis de salariis iisdem debitis.

Eiusmodi coniectura admissa apparet, unde Agasparinus acceperit pecuniam solutam nautis ex caussa, & nomine salariorum, illa autem exclusa, omnino latet, cuius pecunia usus ille fuerit, cum salaria illa persolvit, vel saltem ignotum est, an ea fuerint persoluta pecunia Fœneratorum, nullum quippe argumentum proponitur, quo probari liquido possit, Fœneratorum pecuniam fuisse versam in caussam salariorum, una excepta cautione, & confessione Agasparini, qui ait quidem sese pecuniam illam recepisse etiam in salaria nautarum, sed illius confessio nullius momenti habetur per ea, quæ tradit de Hevia *lib. 2. cap. 27. prælatio num. 27.* „ ibi „ *Nec sufficit confessio de hoc* 17
„ *facta a debitore ob fraudem quæ in hoc intervenire potest in præiudi-*
„ *cium reliquorum creditorum* „ Quod attinet ad cibaria quæ proponuntur in syngrapha fuisse empta pecunia Fœneratorum, constat evidentissime, ea Agasparino præbuisse sequentes Creditores, hoc est, Petrum Vannaccium qui cibaria æstimata petiis 50. Dominicum Bucioni qui cibaria æstimata lib. 58. 5. 4. Nicolaum Lapinium, qui cibaria æstimata petiis 38. 12. 8. & alia præterea quorum valor ignoratur, suffecerunt.

De cæteris rebus ad solvendam de Portu Navem necessariis, quæque hac voce intelligi solent *per ultima spedizione*, hoc loco minime 18
verba facimus, quod eæ res naturam habent minime diversam a cibariis,

riis, & salariis Nautarum, vel ab instrumento, & armamento Navis de quo superius verba fecimus, & agemus si res feret in proximis.

Quamobrem cum in specie nobis proposita minime Fœneratores probaverint, illorum pecuniam fuisse versam in usum Navis, idest in
19 instrumentum, & armamentum Navis, in cibaria, & salaria nautarum, existimavimus, eos adiuvari non posse privilegio *Legis interdum*; Lex quippe exigit, ut pecunia probetur versa in rem, quam refectam, instructam, fabricatam dicimus pecunia nostra, *Targa ponderat. maritim.*
20 *cap. 82. pag 292. Cuiac. ad Africanum tract. 8. ad Leg. ultim. ff. de exercitor. action. Cassan. consil. 99. §. hæc regula Capon. discept. forens. disc. 207. num. 47. Amat. part. 1. resol. 3. num. 52. Ubald. dec. 176. num. 6. & 7. Franciscus Ripa super 1. ff. novi §. eorum ratio de privileg. creditorum num. 3. Negusant. de pignor. & hypotec. tract tom. 6. pag. 227. tractat. num. 15. Vincent. Carocc. locat. & conduct. part. 7. concl. 49. num. 4. Rot. Roman. part. 19. tom. 1. decis. 104. num. 2. Merlin. de pignor. & hypoth. lib. 111. tit. 1. quæst. 15. n 69. pag. 226.*

Reliquum est, ut agamus de titulo cambii, ut nostri dicunt, maritimi. Diximus dudum, Fœneratores in contrahendo nautico illo negocio non paruisse legibus, & conditionibus, quarum observatio in eiusmodi conventionibus requiritur.

Tria sunt quæ requiruntur, quo nautico fœneratori memoratum privilegium competat. Necesse est primo, ut Fœnerator escribi curet in
21 syngrapha cambii maritimi, caussam in quam pecuniam credit Nauclero; scribit enim Carolus Targa in libro cui titulus „ *Ponderazioni sopra le contrattazioni marittime cap. 82.* „ *Il primo requisito è, che il datore del* „ *denaro faccia esprimere nel contratto di darlo in quella causa, pel fine* „ *della quale lo fida, che sia una delle sopradette tre, o di compra, o* „ *di restauramento, o di ultima spedizione per provvedersi del bisognevo-* „ *le pel viaggio, e spedirsi, senza il qual danaro non potrebbe partirsi, e* „ *così il ricevitore lo accetti per patto espresso.*

Requiritur deinde, ne Fœnerator nauclero præbeat plus argenti, quam sumptus, & caussa in genere in quam credit, desiderat, idem
22 *Targa ponderat. maritim.* „ ivi „ *Che il denaro dato sia proportionato al* „ *bisogno, e non eccessivo, il che consiste nell' arbitrio, non potendosi in* „ *ciò prefiggere meta alcuna, ma osservare, CHE SIA PIUTTOSTO* „ *MENO, CHE PIU' DEL BISOGNO, perchè altrimenti parrebbe u-* „ *na collusione.*

Tertio requiritur, ut pecunia probetur versa in caussam expressam in syngrapha. Quod dictum volumus, hac semper conditione subintel-
23 lecta, si scilicet nauticus Fœnerator experiri velit adversus Creditores tertios, hoc est adversus illos, qui pecuniam nauclero crediderunt, antequam is quidquam argenti nautici mutuum accepisset.

Non

Non equidem nos latebat, Doctores, quod ad sententiam propositam, in diversas partes discessisse. Sunt quippe qui putant, privilegium illud competere fœneratori eo etiam casu, quo tantum probet fuisse Navem in ea caussa, ut indigeret summa præstita nauclero, si quis enim pecuniam mutuet nauclero ad emendum velum rudentem malum, & his similia, sufficit ex illorum sententia, ut certior fiat, an Navis indigeat velo rudente malo, & hoc tantum probet oportet, num autem 24 pecunia credita cesserit in caussam illam sua interesse non debet, quæ quidem opinio placuit Carolo Targa *ponderat. marit. cap. 82. pag. 292.* cuius hæc sunt verba „ ivi „ *il secondo requisito è, che la Nave a contemplazione della quale si da il denaro, sia in quel tempo che si da, in termini di uno dei detti tre casi, per lo quale si riceve, cioè o di compra, o di restaurazione, o di spedizione, perchè in quello di questi casi pel quale si è dato, la Legge presuppone, che poi sia stato impiegato il medesimo danaro, non essendo conveniente, che il datore assista allo spenderlo.* „

Contra vero non desunt qui censeant, mutuantem pecuniam Nauclero sollicitum esse oportere, ut pecunia cedat in caussam quam nautica syngrapha exponit; quamobrem si quis mutuaverit ad armandam, instruendam, picandam, reficiendam Navem, ex illorum sententia probet, oportet Navem fuisse armatam, instructam, picatam refectam illa 25 ipsa pecunia, quæ in hanc causam adnumerata fuit, quam sententiam tuentur *Franciscus Ripa super 1. ff. novi §. eorum ratio de privileg. credit. num. 3. Negusant. de pignor. & hypoth. int. tract. tom. 6. pag. 227. tract. num. 15. Vincentius Caroccius locat. & conduct. part. 7. concl. 49. num. 4. Cassaneus consil. 99. §. hæc regula Merlin. de pign. & hypoth. lib. III. tit. 1. quæst. 5. num. 69. pag. 226. Martimedic. examinat. 11. num. 6. De Amato part. 1. resolut. 5. num. 52. Ubald. decis. 176. num. 6. & num. 7.*

Placuit etiam nonnullis media quedam sententia, vel enim nauticus fœnerator actionem suam intendit adversus exercitorem Navis, scilicet adversus eum ad quem quæstus quotidianus & lucrum Navis pertinet, & satis est ut ostendat, fuisse Navem in ea causa, ut pecunia mutuata indigeret; neque enim oportet creditorem ad hoc adstringi, ut ipse reficiendæ Navis curam suscipiat, & negotium Domini gerat, imputet quippe sibi Exercitor Navis, si teneri voluit ex negotio 26 gesto cum eo, quem ipse Navi præposuit §. *eadem ratione Instit. tit. 7. lib. 4. Leg. 1. §. 5. & seq. ff. de. exercit. action. Leg. 149. ff. de regul. iur.*

Si vero Fœneratores actionem intendant adversus Creditores tertios, puta, adversus eos qui pecuniam Nauclero crediderunt, antequam 28 negocium ullum nauticum contraxisset, eo casu probent oportet, pecuniam versam fuisse in usum Navis, & quidem iure, nam conditio Creditoris tertii fieri non debet deterior nisi ex iusta causa, &

ra-

ratione, hoc est nisi quis salvam vel meliorem fecerit pignoris causam ad *Test. in Leg. interdum, & in Leg. huius enim ff. qui potior. in pign. hab.* de qua re fusius agemus in proximis.

Eiusmodi differentiam & distinctionem proponunt Gregorius Lopez in *Leg. Hispanien.* quibus titulus est *Partide tit. 13. 5. partida Leg. 24. verbo metidos.* Ioannes de Hævia *lib. 2. cap. 27. Prælatio, num. 27.* „ ibi „ *Ut habeat locum ista prælatio, opus est ut constet, & probetur* „ *datam fuisse rem, ex qua procedit debitum in hanc caussam, & esse ne-* „ *cessariam rei, quæ reficitur, & versam fuisse in hoc, nec sufficit con-* „ *fessio de hoc facta a debitore ob fraudem, quæ in hoc intervenire po-* „ *test in praeiudicium reliquorum creditorum Leg. huius ff. qui potior. in* „ *pign. hab. Leg. 26. in fin. tit. 13. part. 5. partit. ubi gloss. Gregor.* „ *10. quæ dicit, quod non resistit. Leg. fin. ff. de exercit. quæ disponit* „ *quod ut administrator obliget Dominum, sufficit probari coniecturis,* „ *quod in eius utilitatem contraxit, quum diversus casus sit, in quo non* „ *agitur de praiudicio aliorum creditorum, ut in præsenti casu.* „

Doctissimus *Casareg. disc. 18. de commerc.* huiusmodi distinctionem probat sub *num. 17.* his adhibitis verbis „ ibi „ *Verum hac con-* „ *clusio procedit tantum ut supra tetigimus respectu ad exercitores, sive* „ *Dominos Navis, secus vero respectu ad creditores anteriores ipsorum* „ *exercitorum concurrentium cum huiusmodi cambistis, quia tunc non es-* „ *sent soluti ab onere probandi prædictam versionem in usum Navis ex* „ *eo, quia mandatum expressum exercitoris præponentis ad hunc quidem* „ *effectum aliis præiudicat exercitoribus, sed in nihilo eorum creditoribus* „ *anterioribus, qui illud non dederunt, & qui solum in concursu cambi-* „ *starum poni debent in ultimo gradu attenta potioritate, quæ solum ema-* „ *nat a versione pecuniæ in usum, & utilitatem Navis.* „

Antonius Murchius in relatione habita ad Genuenses Conservatores maris anno 1726. *apud Casareg. de commerc. disc. 71. tom. 2. num. 34. §. quandoquidem* „ ibi „ *Quandoquidem facile sibi consulere* „ *possunt, qui nunc contrahunt per visuram libercult, in quo iuxta Le-* „ *gem cambia debent adnotari, & petendo consensum a participibus, aut a* „ *deputatis secundum capitula Illustrissimus Magistratus, & qui ante Le-* „ *gem contraxerunt, facile exquirere poterant a magistris, vel dictum con-* „ *sensum, vel mandatum ad cambio capiendum illam caussam ex qua* „ *absolute obligantur exercitores quantumvis pecunia mutuata conversa* „ *non fuerit in Navis indigentias modo in dictam caussam recepisse dicat* „ *Magister Pecb. in d. Leg. final. versic. cavit num. 3. & ibi Vinn. sub* „ *litt. A, & Castrens. sub num. 2. vers. item quando habuit mandatum* „ *& in hoc omnes concordant quoad obligandos exercitores quidquid sit* „ *quoad præiudicium creditorum anteriorum, contra quos esset probanda* „ *versio in Navis utilitatem, ut bene advertit D. de Casareg. de comm. disc. 18. num. fin. vers. verum hac conclusio.*

Cum

Cum igitur in negocio proposito non una esset Doctorum sententia, nos admittendam censuimus opinionem mediam, illam scilicet 29
quæ componit sententias memoratorum Doctorum, ideoque putavimus, Doctores illos quos recitavimus in §. *non equidem* obtinere in specie, qua Fœneratorum aliquis experiri velit adversus Exercitorem Navis, quos vero recitavimus in §. *contra vero, & seq.* in specie illa obtinere, qua Fœneratores agant adversus Creditores tertios; quia vero quæstio nostra versatur circa secundam speciem, erat enim hæc controversia, num Fœneratores præferendi essent Creditori tertio, idest Lazonio, qui pecuniam numeraverat Agasparino nondum negociis nauticis obligato, admittendam putavimus opinionem, qua Fœneratores privilegio exigendi frui possunt, dummodo probent pecuniam traditam nauclero in usum Navis cessisse.

Leges igitur a Fœneratoribus observandæ erant illæ, quas hactenus memoravimus, videamus modo, an illi propositis legibus obtemperaverint. Ex facto patet Fœneratores observasse quidem legem, & conditionem primam, curarunt enim ut in nautica syngrapha describeretur sese tradidisse pecuniam Agaspatino in has caussas, hoc est in salaria, & cibaria nautarum, & in supremam, ut solemus dicere, expeditionem „ ivi „ *per paghe, panatiche, e ultima spedizione* „ quæ quidem caussæ sunt omnes privilegiatiæ, ut notat *Targa d. cap.* 82. 30
pag. 291. *versic. il primo requisito, & cap.* 44. *pag.* 155. secundam vero, & tertiam e legibus superius memoratis Fœneratores nullo modo observarunt.

Et plane quod attinet ad legem, & conditionem secundam, Fœneratores non crediderunt Agasparino tantum argenti, quantum ad peragendam expeditionem Navis sufficeret, sed summam longe maiorem, & ratio est quia ad Navis expeditionem summa petiarum 300. minime quidem sufficiebat, ita tamen ut summa petiarum 600. maiore vix opus esset; contra Fœneratores, ut Navis indigentiæ sufficerent, tradiderunt Agasparino petias circiter 3318. Navis ut diximus, non indigebat maiori summa petiarum 600. Primo quippe salaria sufficienda nautis ad duos menses, æstimari poterant petiis 156. altero tanto cibaria hoc est petiis item 156. nautæ quippe erant numero novem, & singulis nautis compensatis salariis maioribus cum minoribus adsignari poterant ad duos menses nummi argentei 10.

Dixi ad duos menses nam quælibet Navis solvens a Liburno Portu navigatura ultra Corsicam Insulam, prærogare debet nautis duorum mensium salaria ex edicto nautico lato Liburni die 10. Octobris 1748. „ *dovrà il Capitano, o Padrone anticipare una mesata di paga* „ *ai loro Ufiziali, e Marinari, a titolo d' ingaggio, o sia imprestito, e* 31
„ *trattandosi di viaggio di lungo corso, come da Livorno ad Antibo,* „ *andando a Ponente da Livorno a Napoli andando a Levante, e da Li-* „ *vorno*

„ *vorno andando di là dall' Isola di Corsica, potrà nell' istessa maniera*
„ *anticiparli due mesate da ragguagliarsi queste anticipazioni al loro re-*
„ *spettivo debito, venendo seco loro a conteggiare per il viaggio, o tem-*
„ *po convenuto.* „

Est in actis nota quædam, sive supputatio exscripta manu Francisci Garzan, ipsius Navis ratiocinatoris, supputatio autem illa demonstrat Agasparinum prærogasse pensionem nautis in summa tantum petiatum 156. quæ summa exequat circiter rationes salariorum ad duos menses præbendorum nautis, qui sint numero novem.

Quod attinet ad cibaria, vel ea æstimari debent ratione habita quantitatis repertæ in Navi post fugam Agasparini, & erant in summa petiarum 48. ut in actis relatis constat, vel æstimanda sunt habita ratione sumptus in illis comparandis facti, nec valde superant summam petiarum 156. tantidem enim cibaria illa æstimavere Petrus Vannaccius, Dominicus Bucionius, & Nicolaus Lapinius, qui ea, ut ex actis apparet, Agaspariao suffecerunt.

Ponimus vero cibaria in nautarum usum empta stetisse petiis 156. quamvis ponere poteramus, ea tantummodo constitisse pet. 48. & quidem non immerito; si enim Agasparinus Navi re ipsa imposuit non plus cibariorum, quam quod valeret petiis 48. vel etiam petiis 60. cibaria, quæ fuerant necessaria Agasparino, non possunt fieri pluris quam petiis 48. vel 60. neque enim censendum est Agasparinum hominem cœteroqui versutum, & callidum voluisse sibi in Asiam navigaturo sufficere minus cibariorum, quam exigeret longitudo, & difficultas itineris conficiendi; at vero, quo supputatio nostra minus quam fieri posset difficultatis reciperet, admisimus ultro, ut cibaria æstima-
32 rentur in calculo petiis etiam 156. circiter, quo pacto supputatis salariis, & cibariis confecimus summam petiarum 312.

Superius observavimus caussas, in quas mutuarunt Fœneratores, fuisse tres „ *per paghe, panatiche, ed ultima spedizione.*„ Expensa facienda „ *per le paghe, e per le panatiche* „ non multum, ut diximus,
33 superabat summam petiarum 310. Dixerit fortasse quispiam, augendam esse prædictam summam petiarum 310. eo quod ipsamet expeditio Navis aliquid sumptus requirat. At qui, ut demus summam illam petiarum 310. augeri debere aliquantulum, tamen accessio illa nonnisi modica esse poterit, neque enim expensa facienda Agasparino tunc temporis, cum de relinquendo Liburno Portu cogitabat, magno intervallo superare poterat summam, quam posuimus petiarum scilicet 300. Navis enim memorata, quo abiret de Portu Liburno, & navigaret in Asiam, ab his tantum rebus instrui, & adornari debebat, hoc est *Exartia*, *armamento*, *cibariis*, cuius rei testem præbeo Targam qui *cap.* 44. hæc scribit „ *primà di partire conviene, che chiunque presiede all' amministrazione dei Vascelli, provveda di tre cose, cioè esarcia, viveri, e*
„ *mu-*

„ *munizioni* „ Exartia quidem (utimur vocabulo græco quippe quod ex græcis vocabula multa derivarunt nostri navarchi, & exartiæ vocabulo utitur Harmenopulus, *Basilic. tit.* 2. §. 29. *lib.* 53.) exartia, inquam, expensarum caput valde augere non poterat, nam Wilsonius, Canzinius, Pollazinius, Boccherinius, cæterique quorum superius meminimus, præbuerant Agasparino funes, trochleas, antennas, malum, vela, & cœtera eiusmodi instrumenta, quas quidem res exartiæ nomine venire vulgatum est. 34

Instrumenta autem a memoratis Mercatoribus Agasparino tradita talia fuisse, ut possent satis Navem instruere, demonstrat successus ipse, nam Navis illa, cum primum pecuniam nauticam fœnori accipere cœpit, in anchoris stabat, & conductores invenerat eamdem in Asiam exercituros. Coenius ipse die 16. Augusti, hoc est duos dies antequam fœnori pecuniam suam daret (dedit quippe Agasparino mutuas petias 800. die 18. Augusti 1757.) Navem Agasparini exercendam conduxit constituta mercede petiarum 1500. ut apparet ex syngrapha conscripta die 16. Augusti 1757. quod quidem manifestissimo signo est, Navem Agasparini tunc temporis fuisse nautico apparatu satis instructam, & ad navigandum idoneam, neque enim quispiam censetur adeo vecors, & supinus, ut velit exercendam capere Navem necessario instrumento nudam, & destitutam. 35

In hac ipsa Urbe Florentia erat procurator Agasparini, qui diploma, quo Agasparino de Portu Liburno cum vexillo Cæsareo discedendi potestas fieret, expostulabat, quam indulgentiam obtinuit die 17. mense Septembri.

Ex eo rerum numero quibus Navarcus discessurus de Portu sese instruere debet, sunt, ut antea diximus cibaria, quia vero cibariorum calculum, & rationem dudum habuimus, ergo supputatio nostra augeri immutarique minime debebit ex capite cibariorum, quæ venire fortasse possint sub hac voce scilicet, *d' ultima spedizione*.

Meminit quidem Targa de alio etiam genere rerum, quas nuncupat *munizioni*, verum vel vocabulo illo designantur instrumenta, & armamenta Navis, & vidimus Navem non potuisse indigere tunc temporis instrumentis ullis, quippe quod eiusmodi rebus instruxerant satis Navem Wilsonius, & reliqui, quos superius commemoravimus, vel vocabulo illo designantur cibaria ipsa, & ea non sunt in calculum iterum ducenda, quippe quod diximus ex eo capite fuisse necessariam summam petiarum circiter 150.

Monet quidem *Targa cap.* 44. oportere navarchum priusquam abeat instruere, & adornare Navem, non solum exartia, & cibariis, quemadmodum superius commemoravimus, sed quadam etiam pecuniæ vi, quo, si quid nauclero inter navigandum deerit, id sibi comparare possit præsenti pecunia, qua se soluturus de Portu provide instruxit. 36

Edi-

Edictum de re nautica Liburni anno 1748. promulgatum de pe-
37 cunia ista nil loquitur, præcipiens tantum, ut navarchus cogitet de cibariis, etiamsi eo loci unde solvit, care veneant „ *Il Capitano, o Padrone dovrà far provvisioni di vettovaglie sufficienti per il viaggio che intraprenderà per il conveniente nutrimento d' ogni stipendiato, conforme è solito praticarsi su i Bastimenti della nostra Bandiera Toscana, il che non osservando non sarà ammesso a scusa veruna, ancorchè nel luogo della partenza le vettovaglie fossero care, e sarà condannato a compensare in denaro quelli, che non fossero stati congruamente provvisti.* „

Non ii sumus, qui inficiari velimus, argentum ad peragenda, summa cum commoditate negocia universa tum terrestria, cum maritima, esse apprime utile, immo fere necessarium: tantum contendimus navarcum mari iter facturum modica pecunia contentum esse oportere, præcipue cum instructus est apparatu rerum, quibus conficit, & exerceri instituta navigatio commode possit; cum enim de Portu solvimus aliquo navigaturi, puta, a Liburno Portu ad Insulam Rhodum, illuc recta tendimus ab incepto cursu minime declinantes nisi vi ventorum, & procellarum abrepti, neque interea temporis de viatico solliciti sumus, quod in Navi priusquam solveremus congessimus; quid igitur pecuniæ opus esse potest, cum eo pacto navigationes instituimus? certe modica ne dicam nulla. Fac enim aliquid forte contingere in Navi, quod nonnisi præsente pecunia sarciri possit, puta frangi ventorum vi vela, & antennas, discindi vela, & rudentes; erit ne tanta navarchi egestas, ut non habeat unde sumptum facere possit in malum antennas, rudentes vela reficienda, reparanda, comparanda? minime gentium! si quis enim mercator in eadem Navi vehatur pecunia instructus, tenetur erogare pecuniam suam in velum rudentem malum, relaturus so-
38 lutionem æris mutuati, cum primum Navis appulerit ad Portum, quod quidem notat ipse etiam *Targa cap.* 44. quo loco etiamsi Nauclerum moneat, ut sese instruat aliqua pecuniæ vi, antequam solvat de Portu, id ait præstandum esse, nisi quis fortasse cum eo mercator naviget argento instructus, ille enim si quid Navi acciderit, tenetur pecuniam sumptui faciendo suppeditare „ ivi „ *sopra ogni cosa attenda il Capitano alla colonna pecuniaria, acciò se viaggiando, o per incontri, o per altro gli mancasse cosa alcuna, se ne possa provvedere, massime se in Nave non vi fossero Mercanti di borsa fornita, ai quali convenisse far ricorso* „ quod cavet etiam Consulatus maris *cap.* 104. „ ivi „ *trovandosi il Padrone nel decorso del viaggio in luogo ove abbia bisogno d' esarcia, o di comprare altre provvisioni necessarie alla Nave, quando non possa trovare in prestito da altri i denari, che gli bisogneranno, deve quel Mercante, che avrà denari, imprestarglieli in quel modo, che il Nocchiero, e gli altri Mercanti giudicheranno; con que-*

„ *sto*

„ sto però, che tutti i Compagni, e Prestatori, che saranno sulla Na-„ ve debbano obbligarsi al suddetto Mercante „. Cleirach les us, & coutumes de la mer. tit. Iugem. d' Oleron. §. 22. num. 1. & in contract. maritim. cap. 5. §. 35. Casareg. disc. 71. num. 10. tom. 2. de commerc.

Quin imo si quis gravior casus Navi contigerit, licet Navarcho pecuniam nauticam mutuo capere, eaque minime inventa merces quoque divendere oneratas in Navi, & illarum pretio uti, de qua re lo- 39
quitur Consulatus maris *cap. 104. & seq. Targa ponderat. marit. cap. 26. num. 27. & cap. 44. n. 5. & cap. 54. in fin. & cap. 74. §. quest Casareg. disc. 71. num. 10. tom. 2.*

Adeo certum exploratumque est, non debere Nauclerum dum navigat sumere eam argenti vim, quæ rem minime perpendenti necessariam forsasse videri potest. Animadverti præterea debet in maritima mercatura exercenda, non esse habendum multum argenti otiosi, pecuniæ siquidem vice funguntur merces ipsæ oneratæ in Navi ad peregrinas regiones non sine lucro traiiciendæ, & vendendæ, quæ quidem omnia erant profecto nobis in Caussa ne crederemus, ex capite pecuniæ in Navi habendæ, augendam valde fuisse summam petiarum circiter 300. quibus diximus Agasparinum indiguisse, qua tempestate navigationem suam instituebat.

Verum quo faciliorem reddamus quæstionem, & speciem nobis propositam, augeamus etiam summam, qua diximus indiguisse Navarchum, cum solveret de Portu Liburno, & pro petiis 300. ponamus summam petiarum 600. hæc tamen ipsa summa nequaquam sufficiet, quo salva, & legitima sint negocia nautica a Fœneratoribus gesta, nam cum in proposita etiam specie Navis esset in ea caussa, ut indigeret tantum nummis argenteis 600. Fœneratores dederunt Navarcho mutuos argenteos nummos 3318. quæ quidem summa est quintuplo fere maior illa, qua Navis ea tempestate ad summum indigere poterat: summa igitur a Fœneratoribus suppeditata in usum Navis, cum adeo immani excessu superaverit summam, qua revera Navis ipsa, quo navigaret, indigebat; duo statim consequuntur.

Primum Fœneratores destitui in negocio proposito caussa, & ratione privilegiaria, datur enim fœneratori privilegium exigendi, dummodo in usum Navis tantum sufficiat, quantum illa, cum id argenti mutuo datur, indigere possit ad tradita *in §. requiritur* quibus addi- 40
mus *gloss. in leg. Lucius Titius ff. de exerc. action. pag. mihi 95 lit. F Vinn. ad Peck. pag. 183. lit. A.*

Alterum vero magnam illam pecuniæ nauticæ negociationem non sine suspicione fraudis esse posse, cuius rei testis est ipsemet Carolus 41
Targa scribens, nauclero cavendum esse, ne sibi adnumerari permittat plus argenti, quam indigeat, ne qua collusionis suspicio inde oriatur,

ut est in *cap. 82. §. il terzo requisito è* „ ivi „ *il denaro dato sia proporzionato al bisogno, e non eccessivo, il che consiste nell' arbitrio, non potendosi in ciò prefiggere meta alcuna, ma osservare, che sia piuttosto meno, che più del bisogno, perchè altrimenti parrebbe una collusio-*
42 *ne* „ quod notat etiam Cuiacius docens privilegio exigendi efficere titulum falsum quæsitum pecuniæ nauticæ, *ad Africanum tractat. 8. Leg. ultim. ff. de exercit. action.* „ ibi „ *hoc tantum exigimus, ut non fuerit falsa caussa erogandæ pecuniæ, mutuæ, ut mutuo non fuerit quæsitus titulus falsus, idest ut revera Navis indiguerit refectione, & uti hoc certo indagarit, ac scierit Creditor* „ *Clerac les us, & coutumes de la mer contracts maritimes §. 10. pag. mihi 283.*

Nec turbat quod Fœneratorum Defensores obiiciebant interdum, satis esse si singuli fœneratores summam necessariam non excesserint; Navis ex. gr. indigebat petiis 600. Titius dedit mutuis petias 600. totidem Caius, totidem Sempronius, singuli non excesserunt summam petiarum 600. etiamsi illi in solidum mutuaverint petias 1800.

Siquidem respondebamus, indigentiam Navis non esse æstimandam opinione, & credulitate illorum qui mutuantur, sed effectu, & re ipsa; quamobrem si Navis indiguerit rudente velo, anchora, &
43 aliis instrumentis dignis ex. gr. petiis 600. summa illa absolute, ut aiunt, sumpta erit pecunia qua proprie dicere possumus indigere Navem; si quis igitur dederit in illam caussam petias 600. videtur dare in caussam ipsius Navis; contra vero si unus, vel plures excesserint summam illam, non videntur dedisse in Caussam, & indigentiam Navis, quod notat ipse Textus in *Leg. Lucius Titius ff. de exercit. act.*
44 in hæc verba „ ibi „ *si in ea caussa fuerit Navis, ut refici deberet,* „ *multo tamen maior summa credita fuerit, quam ad eam rem esset ne-* „ *cessaria non debere in solidum adversus Dominum Navis actionem da-* „ *ri* „ Quod, & notat expressis verbis Marchius apud Casaregium occurrens huiusmodi difficultati *disc. 71. num. 34. §. caeterum in fin.* „ ibi „ *ut intelligant qui cæcis oculis mutuant, sub prætextu quod Na-* „ *vis indigeat, se frustra desideraturos actionem in exercitores, quando* „ *multo maior pecunia, sive ab uno, sive a pluribus credita fuisset* „ cuius rei idonea quoque ratio reddi potest, nam si Magistro Navis daretur facultas amplissima capiendi pecuniam mutuam quam vellet,
45 modo a Creditoribus singulis nil amplius caperet, quam id quod necessario requiritur in usum Navis, profecto Magistris Navium aperiretur via amplissima dominos suos fraudandi, quod ratio, & æquitas minime patiuntur. *Vinnius pag. mihi 183. Casareg. disc. 71. num. 34. versic. e contra in fin.*

Cum igitur hactenus demonstraverimus, Fœneratores excessisse modum pecuniæ, qua vere Navis, ut in Asiam navigaret, indigebat, merito pro nostra opinione putavimus, pecuniam Agasparino creditam, exi-

exigua excepta summa, perfrui minime posse privilegio exigendi ex hoc capite, quod pecunia illa non fuerit, ut oportebat, cohibita intra modum a legibus nauticis præstitum, secuti in ea re consuetudines, de 46
quibus Cleiracius in libro cui titulus *les us, & coutumes de la mer contracts maritimes pag.* 284. „ ibi „ si quis plus argenti quam necessitas ferat Navarcho fœnori dederit, argento fœnori dato mulctarus esto „. Item admiralitatis, & vandalicas, & hanseaticas quas dicunt Constitutiones, & Leges, a quibus non multum dissentire videtur edictum latum a Cæsare Augusto anno 1748.

Diximus in antecedentibus, oportere, si quando privilegium exigendi nobis adserimus, & vindicamus, ut probemus, pecuniam creditam in usum Navis cessisse. In specie nostra probari ne potest pecuniam præbitam Agasparino cessisse in usum demonstratum in Syngrapha, idest in salaria, & cibaria Nautatum, & in cæteras illas res ad conficiendam expeditionem Navis necessarias, minime gentium! Tam enim a veritate remotum est Fœneratorum pecuniam in usus illos migrasse, ut, quod ad aliqua rerum genera, certo sciamus ea non fuisse comparata pecunia Fœneratorum, cuiusmodi sunt instrumenta, & armamenta Navis, quæ suffecerunt Wilsonius, Canzinius, Pollazinius, Boccherinius; item cibaria, quæ Bucionius, Vaccarius, Lapinius, Agasparino subministrarunt. Quod autem ad alias res pertinet, pura, nautarum salaria, si certo sciri non potest, quorum pecunia soluta fuerint, probabilis tamen coniectura non deest, quin ad ea solvenda, erogata fuerit pecunia illa sumpta ex sacculo ab Enriquez Rodriguez tradito Agasparino; scimus enim salaria postridie soluta fuisse, quam Agasparinus recepit sacculum pecunia signata plenum, ac secuit; facit autem proximitas temporis, ut non iniuria censeamus illam ipsam pecuniam, quam Agasparinus ademit, ad nautas ipsos migrasse, *Ripa in Leg. si veniret* §. *fin. num.* 10. *ff. de privileg. credit. Rot. cor. Ludovis. decis.* 31. *num.* 3. 47
& decis. 289. *num* 21. *tom.* 1. *part.* 18. *recent.*

Quod si de pecunia habenda in Nave, verba facere etiam velimus, prætetquamquod, ad conficiendum iter a Liburno Portu Alexandriam, modicum pecuniæ requirebatur, erat Agasparino plus satis pecuniæ pro suscepti itineris intervallo ex ademptis ab eo sacculo, de quo superius meminimus, scut. 500. quæ summa non tantum ad institutum iter, quod erat duorum circiter mensium, sed ad conficiendam viam duplo etiam maiorem superabat; quæ quidem omnia non est cur pluribus argumentis illustremus, fuerunt enim liquido demonstrata eo loci, quo de pecunia in caussam Navis vertenda, ut *Leg. interdum* obtineat, fusius disseruimus.

Eiusmodi argumenta, vel apud ipsos Fœneratorum Defensores exigui momenti non erant, insidebat illis tantum in animo fixa sententia, scilicet in exercenda pecuniæ nauticæ negociatione non esse neces-

fariam probationem versi, sed sufficere tantum si Navis in ea caussa sit,
48 ut indigeat pecunia, quam sententiam confirmare posse censebant adducta auctoritate *Text. in Leg. Lucius Titius ff. de exercit. action.* & Caroli Targa id ipsum statuentis in *cap.* 82.

Proposita argumentatio primo quidem obtutu minime contemnenda videbatur propter auctoritatem Africani Iuris consulti clarissimi, quippe quod *Lex Lucius Titius ex lib. 8. quæstionum* eiusdem Africani deducta est; ideo divisa quodammodo in suas partes difficultate proposita, demonstrandum suscepimus, primo naturam cambii maritimi
49 exigere probationem versi; deinde non posse in specie nostra adduci *Text in Leg. Lucius Titius*, eo quod speciei nostræ accomodari tantummodo possit *Text. in Leg. interdum*, qui quo privilegium exigen-
50 di competat probationem versi requirit.

Natura cambii maritimi exigit ipsa per se probationem versi, nam conventio, & obligatio illa, cui Germani *Bodmeren*, Galli *contrat a la grosse* Nostri *cambii maritimi* nomen fecerunt, nil aliud est, quam
51 obligatio quædam ex duabus obligationibus, vel apud Romanos ipsos valde frequentatis coalita, nempe ex nautico fœnore, de quo *Leg. in tot. tit. digest. & Cod. de naut. fœnor.* & ex mutuo ob caussam armandæ, reficiendæ, instruendæ Navis confecto, de quo sunt *Leg. 6. & 7. ff. qui potior. in pign. hab.*

Conventio autem illa apud Mercatores ita invaluit. Introducto scilicet usu literarum, quas dicunt cambii, nautici fœnoris obligatio-
52 nes acceptæ eo sensu quo in Romanis Legibus intelliguntur, cœperunt sensim imminui, *Rota Romana decis. 369. num. 73. part. 19. tom. 1.* facile quippe fuit, missis ad amicum Mercatorem literis, habere eo loci præsentem pecuniam, quam quis antiquitus ut plurimum per ser-
53 vum vel per aliam personam, paucis exceptis casibus quos innuit *Cicero epistola 5. ad familiares lib. 3. & lib. 12. epist. 24. & lib. 15. epist. 15.* cogebatur transmittere in locum, in quo pecunia illa præsens parataque esse oportebat, *Cleirac les us, & coutumes de la mer contracts maritimes a 190. §. 5.*

Nautico autem fœnore intermisso ne dicam intermortuo, alia sensim existere cœpit obligatio, quæ apud Hollandos, præcipue eosque qui Vandalicas Civitates coluerunt, frequentari cœpit. Huiusmodi si quidem hominibus in mente fuit, pecuniam credere magistris Navium non ita, ut ex Romanorum consuetudine, & usu liberum illis esset, pecu-
54 niam sibi creditam in quosvis usus vertendi. *Stypman. cap. 5. num. 52. pagin. mihi 71. Demosthen. oration adversus Lacritum pagin. mihi 949. quo loci Syngraphæ exemplum refert*, sed ita ut pecunia illa cederet in usum Navis, *dictus Stypman. cap. 5. num. 52. pag. mihi 71. Cleirac. Contracts maritimes §. VI. in adn. pag. mihi 282.*

Si quis igitur huiusmodi obligationis, & conventioni, naturam in-
tro-

trospicere voluerit, animadvertet duarum quodammodo conventionum vim in cambium, ut aiunt, maritimum fuisse transfusam, quarum altera ex nautico, ut diximus, fœnore quodammodo derivavit, altera vero 55
originem duxit a *Leg. interdum*: habuit enim cambium maritimum ex primis fortasse legibus hoc proprium, ut exigere posset usuras illas maiores quas iure exigit, ut est *in Liburnen. Cambii maritimi diei 4. Novemb. 1677. cor. Farsetti lib. mot. 126. a c. 88.* & ea profecto de caussa, quia pereunte pecunia credita, ea cedebat damno, & periculo creditoris, habuit vero ex *Leg. interdum* privilegium exigendi, qui enim pecuniam credit in usum Navis, non equidem ius taciti pignoris in ipsam Navem acquirit, neque enim id ius de iure communi conceditur; *Loccen. de iur. marit. lib. 3. cap. 2. pag. mihi 213. Vinn. ad Pecbium pag. mihi 100. Ioseph Averan. lib. 2. cap 13. per tot.* Sed loco taciti pignoris acquirit privilegium exigendi pecuniam suam super cœteros Creditores qui sint in pari caussa Teste *Loccenio de iur. maritim. lib. 3. cap. 2. §. 2.* 56 57 58

Cum igitur cambium maritimum mutuarus quodammodo fuerit privilegium suum a *Leg. interdum*, de eo privilegio loquor, quo posterior Creditor priori Creditori præfertur, consequens est, ut natura 59
cambii maritimi probationem versi necessario desideret, neque enim sine eo probationis genere, id privilegium dari potest ad tradita in 60
§. *contra vero*.

Venio ad *Text. in Leg. Lucius Titius*, quem ostendo extraneum omnino esse a specie nostra; illi quippe accomodari dumtaxat potest *Text. in Leg. interdum*, de quo hactenus verba feci. Quo vero res in sua quodammodo luce collocetur, operæ pretium est, ambas illas leges invicem comparare, & quid unaquæque proponat quid exigat, clarissimis quam potero verbis explicare.

Duo sunt Leges in iure nostro, quæ nauticæ pecuniæ negociationem quasi regere, & definire possint, quarum altera est *Leg. Lucius Titius*, altera vero *Leg. interdum ff. qui potior. in pignor. hab.* Posterior attribuit Creditori privilegium exigendi, sed desiderat, ut pecunia probetur versa in caussam in quam creditur, prior vero non desiderat probationem versi contenta siquidem est nuda indigentiæ demonstratione, at nullum privilegium attribuit Creditori. Prior datur adversus exercitorem Navis, posterior adversus Creditores tertios, quæ singula brevibus sunt explicanda. 61

Leg. interdum adtribuit Creditori privilegium, ut diximus, exigendi; ait enim *Text.* „ *Interdum posterior Creditor potior est priore; ut puta, si in rem conservandam impensum est quod sequens credidit, veluti si Navis fuit obligata, & ad armandam eam vel reficiendam ego credidero* „ Desiderat autem lex, ut pecunia in caussam, in quam creditur, probetur versa, quod evincitur ex Textu ipso „ ibi „ *posterior creditor* „ *potior*

„ *potior est priore si in rem ipsam conservandam impensum est*, „ & probatur auctoritate Doctorum quos retulimus in §. *Contra vero* quibus addimus Angelum *de confessionibus lib. 2. quæst. 60. num. 2. §. verum Mascard. de probat. conclus. 1166. num. 8.*

Neque deficit ratio, cur ea versionis probatio desideretur, nam id privilegium verti non debet in damnum, & fraudem creditorum anteriorum ut notat *Amat. resolut. 3. num. 52. & 53.* & prænotaverat *Bartol. in Leg. doli mali ff. de novat. num. 7. Giurb. decis. Regni Siciliæ decis. 79. num. 7. Rota Romana decis. 325. num. 5. in fin. part. 10. recentior.*

Erit autem id privilegium sine damno, & præiudicio creditorum anteriorum, si pecunia impendatur in usum rei alteri obligatæ, effici quippe potest, ut res illa vel ob caussam mutuatæ pecuniæ salva fiat, puta, si Navis vetustate fatiscens, ne pereat, reficitur pecunia nostra, *Leg. huius enim ff. qui potior. in pignor. hab.* vel effici potest melior, puta, si Navi valenti decem millia præbeantur talia armamenta, & instrumenta, quæ faciant ut venire possit triginta millibus de qua re Pechius *comment. in tit. ff. & Cod. ad rem nauticam pag. mihi 101. n. 5. tit de exercit. action.*

Erit item propositum privilegium sine fraude creditorum, si posterior creditor, tum vertat pecuniam suam in rem quam reficit, tum id ipsum probet nempe sese re ipsa, & cum effectu impendisse, & erogasse pecuniam suam in rem super qua præfetti postulat cœteris Creditoribus. Igitur *Leg. interdum* adtribuit quidem privilegium exigendi, privilegium scilicet, ut in pari caussa posterior creditor præferatur priori, sed quo privilegium illud adtribuatur, necessaria est versio, & ipsa quidem probatio versi.

Transeo nunc ad *Text. in Leg. Lucius Titius*, ea porro lex non
62 desiderat probationem versi, contenta siquidem est, ut nuda indigentia probetur, Navem ex. gr. esse in ea caussa, ut indigeat cilicio gubernaculo artemone, verba Textus hæc sunt „ *Lucius Titius Stichum magistrum Navi præposuit, is pecuniam mutuatus cavit se in refectionem* „ *Navis eam recepisse; quæsitum est, an non aliter Lucius Titius exercitoria teneretur, quam si Creditor probaret pecuniam in refectionem* „ *Navis esse consumptam, respondit creditorem utiliter acturum, si quum* „ *pecunia crederetur, Navis in ea caussa fuisset ut refici deberet* „ Cuius equidem rei rationem satis idoneam reddit I. C. *neque enim oportet Creditorem ad hoc adstringi, ut ipse reficiendæ Navis curam suscipiat, & negotium Domini gerat, quod certe futurum sit, si necesse habeat probare pecuniam in refectione erogatam esse.*

Quam clarum, & perspicuum est, *Text. in Leg. Lucius Titius* non exigere versionem pecuniæ creditæ, tam clarum, & apertum est, eam legem nullum privilegium adtribuere Creditori, neque enim in rota illa

la Lege sit unquam mentio Creditorum anteriorum, neque uspiam eo loci quæritur, an creditores anteriores deterioris conditionis esse debeant Creditoribus posterioribus, quod perlegenti, & perlustranti totam legis sententiam nonnisi vulgatum ac manifestum sit oportet.

Diximus *Text. in Leg. Lucius Titius* loqui de actione tantum quæ datur adversus exercitorem, & quidem merito, nam hoc ipsum ex ipsamet specie legis, optime demonstratur *Lucius Titius Stichum Magistrum Navi præposuit*, en persona exercitoris, *is*, idest Magister Navis, *pecuniam mutuatus cavit se in refectionem Navis recepisse*, *quæsitum est an non aliter Lucius Titius*, idest Exercitor Navis, *teneretur*, *quam si Creditor probaret pecuniam in refectionem Navis esse consumptam*, *respondit Creditorem* acturum adversus Lucium Titium, hoc est adversus exercitorem Navis, & utiliter acturum actione exercitoria „ ibi „ *quæsitum est an non aliter Lucius Titius exercitoria teneretur*, *respondit Creditorem utiliter acturum*, *si cum pecunia crederetur*, *Navis in ea caussa fuisset*, *ut refici deberet*. Agit igitur *Text. in Leg. Lucius Titius* de actione, quæ datur adversus exercitorem, si is quem præposuit Navi pecuniam mutuatus fuerit, caveritque se in refectionem Navis eam accepisse.

Contra vero *Leg. interdum* de actione imo de privilegio loquitur, quod datur adversus creditorem tertium „ ibi „ *posterior creditor potior* „ *est priore, si in rem istam conservandam impensum est, quod sequens cre-* 63
„ *didit* „, & alibi „ *potior erit, licet posterior* „ ut est *in Leg. seq.* & probatur toto titulo digestorum *qui potior. in pignor. hab.* Confundit utique, & commiscet duas illas *Leg. Lucius Titius*, *& Interdum*, *Carol. Targa. cap. 82.* & cum privilegium prælationis adversus Creditores Tertios competere dumtaxat possit si probetur versio pecuniæ creditæ, ille adversus perspicuam sententiam legis id privilegium adtribuit, etiamsi probatio versi deficiat nulla differentia vel distinctione facta inter actionem quæ datur adversus exercitorem, & privilegium exigendi, quod adversus Creditores tertios lex imperti ur.

Frustra vero obiiceretur *Text. in Legem Lucius Titius* ad res maritimas *Legem* autem *Interdum* ad terrestres, puta ad prædia rustica, & urbana quæ quis ædificet, vel facta testaque servet pecunia sua, pertinere, quasi lex prior adhibenda sit in specie nauticæ fœnerationis; 64
altera vero in specie pecuniæ creditæ in reparationem, & refectionem urbani prædii vel rustici; certum quippe exploratumque est, ut *Text. in Leg. Lucius Titius* de Navi loquitur, & de pecunia credita ex gr. in emptionem veli in refectionem Navis, ita *Text. in Leg. interdum* eadem de re verba facere hoc est de pecunia credita ad armandam, reficiendam Navem, de nautarum cibariis, de naulis, & eorum privilegiis, quod ambas illas leges perlegenti facili negocio manifestum fiet; unicum modo discrimen prædictarum legum hoc est, quod *Lex Lucius Titius* de actione agit adversus exercitorem Navis intendenda *Lex* autem *In-*

terdum

terdum de actione, imo de privilegio competente adversus Creditores tertios *Gregor. Lopez in Leges Hispanienses quibus titulus est Partide tit.* 13. 5. *Partida leg.* 24 *verb. metidos in nota hac verba*.

Quæ cum ita sint illud pro nostra sententia consequitur, speciem de qua disputamus, non fuisse talem quæ decidi oporteret ex dispositione *Text. in Leg. interdum* in quo agitur de privilegio quod creditori, licet posteriori datur adversus creditores anteriores, quæ quidem res erat etiam in specie nostra satis evidens, & demonstrata. Nemo enim Agasparinum instituendis Asiaticis illis negociationibus quis fortasse animo præconceperat, nemo exercendæ in illis negociationibus Navi unquam præfecit, neque de Exercitore navis quidquam apud nos actum dictumque fuit a Fœneratorum Patronis. Quæstio siquidem fuit tantum de actione Fœneratorum adversus Creditorem tertium, idest adversus Lazonium, cui sese præferendos esse contendebant, non alia profecto de caussa quam quod, ex eorum sententia privilegium exigendi illis competeret; quia vero id privilegium nonnisi mutuanti datur qui probet pecuniam versam in caussam in quam credidit, ea de re, nullum Fœneratoribus competere privilegium existimavimus eo, quod non probarent sese pecuniam suam in usum Navis, erogasse, neque nos ab ea sententia retraxit *Sanfelic. in decis.* 82. qui videri fortasse potest nuda indigentia Navis contentus esse; primo siquidem nobis, quæ fuerit laudatæ decisionis species non satis liquet, nullum deinde in ea decisione fit verbum de distinctione, & differentia habenda inter Exercito-
65 tem, & Creditores tertios, quam distinctionem plurimi in hac re faciendam esse dudum demonstravimus § *diximus Text.* in ea denique
66 decisione hoc videtur constitui, quod si quis Creditorum contenderit pecuniam nauticam non fuisse impensam in usum Navis, tenetur hoc ipsum idoneis argumentis demonstrare, ut est in *num.* 4. *versic. unde*, quod utique præstitit Lazonius cum omnem fere pecuniam quam Fœneratores dicunt in certos designatosque titulos Agasparino sese dedisse, eam ostendit ab aliis omnino Creditoribus in illas caussas, & titulos re, & effectu ipso fuisse suppeditatam.

Neque vero postremam Fœneratorum exceptionem magni faciendam putavimus, quod scilicet si tanta in contrahendis maritimis cambiis diligentia requireretur, multum utique de commercii nautici commoditate decederet, non enim inveniretur quisquam qui ex. gr. in Navem reficiendam mutuam pecuniam dare vellet, adeoque exigere commercii commoditatem nauticos Fœneratores privilegiarios esse cæterisque creditoribus statim præferri, ac pecuniam suam Navarcho in usum Navis crediderint.

Minime inquam exceptionem illam magni faciendam putavimus,
67 commerciorum quippe felicitas ex sententia nostra nequaquam in eo sita est, si novissimus Creditor præferatur priori, quam potius prior novis-

novissimo, vel si eiusdem generis Creditores tributoria actione sint dimittendi, vel si ipsimet nautici Fœneratores certi generis creditoribus postponantur, aut si Fœneratores ipsi non habeant adversus exercitorem actionem pro pecunia magistris credita, quæ quidem omnia etiamsi sibi invicem opponantur, & ab ordinario iure aliquantulum deflectant, ea tamen in pluribus maximis, & florentissimis emporiis obtinent, nec quidquam exercendis summa cum utilitate maritimis negociationibus officiunt.

Batavorum siquidem Natio, quæ in exercendis commerciis sollertissima in paucis habetur, & ingeniosa, ea lege utitur, ut pluribus pecuniæ nauticæ Syngraphis concurrentibus, novissimus Fœnerator, qui nauticam pecuniam dederit in usum Navis, anterioribus Fœneratoribus præfertur, quoniam novissimi Creditoris pecunia factum est, ut Navis ex Portu abierit, quod vel apud Hanseaticas Civitates observatur Teste, *Vinn. ad Pecbium tit. de exercit. action. pag. 95. Bynchersoech. quæst. iur. privat. lib. 3. cap. 16. pag 511.* 68

Apud Romanos quibus nauticum fœnus nullo privilegio utebatur prior Fœnerator posteriori Fœneratori præferebatur iuxta *Text. in Leg. 2. & 4. Cod. qui potior. in pignor.* quod constituere fortasse videtur vel ipse Consulatus, ut dicunt, maris *cap. 33.* 69

Apud Gallos privilegiarii creditores quales sunt, pro eo quo utimur iure nautici Fœneratores tributaria actione concurrunt, nec quisquam pro rata pecuniæ creditæ, quid amplius aufert, quam Fœneratorum alter accipiat, ut videre est apud Interpretem nauticæ Legis apud Gallos latæ anno 1681. *artic.* 10. *pag.* 249. quo quidem iure nos quoque utimur ea de caussa, quod pro laudati Interpretis sententia æquales ratione privilegii redigantur ad ius commune *Leg. privileg. ff. de privil. credit. Leg. si minor ff. de minorib.* 70

Quid quod nautici ipsi Fœneratores etiam si caussam habeant privilegiatam, certi tamen generis creditoribus postponuntur, illis puta, qui dederunt ad fabricandam, & instruendam Navem, unde idem Vinnius observat eos, qui pecuniam dant in nauticum fœnus, sæpe incidere in damnum quod instrumentum pecuniæ creditæ ad fabricandam, & instruendam Navem eos latuerit *Vinn. in not. ad Pecbium pag. 95.* neque ab huiusmodi re discedere videtur Consulatus maris cap. 32. 71

Magister Navis actione prætoria, illa scilicet quæ in naturali æquitate nititur, obligat Exercitorem quoties, cum tertio contrahit ad conservandas, & reparandas merces, & Navim, quam illi Exercitor credidit, *Leg. 1. §. 5. & seq. ff. de exercit. action & in §. eadem ratione Instit. tit. quod cum eo qui in aliena potestate est negotium gestum esse dicitur*. Verum secundum Statuta veterum Civitatum Hanseaticarum non licet Magistro Navis sumpto fœnore nautico carinam obligare eo loci, ubi degunt Exercitores in regione autem peregrina id ei 72

facere

facere permittitur, modo bona in Navi minime habeat, quibus venditis periculum Navis reive sibi creditæ averti possit. *Civitatum Hanseaticarum ordinatio tit. 6. de fœnor. nautic. artic. 1. 2. & 3.*

Varia adeo, & discors constitutio legum, quibus Fœneratorum iura reguntur, & definiuntur, deberet profecto non parum maritimæ negociationi officere; si communis felicitas postularet, nauticos Fœneratores cœteris creditoribus statim præferri, ac mutuam pecuniam dederunt in usum Navis, modo Navis esset in ea caussa ut pecunia credita indigeret, cum vero nil obstantibus laudatis legibus, quæ Fœneratores cœteris creditoribus modo prælatos volunt, modo posthibitos, modo eos tributoria actione ad solutionem pecuniæ creditæ admittunt, modo excludunt, modo illis Exercitores obligant pro negotiis gestis cum Magistro Navis, modo eos ab exercitoria actione arcent. Eiusmodi utique leges satis luculento, & evidenti argumento sunt terrestris, & commercii nautici summam, quod ad nauticas Fœnerationes pertinet, non in eo consistere ut uno potius vel altero creditorum loco Fœneratores habeantur, dummodo ordo, & locus eiusmodi creditoribus adsignatus palam, & de plano quemadmodum leges decet intelligi perspicique possit.

Præterea quis unquam negavit, quin nautici Fœneratores aliquo privilegio beneficioque sint prosequendi, modo privilegium illud cœteris minime noceat, illis nempe qui Navarcho ex caussa etiam nauticæ negociationis crediderunt; sunt privilegiis omnibus certi fines, quos ultra citraque non potest ipsum privilegium consistere. Fines autem illi in eo præcipue consistunt, ut præiudicium tertii, & fraus omnis, dolusve malus, quam fieri potest, maxime avertatur, *Argument.*
73 *Leg. 2. ff. de regul. iur. Vinn. ad Peck. pag.* 80.

Quum in nautarum litibus definiendis cavemus, ut quod unicuique ius competit, id firmum rectumque servetur, item ut qui navarcho prior credidit, priore etiam loco admittatur, nisi præcipua quæpiam
74 caussa refragetur, ut simplicitas, sinceritas, bona fides in nauticis negociis exercendis observetur, tunc sane commercii felicitati, & incremento quantum in nobis est consulimus; nihil enim non dicam commerciis, sed humanæ in genere societati tam contrarium est, quam dolus,
75 & fraus, cuius emendatio, & præstatio non ab Aquilio Ciceronis collega, sed ab ipsa quasi Natura mortalibus proposita esse videtur teste Cicerone *lib. de Offic. 3. pag. mihi 166.* ea de caussa ad commercii felicitatem pertinere censuimus, admitti quidem nautica Fœneratorum pri-
76 vilegia, sed eo temperamento ut iis, si velint agere adversus tertios, incumbat, tum cura, & sollicitudo versionis, tum ipsa probatio versi, utraque enim facit, ut ab eo privilegio damnum absit, & dolus malus, per ea quæ fuse disseruimus in §. *nec deficit ratio*, & §. *seq.*

Sententiam tandem nostram conclusimus hoc dilemmate. In nautico

tico fœnore exercendo, quo competat privilegium, vel probatio versi exigitur, vel nuda indigentiæ probatio; si primum, memorato privilegio in specie nostra locus esse non potest, quia probatio versi Fœneratores de quibus agimus deficit, si secundum, eodem pacto idem privilegium cessat, propterea quod Agasparinus accepta pecunia nautica quo destinaverat minime navigavit, imo neque ex Portu solvit.

Tria erant quibus, ut sæpius innuimus, indigere poterat Navis antequam solveret. Exartia scilicet sive Exarthesis (nostris nomen est 77
Esarcìa) cibaria deinde, & salaria nautarum, mox aliqua pecuniæ summa habenda in Nave, & aliqua etiam, si velis, tormenta bellica ad repellendam comprimendave Piratarum vim fortasse idonea, & necessaria. Exartia, vel Exarthesis nullum indigentiæ caput constituebat, quia Mercatores tertii satis Navem armaverant, & instruxerant non item cibaria, quia illa etiam Creditores tertii, ut pluries diximus, Agasparino subministrarunt; supererant ergo salaria, item pecunia habenda in Navi, & aliqua tormenta bellica comprimendæ piraticæ iniuriæ caussa forte non inutilia, quæ rerum capita æstimari fortasse possunt petiis 300. & si vis, etiam pluris.

Verum rogo cui bono lucrove eiusmodi necessitates Fœneratoribus esse poterant, quo privilegio exigendi perfrui possent, si Navis nec navigavit, ut diximus, nec solvit. Privilegium exigendi nec datur, nec alia profecto de caussa dari potest, quam ob hanc unam rationem quod nempe pecunia nautica factum fuerit, ut Navis abierit de Portu, ut navigaverit, & propositum cursum tenuerit *Vinn. ad Pecb. in tit. ff. de exercit. act. pag. mihi* 94. *&* 95. non navigante autem Nave, quin imo ne solvente quidem de Portu, qui fieri potest ut pecunia in finem, & caussam navigationis præbita privilegiaria esse possit? nullo profecto modo. Primo quod navigationis caussa cessante, effectus à Legibus institutus cessat, privilegium nempe exigendi. *Negusant. de pignorib. & hypothec. membr.* 2. *part.* 5. *num.* 15. *Angel. de confessionib. lib.* 2. *quæst.* 60. *num.* 2. §. *verum Merlin. de pignor. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 5. *num.* 69. *Martimed. examinat.* 11. *num.* 6. *Cassaneus consil.* 99. §. *hac regula*.

78 (margin, beside "Privilegium exigendi nec datur")
79 (margin, beside "Primo quod navigationis caussa cessante")

Secundo quod pecunia Navarcho credita, nisi naviger, cessat esse pecunia nautica, hoc est efficitur pecunia exempta a navigationis perficiendæ onere, quod quidem onus videtur facere, ut ei privilegium aliquod debeatur, quod confirmari potest exemplo traiectitiæ pecuniæ, cui maiorum usurarum privilegium, ut vidimus, debebatur, erat quippe, & in iure habebatur tantummodo traiectitia hoc est privilegio usurarum digna pecunia, quæ trans mare, idest in Asiam veheretur; cœterum si eo loci consumabatur, non erat traiectitia. *Text.* est luculentissimus in *Leg.* 1. *ff. de nautic. fœnor.*

80 (margin, beside "perficiendæ onere")
81 (margin, beside "usurarum digna pecunia")

Ter-

Tertio denique quia Navarchus accipiens pecuniam mutuam in usum Navis, si forte falsum titulum, ut pecuniam illam a Fœneratore auferret, simulaverit, & pecuniæ mutuæ caussam, & titulum maritimi cambii prætexuerit, teneri videtur actione doli, quin Fœnerator
82 excusari possit obiecta ignorantiæ exceptione, quasi scilicet ignarus fuerit an Navarchus in nautica pecunia accipienda sese dolo gesserit, Fœneratoris quippe est aliquam diligentiam præstare, antequam Nauclero pecuniam mutuam collocet, eaque de re si veli emendi caussa crediderit, etiamsi velo Navis indiguerit, tamen non obligat exercitorem, si quo loco creditur pecunia nulla venalia sint vela, sive lintea, quæ comparari possint ut hodie in Africa, *Leg. Lucius Titius versic. quid*
83 *enim ff. de exercit. action.* Fœneratores autem nullam diligentiam adhibuisse, tum cum Agaspatino pecuniam nauticam crediderunt, plura sunt quæ demonstrant, quibus exponendis non est cur pluribus immoremur hoc uno argumento contenti, quod cum Agaspatinus esset in Portu Liburno, ibique Fœneratores omnes degerent, & mercaturam sollerter, & industrie exercerent, Agaspatino in usum Navis crediderunt petias 3344. cum Navis tunc temporis indigeret ad summum petiis 300.

Ferdinandus Soldani Bensi Rotæ Auditor.
Paulus Philippus Baldigiani Rotæ Audit.
Benedictus Moneta Rotæ Audit. & Relat.

DECISIO LXXIV.

EAD. LIBURN. CAMBII MARITIMI QUOAD SUCCESSIONEM COENII IN LOCUM WILSONII, ET CANZINII.

eiusd. diei 28. *Sept.* 1759. *cor. eod. Illmo* D. AUDIT. BENEDICTO MONETA.

ARGUMENTUM.

Tertius dimittens pecunia sua Creditorem, qui ad Navem armandam instrumenta Nauclero suffecerat, non succedit in eius Actiones reales, nisi Iudicis auctoritate pignus, & hypothecam consequutus sit, vel de succedendo convenerit; nec in Actiones personales, nisi constet de voluntate subingrediendi in locum Creditoris dimissi, non obstante quod pecunia ad ipsum Creditorem pervenerit. Quod si ex ea pecunia Cambium maritimum initum sit cum Nauclero, non potest Creditor Tertius nec realibus uti, nec personalibus Iuribus, quippe quæ per Novationem resoluta fuerunt, nec frui privilegio Cambii

bii maritimi, si probatione versi destituatur, & Navis e Portu non solverit.

SUMMARIUM.

1 *Creditor quando succedat in actiones reales, quas habuit prior Creditor, ad quem pecunia sua pervenit?*

2 *Creditor posterior, qui priori solvit pecuniam debitam, & usuram medii temporis, succedit in eius locum absque ulla conventione de succedendo.*

3 *Quod quidem non obtinet, si is, qui Creditor antea non erat, dimittat Creditorem anteriorem hypothecarium.*

4 *Tertius enim solvendo priori Creditori fit tantum Creditor Debitoris ex causa negociorum gestorum, vel ex causa mutui.*

5 *Ideoque ei tantum competit Actio vel Mutui, vel Negociorum gestorum.*

6 *Per solutionem factam nomine Debitoris non succeditur non modo in Iura realia, sed ne quidem in personalia, quae censentur extincta.*

7 *Nil suffragante Rot. Rom. decis.* 294. *num.* 10. *part.* 17. *quae reiecta postea fuit.*

8 *Ut quis in personales Actiones succedat requiritur expressa conventio.*

9 *Qua deficiente non fit locus successioni in Iura personalia, etiamsi pecunia ad Creditorem pervenerit.*

10 *Ad effectum subingrediendi requiritur quod solvens animum applicaverit subingressioni.*

11 *Qui animus non praesumitur, cum huiusmodi praesumptio locum habeat tantummodo inter Venditorem, & Emptorem rei oppignoratae.*

12 *Sunt qui putant, quod ad personales actiones sufficere, ut tantum pecunia solventis perveniat ad manus Creditoris privilegiarii.*

13 *Quod videtur constituere etiam Text. in Leg. si ventri ff. de privil. Creditor.*

14 *Haec tamen opinio ab usu Fori explosa est.*

15 *Quoties ex pecunia in anteceſſum Navarcho credita conficitur Cambium maritimum, prior obligatio extinguitur, & nova exurgit.*

16 *Fingit quippe Lex Debitorem pecuniam Creditori solvere, Creditorem vero eam iterum Navarcho reddere, & foenori collocare; quae quidem res sine novatione consistere nequaquam potest.*

17 *Novationis autem effectus est, ut incommoda, commodaque prioris obligationis expirent.*

18 *Privilegium Cambii maritimi non datur sine probatione versi, & sine Navis itinere,* num. 19.



Einceps ut erat propositum de successione Coenii in ius locumque Canzinii, & Wilsonii dicamus. Solvit Coenius, ut vidimus, petias 300. Wilsonio, Canzinio autem petias 513. totidem enim Wilsonius, & Canzinius Agasparino crediderant, quorum caussa vel erat, vel haberi fortasse poterat privilegiaria, eo quod summæ illæ descenderent ex speciebus nonnullis Agasparino venditis, & in Navis usum conversis. Coenius igitur contendebat, sese adversus Lazonium uti posse iisdem illis actionibus quæ Canzinio, & Wilsonio competerent, quæ actiones, ut ipsi videbatur, potiores iis erant, quas sibi Lazonius cum Agasparino stipulatus fuerat. At vero Coenii iura erant pro sententia nostra satis infirma; Coenius enim vel contendebat actione reali, puta, hypothecaria, vel actione personali, & ea quidem privilegiaria, puta, actione mutui in refectionem Navis initi; si actione reali nullo ei adiumento esse poterant iura Wilsonii, & Canzinii, propterea quod Coenius cum Canzinio, & Wilsonio de succedendo in eorum iura nihil convenerat; Creditor autem non succedit in actiones reales quas habuit prior Creditor ad quem pecunia sua pervenerit, nisi in solvenda pecunia pro debitore, auctoritate iudicis pignus, & hypo-
1 theca eius cui solvit, in eum transferatur, vel nisi in solvenda pecunia Creditori, qua se, & hypothecas absolvat, pactus fuerit, ut in ius, & locum prioris Creditoris succedat, *Leg. Aristo 3. ff. quæ res pignor. vel hypothec. dari oblig. non poss.* & ibi *Doctores in universum omnes.*

Interdum Creditor anteriorem Creditorem dimittens in eius locum succedit, & quidem sine conventione; verum id obtinet cum posteriores creditores offerunt prioribus, & solvunt pecuniam debitam & usuram me-
2 dii temporis *Leg. 1. 5. 8. 10. Cod. qui potior. in pign. hab.* minime vero obtinet cum tertius Creditor, idest cum ille qui Creditor antea non esset, dimittit pecunia sua Creditorem anteriorem hypothecarium,
3 quæ est species, *Leg. 1. Cod. de iis qui in prior. creditor. locum non succedunt, & Leg. Aristo 3. ff. qui potior. in pignor. hab.* Tertius enim qui dimittit Creditorem anteriorem, solvendo fit tantum creditor debi-
4 toris ex causa negociorum gestorum, vel ex causa mutui, ideoque ei tantum competit actio, vel mutui, vel negociorum gestorum *Urceol.*
5 *decis. Florent. 12. num. 23. Mass. ad Chartar. dec. Lucens. 14. n. 16.*

Vel Coenius contendebat actione personali, & ea etiam privilegiaria, at ne illa quidem actio utilis ei esse poterat, quia non modo de succedendo in ius locumque Canzinii, & Wilsonii minime pactus fuit, sed ne de successione quidem illa cogitavit.

Quod attinet ad Wilsonium, cum is ab Agasparino dimitteretur sic ait „ *Io Tommaso Wilson ho ricevuto dal Signor Capitano Gio. Andrea*

6 zione, il *Manent. consil.* 106. *num.* 29. *il Gob. de permiss. feudor. & emphyt. alienat. quæst.* 4. *num.* 8. *Ansald. decis.* 50. *in addit. n.* 31.

E in questi termini deve intendersi ciocchè le molte cose giudicate hanno oramai stabilito, cioè che i Beni della Mensa Pisana siano ridotti a guisa dei Beni allodiali quanto alla facoltà di disporre
7 dei medesimi in pregiudizio dei compresi nelle Investiture duranti però le medesime, come bene spiega la *Rota di Roma decis.* 86. *n.* 24. *e seq. part.* 5. *rec. tom.* 1. „ ivi „ & quamvis in dicta decisione dicatur, quod huiusmodi bona censenda sint allodialia, considetanda „ tamen est textura verborum dictæ decisionis, quæ absolute non dicit, quod Bona huiusmodi censenda sint allodialia, sed dicunt quod „ nempe, quoad facultatem concessam Emphyteutæ disponendi de illis bonis etiam in præiudicium comprehensorum, quam facultatem „ cum fuerit ostensum non extendi ultra terminos locationis in consequentiam dicendum est dictam qualitatem allodialitatis dicta Bona „ solummodo afficere durante locatione. „

Nè in altra forma poteva intendersi, che i Beni della Mensa Pisana fossero dalla consuetudine ridotti a somiglianza degli Allodiali, poichè se tal consuetudine era nata, e si era introdotta da ciò, che era stato dedotto in questione sopra l'alienabilità di tali Beni in pregiudizio dei compresi nell'Investiture, se da ciò se ne fosse potuta dedurre un'allodialità assoluta, e a tutti gli effetti di ragione, troppo irragionevole, e intollerabile resa si sarebbe una tale estensione, mentre contro i patti, e leggi espresse dell'Investiture si sarebbe dovuto dire, che tali Beni dovessero passare in tutti gli Eredi tanto testati, che intestati degl'Investiti, che non fossero soggetti a caducità, e reversione al Padron diretto nè per il capo del canone non pagato, nè per quello della deteriorazione, e mala versazione nei medesimi, nè per qua-
8 lunque altro capo di caducità espressamente convenuto, e pattuito nella concessione, il che non essendo mai stato preteso, nè domandato, non che accordato, e dichiarato in forza della qualità di tali Beni ridotti a guisa degli allodiali, bisognava pur confessare, che questa allodialità non poteva estendersi nè ampliarsi fuora dei termini dentro dei quali era ristretta la consuetudine.

Di fatto esaminando i casi trattati, e decisi rispetto ai Livelli della Mensa Pisana, in tutti è stato sempre questionato se i Beni della medesima si sieno potuti dagl'Investiti alienare fuori dei compresi, e chiamati nelle Investiture non mai in pregiudizio della Mensa Padrona diretta, ed in questi termini è stato dichiarato per antica consuetudine essere stato introdotto potersi alienare, e che per tale effetto

siano

siano i medesimi ridotti a guisa dei Beni allodiali, come può vedersi
da tutte le decisioni state sempre solite allegarsi, e che pure nella pre-
sente Causa si allegavano, e solo alcuna volta divagando fuori della
questione si sono per puro ornato toccate, o esaminate altre questioni.

E in vano ricorrevasi alla consuetudine della Mensa Archiepisco-
pale Fiorentina dalla quale argumentavasi alla Pisana, non solo perchè
in materia di consuetudine, che è di strettissimo gius, e nella quale
non si ammette estensione da luogo a luogo, nè da Chiesa a Chiesa, 9
precisamente l' *Ansald. nell' Addizione alla citata decis. 50. num.* 48.
e gli altri ivi allegati: ma più sicuramente perchè le decisioni, che si
allegavano in termini dei Beni livellari della Mensa Fiorentina tratta-
vano tutte di alienazioni fatte in pregiudizio dei chiamati, e com-
presi nelle Investiture, non mai in pregiudizio della Mensa Padrona
diretta, e della libera reversione dei Beni alla medesima: onde era
vano allegare una consuetudine soggetta alle eccezioni, e risposte me- 10
desime, che avevano luogo contro la supposta consuetudine della Men-
sa Pisana, e in tali termini pure erano le Decisioni del *Bonfini* impres-
se nel suo Trattato *de Iur. Fideicomm. disput.* 102. *per tot.* e la *decis.*
del Cancelliere Arcbi in Florentina praetensae avocationis Pecuniae de' 22.
Luglio 1721. che si allegavano come puntuali: poichè in dette deci-
sioni la questione della validità, o invalidità dell' alienazione fu sem-
pre trattata fra i Livellari, e i loro Creditori, senza che mai interve-
nisse a Causa la Mensa Padrona diretta, e che le sentenze compren-
dessero giammai l' interesse della medesima, come espressamente si leg-
ge nella *citat. decis. dell' Auditor Bonfini al num.* 5. „ ivi „ quod au-
„ tem hæc bona licite, & valide alienari possint opus desuper non
„ fuit in hoc Iudicio novo examine partes defatigare, stante irrefra-
„ gabili, & antiquissima consuetudine alienandi bona livellaria, seu
„ feudalia Archiepiscopalis Mensæ Florentinæ *cum consensu Domini di-*
„ *recti* Irrequisitis vocatis, & in eorum præiudicium „ e nell' altra avan-
ti l' *Arcbi* in cui vi era espressamente intervenuto il consenso della
Mensa, come si legge al §. *nihil quoque urgebat*.

E la ragione si è, perchè il pregiudizio dei chiamati, e com-
presi nell' Investitura dipende da un diritto, e un gius incerto, ed even-
tuale, non semplice ed assoluto, come modificato dalla consuetudine
di alienare, cioè se i Beni non siano alienati dai precedentemente chia- 11
mati, come dopo molti ferma la citata decisione dell' *Auditor Bonfini*
num. 24. *e* 25. „ ivi „ probata igitur alienandi consuetudine, quam
„ ex præmissis habemus pro notoria, consequens est, ut bona Emphy-
„ theutica, seu feudalia de quibus agitur licite distrahi valeant in com-
„ modum Creditorum, quamvis feudum, & emphyteusis sint ex pa-
„ cto, & provvidentia, & agatur de exclusione, & damno comprehen-
„ sorum in Investitura iique reluctentur; quoniam illorum ius a lege

„ successionis exurgens non est simplex, & absolutum sed vigore con- „ suetudinis ab ea condi ione dependet, si, & quatenus Bona non alie- „ nentur a primo vocatis, ut bene per *Rocc. ec.* „

Che poi provata la consuetudine di alienare i Beni della Mensa Pisana in pregiudizio dei chiamati, e compresi nell'Investitura, ne venisse come conseguenza di ragione ancora la facoltà d'ipotecarli anco
12 in pregiudizio della Mensa predetta, era una propolizione contraria affatto alle regole di ragione.

Egli è certo, che molto più pregiudiciali possono essere al Padrone diretto le ipoteche, che dai compresi nel Livello s'impongono sopra i Beni livellari di quello che possa essere l'alienazione, che si faccia dei medesimi in solo pregiudizio dei chiamati, onde da una consuetudine malamente s'inferiva all'altra più esorbitante, e più du-
13 ra, perchè essendo le ipoteche reiterabili, e moltiplicabili, quante sono le persone alle quali i Beni possono restare obbligati per il corso di più generazioni, potrebbero i Beni nel caso della loro devoluzione tornare al Padrone diretto affetti di tanti, e tali debiti, e oneri, che convenisse al medesimo piuttosto l'abbandonarli, che riconoscerli per propri, come bene riflette la *Rot. di Rom. citat. decis. 86. part. 5. rec. al num.* 19. 20. *e* 40. „ ivi „ alias enim si concederetur huiusmodi „ censuum, ac onerum impositiones substineri non solum durante lo- „ catione, & iure emphytheutæ, verum etiam finita locatione, & re- „ soluto iure emphyteutæ in perpetuum, sequeretur maximum, & „ irreparabile damnum Ecclesiæ, quia primum huiusmodi locationes, „ quæ secundum formam Investiturarum sunt limitatæ ad tertiam ge- „ nerationem fierent quodammodo perpetuæ tamquam obligata illis ad „ quorum favorem huiusmodi census, ac onera imponerentur: secundo „ in casu devolutionis huiusmodi bona tot, tantisque oneribus gra- „ vata reverterentur ad Ecclesiam, ut magis ipsi condiceret illa po- „ tius habere pro derelictis, quam propria agnoscere, unde ut Eccle- „ siæ indemnitati occurratur, omnes Domini negocio cum maxima „ maturitate discusso adhæserunt regulæ superius firmatæ quod in casu „ & ad effectum de quo agitur bona redeant ad Ecclesiam libera, & „ absque onere aliquo „ la stessa *Rota di Roma dopo il Gab. dec.* 17. *num.* 17. *e* 18. *e la Rota Fiorentina citat. decis.* 140. *appresso il Palm. num.* 24.

Onde dalla consuetudine di alienare i Beni in pregiudizio dei compresi nell'investitura, malamente si argomentava alla durazione delle ipoteche dopo la devoluzione dei Beni al Padrone diretto, caso non compreso nella consuetudine, e più duro, e pregiudiciale alla Chiesa,
14 come prosegue la *citat. decis. 86. num. 1. & seq part. 5. recent.*

Le autorità poi che trattavano dei Beni delle Chiese di Ravenna, di Ferrara, di Mantova, di Urbino, di Rimini, e di altre, non militavano

tavano di essere allegate per la decisione della questione, che si trattava, e perchè non era lecito in termini di consuetudine l'argomentare dal solito di Province, e Stati fra loro diversi, e perchè i Beni delle Chiese di tali luoghi, o per le Costituzioni Pontificie, o per gli Statuti locali, o per convenzioni stabilite fra gli Ecclesiastici, e i Laici sono resi del tutto allodiali, e a tutti gli effetti di ragione, o perchè i Beni non sono di vero, e proprio dominio di dette Chiese, ma ad esse soltanto raccomandati, e come dicono appodiarizi, come chiaramente appariva dalla lettura delle autorità, e decisioni, che si allegavano.

L'unico caso conforme alla questione, che trattavasi avanti di me sarebbe stato quello, che venne in controversia fra la stessa Mensa Pisana, e la Mitia del Testa Vedova lasciata dal Cavalier Pietro da Vecchiano, nel quale pure fu preteso, che non ostante la reversione dei Beni alla Chiesa per la linea finita degl'Investiti, fossero i medesimi Beni in pregiudizio della Chiesa medesima restati affetti, e ipotecati per la restituzione delle doti della Moglie dell'ultimo Investito.

Ma oltre di che questo caso sarebbe stato unico, e per conseguenza incapace di stabilire la pretesa consuetudine, per indurre la quale più cose giudicate, e atti conformi di ragione si ricercano, *il Natt. cons. 170. num. 5. e seq. il Gob de permiss. feudor. & Emphyt. alienat. quaest. 1. num. 52. & seq. Ansald. nella citat. decis. 50. num. 45. e 46. la Rota di Roma dopo il De Luc. lib. 3. decis. 24. num. 20. e decis. 29. num. 10.* 15

Vennero anzi a sempre più stabilirsi le ragioni della Mensa, ed escludersi la pretesa consuetudine, poichè introdotta dalla del Testa la Causa avanti al medesimo Magistrato Supremo, e per qualche tempo disputata avanti ai Giudici alli quali era stata commessa fu costretta l'Attrice per le insuperabili difficoltà incontrate, ed eccezzioni oppostegli, ad abbandonare la lite, sicchè ebbero il loro pieno effetto le concessioni dalla Mensa fatte ad altri dei Beni pretesi obbligati per la restituzione di dette doti, *Bald. in Leg. postquam litt qu. 4. Cod. de pact. Gallerat. de renunciat. cent. 1. renunc. 18. num. 14. la Rot. decis. 205. num. 5. e 6. avanti Cerr. e dopo il De Luc. lib. 12. decis. 26. num. 6.* 16

Le cose dette fin quì pienamente mi persuasero a riferire a favore della Mensa: solo considerai per di più, e per esuberanza di ragione, che non si trattava di una concessione di Beni fatta nelle forme solite, e regolari, ma che deviava affatto dal solito.

La Margherita da Vecchiano pretendeva di essere compresa coi suoi figli, e discendenti nelle precedenti Investiture, il che impugnandosi dalla Mensa, a persuasione degli Arbitri, per via, e modo di transazione furono liberamente rilasciati alla Mensa tutti gli altri Beni

in questione, e fu detta da Vecchiano investita di nuovo dei soli Beni di Forcoli per se, suoi figliuoli, e descendenti maschi di maschio, e in difetto a vita naturale delle figlie femmine con augumento di quattro sacca l'anno di grano di più di quello, che pagavasi prima.

Questa concessione pertanto fatta per un Canone maggiore del solito, e comprensiva delle femmine non comprese mai nelle precedenti Investiture; non poteva dubitarsi, che fosse un' Investitura affatto nuova, e incapace di ricevere regola, e norma dalle precedenti, dimodochè intanto fosse valida, in quanto che v' intervenne il
17 Beneplacito Apostolico, e Consenso Pontificio, e che per conseguenza tutto ciò, che non era compreso nel Breve nullo fosse, ed invalido, *Surd. decis. 268. num. 7. Rota cor. Serafin. decis. 1474. num. 2. decis. 363. num. 3. & seq. part. 10. e decis. 46. num. 5. e seq. part. 18. recent.*

Se dunque nell' Istrumento di concessione fatta in vigore della facoltà Pontificia, non solo non fu preservata la supposta consuetudine di alienare i Beni della Mensa, ma anzi fu espressamente convenuta la libera reversione dei medesimi nei casi nel contratto determinati, e prescritti, la supposta consuetudine di ipotecare i Beni in pregiudizio della Chiesa, e della libera reversione dei medesimi (quando mai vi fosse stata, il che però si è dimostrato esser falso) nulla avrebbe potuto operare, ma unicamente si sarebbero dovuti at-
18 tendere i patti, e le convenzioni stabilite dalle Parti, e rese valide dall' Assenso Pontificio, nulla curata la supposta consuetudine in contrario, *Manent. decis. 1. num. 48. e seq. e decis. 2. num. 4. e nella Pisana Emphyteus. de' 21. Marzo 1739. art. 1. §. quidquid sit versic. silente, &c.*

Finalmente in qualunque pessima ipotesi non era da tralasciarsi di riflettere, che la Sig. Morali non giustificò giammai, che nel Patrimonio del Marito, non fossero restati Beni del tutto liberi, e affatto indifferenti, bastanti alla restituzione delle di lei doti, onde fatto si fosse luogo a potere alienare i beni differenti, e feudali della Mensa.

Essendo per altro regola di ragione non controversa, che i Beni differenti, benchè compresi nell' obbligazione generale del Debitore non possono alienarsi, se non in sussidio, come esemplificando nei Beni sottoposti a Fidecommissi, o Commende fermano il *Fontanell. de*
19 *Pact. nupt. claus. 5. gloss. 1. part. 2. num. 9. il Mans. consult. 256. num. 7. e seq. la Rot. di Roma avanti Coccin. decis. 126. num. 12. e la Fiorentina appresso il Palm. decis. 158. num. 19. e 20.*

E nei termini precisi di Feudo, o Enfiteusi per consuetudine alie-
20 nabili, e ipotecabili, il *Bardellon. consil. 173. num. 37. Gob. de permiss. Feud. & Emphyt. alienat. quæst. 4. n. 50. e seq.* e l' ammette la

decis.

decis. in Pisana Emphyt. de' 22. Marzo 1739. artic. 3. al §. alienatio.

Nè il Padron diretto, che dovrebbe prestare il consenso all' alienazione sarebbe in questo caso tenuto a prestarlo, o doverebbe aversi per prestato concorrendovi una Causa giusta, e legale di negarlo, come è la facoltà del Creditore di esser pagato dai Beni indifferenti, e 21
prima obbligati, il *Gob. de permiss. Feud. & Emphyt. alienat. quaest. 4. num. 50. la Rota dopo il medesimo decis. 17. num. 17. e 18.* ivi „ quod enim dicitur Dominum teneri præstare consensum pro„ cedit ubi non habet iuxtam Causam denegandi, hoc enim casu „ non habetur pro prestito. „

Dovendosi dal Giudice raffrenare l'arbitrio, ed abuso del Creditore, qualora l'alienazione, che il medesimo pretende di fare senza alcun di lui vantaggio, o interesse sia più dannosa, e pregiudiciale al Debitore, o ai Terzi, come prosegue la *Rota Fiorentina citat. decis. 158. appresso il Palm. al num. 19. e 20.* „ ivi „ licet enim regulari„ ter Creditor habeat electionem subhastandi ex bonis debitoris quæ „ magis libet, *Leg. Creditoris arbitrio &c.* tamen cum id intelligatur „ cum grano salis, itaut non sint ligatæ manus Iudicis quominus ubi „ æquitas possidet, Creditoris arbitrio modum imponere valeat, man„ dando ea bona vendi, quorum venditio minus est damnosa, seu „ quæ tertio specialiter non debentur, ut observat *De Luc. &c.* si un„ quam huic æquitati locus esse debet, plane est exercenda in hoc „ Iudicio, nec admittendum est, quod Creditor, cui potest ex Bo„ nis Debitoris commode satisfieri, aliis molestus evadat citra suam „ rationabilem utilitatem. „

E così, ec.

Anton Maria Montordi.

D E C I S I O LXXX.

F L O R E N T I N A S Y N D I C A T U S

diei 17. Augusti 1770. cor. Illustrissimo. Domino FRANCISCO ROSSI *Curiæ Commercii, & Artium Auditore.*

A R G U M E N T U M.

QUI privativum obtinuit fodiendi Aluminis Ius in Mercatorum, vel Artificum numero recensetur, ostenditurque decoctam eius Hæreditatem, ex dispositione Statuti Curiæ Mercatorum *Lib. 3. Rub. 2. dei Cessanti, e Fuggitivi* subiectam esse Actioni Tributoriæ favore illorum etiam Creditorum, qui in Iudicio Concursus omni spe con-

sequendi solutionem sese frustratos agnoscentes, ad Syndicatus Iudicium convolarunt.

SUMMARIUM.

1 *Mercatoris hereditate decocta procedendum est per viam Syndicatus, iuxta censuram Statuti Curiæ Mercatorum Lib. 3. Rub. 2. dei Cessanti, e fuggitivi*, & num. 14.
2 *Reservato tamen quindecim dierum spatio omnibus interesse habentibus in hereditate, ad hoc, ut Iura sua deducere possint.*
3 *Quicumque Mercator, vel Artifex, qui cessavit in satisfaciendo suis Creditoribus, incidit in Syndicatum.*
4 *In quo Syndicatus Iudicio satisfieri debet per as, & libram unicuique Creditori, iuxta dispositionem Statuti Communis Florentiæ ad materiam Cessantium, & Fugitivorum, & uberius iuxta Statutum Curiæ Mercatorum Lib. 3. Rub. 2*
5 *Sub huius Statuti Censura comprehenduntur Mercatores, vel Artifices, vel similes Mercatoribus, aut Artificibus.*
6 *Artifex qui dicatur?*
7 *Aluminis compositio multum Artis, vel Opificii requirit.*
8 *Mercator qui proprie sit?*
9 *Conductores Mineralium pro Negociatoribus habentur.*
10 *Illorumque Ius in quo consistat explicatur.*
11 *Fodinæ sunt in fructu.*
12 *Omnes qui sordidas artes quæstus gratia exercent, subiecti sunt Legibus Syndicatus.*
13 *Iisdemque Legibus subiiciuntur Venditores Mineralium.*
15 *Syndicatus dari potest hereditati Defuncti ex dispositione Statuti Curiæ Mercatorum Lib. 3. Rub. 2. in princ.*
16 *Pecunia mutuo data Mercatoribus maximam eisdem præstant opem ad exercendam Mercaturam.*
17 *Ubi Lex non distinguit, nec Iudici distinguere licet.*
18 *Statutum Curiæ Mercatorum dicto Lib. 3. Rub. 2. indistincte loquitur de omnibus Creditoribus.*
19 *Variatio, & Incostantia in Iudiciis reprobatur.*
20 *Non potest duplex Actio proponi ad idem bis exigendum.*
21 *Creditor si una via electa consequi nequeat solutionem, ad aliam viam convolare potest.*
22 *Quoties enim prima Actio inutilis redditur, & elusoria, minime prohibetur alteram utilem, & efficaciorem experiri.*
23 *Præsertim accedente protestatione sibi reservandi omne aliud Iuris remedium.*

24 *Qua*

24 *Quæ reservatio apprime resultat ex Clausulis salutaribus in Libello appositis.*
25 *Causæ omnes ad Mercaturam spectantes Curiæ Mercatorum privative pertinent.*
26 *Syndicatus Iudicium in Curia Mercatorum introductum prosequi debet reiecto penitus Iudicio Concursus alibi pendente.*
27 *Iudicium nullitatis vitio laborans nullum producit effectum.*
28 *Nullum quod est allegari nequit, nec aliquod ius cuiquam tribuit.*
29 *Iudex ultra Mandatum, suamque Iurisdictionem Ius dicere non potest.*
30 *Prorogatio Iurisdictionis de consensu Partium, non habet locum quoties Iurisdictio Iudicis circumscribitur in causis solummodo certam summam excedentibus.*
31 *Quo casu non potest Iudex se competentem pronunciare.*
32 *Et si pronunciaverit se competentem, nihil operaretur, nec esset opus Appellatione.*
33 *Clausulæ irritantes Sententiam contra Legis dispositionem latam, efficiunt quod nec etiam de consensu Partium Iurisdictio prorogari possit.*
34 *Sententia nulla est ob Iudicis incompetentiam.*
35 *Et Actio hypothecaria coram ipso proposita nullum Ius Creditoribus tribuit.*


UM nuper decesserit D. Iosephus Mini, multo ære alieno gravatus; quamplures eius Creditores Iudicium Concursus coram DD. Legum Conservatoribus, contra Dom. Ignatium Mini eius Fratrem, & hæredem beneficiatum introduxerunt; in quo Iudicio vocatis omnibus Creditoribus, servatoque Iuris ordine, causa definita fuit per Sententiam graduatoriam, latam 4. Maii 1770.

Ex hac graduum descriptione, manifeste apparuit, vires Patrimonii nullatenus suppetere ad æs alienum solvendum, & satisfaciendum omnibus personis in ea Sententia designatis. Quapropter Creditores posteriores, qui penitus se frustratos esse agnoverunt omni spe consequendi solutionem; ne forte totius Crediti iacturam facerent (Consilio prius Iurisperitorum adhibito) Curiam Commercii, & Artium adierunt, & coram me, cui demandata est ex Edicto Regiæ Celsitudinis Sapientissimi, & Clementissimi MAGNI ETRURIÆ DUCIS Domini nostri, pro Tribunali Causarum cognitio, Libellum porrexerunt, pronunciari postulantes hæreditatem D. Iosephi Mini tamquam Negociatoris, vel Artificis Tributoriæ Actioni subiectam ex dispositione Statutorum Communis Florentiæ, & Curiæ Mercatorum huius Civitatis.

Qua-

Quapropter prævia Iurium productione, summatim procedendo, die 19. Maii 1770. Decretum expedivi; declarando hæreditatem D. Iosephi Mini, fuisse, & esse decoctam, & propterea locum esse incorporationi omnium Bonorum dictæ hæreditatis, & procedendum fore,
1 & esse per viam Syndicatus quoad effectus civiles tantum, iuxta censuram Statuti Curiæ Mercatorum *Lib. 3. Rubr. 2.* reservato tamen quindecim dierum spatio omnibus, & quibuscumque interesse habentibus in dicta hæreditate; adhoc ut iura sua deducere, & opponere
2 possent, pro assequenda revocatione ipsius Decreti, iuxta antiquissimam praxim, & consuetudinem Tribunalis Curiæ Mercatorum, de qua testatur *Rot. Nostr. in Florentina prætensi Syndicatus 29. Ianuarii 1663. in Causa Gherardini, & Pais de Leone Lib. Motiv. 125. pag.* 527. & pluribus relatis Decretis DD. Sex, optima ratione confirmat elegans *Decisio in Florentina Caducitatis a Primogenitura 26. Aprilis 1742. §. che anzi, pag. 7. cor. Illustrissimis DD. Auditoribus Venturini, Finetti, & Meoli.*

Quæ res cum ad notitiam pervenerit DD. Creditorum anteriorum dictæ hæreditatis, quibus iampridem spes arriserat integræ solutionis; statim intra tempus præstitutum, in actis comparuerunt, petentes revocationem præcedentis Decreti, & una simul pronunciari nullo iuris fundamento subnixum Syndicatus Iudicium, ex duplici rationum capite. Primo quia D. Mini nusquam fuit Mercator, vel Artifex; Secundo quia cum Creditores posteriores pro Syndicatu instantes, paulo ante in Iudicio Concursus eorum credita, & hypothecas ad prælationem obtinendam deduxerint, nunc demum Tributoriam actionem experiri nullatenus valeant ob inconstantiam actionis. Ego vero auditis Partibus earumque libratis rationum momentis, pro confirmatione Decreti Sententiam dixi, prout Iustitiæ consonum esse iudicavi.

Modo vero requisitus, quibus argumentis adductus, Sententiam hanc sequendam esse censuerim; operæ pretium erit præmittere satis superque explorati iuris esse in hac Civitate, quod *quicumque* Mercator, vel Artifex cessaverit in satisfaciendo suis Creditoribus, fidem publicam conturbare dicitur, ac palam decoquere, & in Syndicatum incidere; In quo Iudicio ea Lex maxime præstat, que unicuique Cre-
3 ditori talium Cessantium satisfieri mandat per æs, & libram, ut aperte disponit *Statutum Communis Florentiæ in Tractatu ad materiam Ces-*
4 *santium, & Fugitivorum* & uberius Statutum Curiæ Mercatorum *Lib. 3. Rub. 2. dei Cessanti, e Fuggitivi* „ ivi „ subito che alcuno Mercante, o „ Artefice, o qualunque altro fallirà, o cesserà „ cuius Legis verba, & ratio late expenduntur in *Liburnen. Prætensæ Prælationis 23 Septembris 1719 in Causa Castinell, & Senié, cor. D. Advocato Graffioni, & in altero Motivo 9. Martii 1730 in ead. Causa cor. olim D. Aud. Bonfini.*

Et

Et latissime ad interpretationem huius Statuti maxima quidem eruditionis ubertate, & rerum iudicatarum copia egregie differitur in *Florentina Syndicatus 31. Augusti 1742. pag. 6. & seq. cor. Illustriss. Dom. Audit. Meoli*.

Qua Legis sanctione praemissa, tota quaestio versatur in eo, an Dom. Mini fuerit Mercator, vel Artifex, vel Mercatori, aut Artifici similis; prout has personas in Statuto expresse comprehendi decisum fuit in praedicta *Florentina Syndicatus ex pag. 6. ad plur. seqq.* cui remissive me haberi volo, ne actum agere inutiliter videar. Ut autem de statu personae liquido constare possit, sciendum est, quod D. Mini ab eo usque tempore, quo relictis patriis Laribus Ulyssiponam se contulit, Mercaturae operam dedit; Hinc ad Brasilianas Oras digressus, societatem iniit cum quodam Emanuele Lopezio in Portu Saleropoli, seu in sinu S. Servatoris, Omnium Sanctorum; cuius Societatis Merces Florentiam usque trasmisit, ut constat ex pluribus epistolis ab anno 1750. ad annum 1753. in actis productis. In Patriam tandem reversus varia iniit Negocia, & postremo pluribus sibi Sociis assumptis ex benignissimo Supremi Principis nostri Rescripto anni 1768. pro se, suisque Sociis privativam impetravit fodiendi Aluminis fodinas, Montis Lei, seu Montis Rotundi, aliasque huius generis fodinas, sitas prope maritimas regiones Status Senensis, & in Territorio Volaterrano, de quibus erudite disseruit *Vir Clarissimus D. Ioannes Targioni in suo celebri Itinerario tom. 3. pag. 117. & seqq. huius postremae editionis*, & una simul Mercem Aluminis fabrefactam transvehendi intra, & extra ditionem Serenissimi Magni Ducis partim immunem ab omni onere Vectigalis, & Portorii, & partim sub spe alicuius remissionis; prout constat ex Privilegio, de quo in actis „ VIII. Concediamo alla predetta Compagnia l' esenzione da ogni Dazzio, e Gabella tanto Regia, che Comunitativa per tutti gli Allumi che manderà fuori di Stato, sia per via di Mare, sia per quella di Terra; Mentre siano accompagnati da un certificato della medesima Compagnia; riservandosi di accordarli quella facilità, e reduzione di Gabelle, che sarà conveniente per gli Allumi, che si trasporteranno nell' interiore dei nostri Stati per servizio delle manifatture, o altri usi dei medesimi. „

Reveta D. Mini tali Privilegio munitus statim ad fodinas Aluminum se contulit, ibique veteribus Aedificiis refectis, Instrumentisque necessariis comparatis, nullis sumptibus parcens, non solum opus aggreditur, sed ad perfectionem perducit. Itaque quindecim millia librarum pondus Aluminis utiliter vendere susceperat, & propterea preces porrexit S. R. C. pro vectigalium reductione, prout constat ex actis, „ Giuseppe Mini ec. con profondo ossequio l' espone, come per benigno Motuproprio della R. A. V. de' 6. Aprile 1768. gli fu concesso il Privilegio di estrar l' Allume dalle Miniere di Monte Leo ec. e

„ come

„ come se ne ritrova una quantità di circa quindicimila libbre, che
„ gli è riuscito di fabbricare nel presente anno, del quale ha già in
„ veduta l' esito in alcuni Luoghi della Toscana, e di una porzione in
„ Firenze. E avendo egli sofferte molte gravose spese nel riedificare,
„ e ridurre in grado abitabile, e servibile le Fabbriche, Edifizi, e For-
„ naci di detto Luogo, quali spese dovrà continuare ancora per qual-
„ che altro tempo; perciò ad effetto di essere incoraggito a proseguir
„ tale impresa ec. e ad effetto ancora di agevolare nei prezzi per tener
„ lontano dalla Toscana simile prodotto di Paesi esteri ec. „ Quibus Precibus clementissimus Princeps benigne annuens, dimidium exemptionis vectigalium largitus est; prout constat ex actis.

Quemadmodum igitur D. Iosepho Mini, nec Societas, nec Mercimonium, nec Taberna, aut Officina, nec Merces venales deerant, &
6 in hisce rerum circumstantiis diem suum clausit extremum; difficile est animum ad credendum impelli posse, quod personam non indueret,
7 vel Artificis, vel Mercatoris, vel saltem utrique similem. Artifex enim
8 est, qui rem emptam mutata illius forma componit, seu vertit in aliam, *Alciat. in Leg.* 207. *ff. de verb. signific. Ansald. de Commerc. disc. general. num.* 54. *& plurib. relat. Bonfin. ad bannim. general. cap.* 17. *n.*
9 25. *&* 26. Aluminis autem compositio, multum artis, & opificii requirit, prout est notissimum. Insuper Mercator revera ille est, qui Ne-
10 gociationis exercendæ quæstumque faciendi causa Merces emit, ut vendat. *Alciat. dict. Leg.* 207. *de verb. signific. Stracc. de Mercat. par.* 1. *num.* 4. At Conductores Mineralium omnes pro Negociatoribus habentur: Ius enim quod consequuntur in iure privativo versatur vendendi
11 Merces, quas e fodinis eruunt, *De Luc. de Regalib. disc.* 27. *n.* 6. *Ansald. de Commerc. disc.* 26. *n.* 23. *Stracc. de Mercat. par.* 4. *n.* 30. Nec inficiari potest quin fodinæ sint in fructu, ut habemus in *Leg.* 8. *§. si vir in fin. ff. solut. Matrim. & Leg.* 13. *§.* 5. *ff. de usufructu*. Si vero in hac Curia subiecti sunt Sydicatus Legibus Laniones, Salsamentarii,
12 Venditores frugum, & Cerdones omnes, qui sordidas artes, quæstus gratia exercent, ut animadversum fuit in *dicta Florentina Syndicatus* 31. *Augusti* 1742. *pag.* 12. *§. or ciò supposto*, nulla ratio suppetit cur etiam
13 Venditores Mineralium iisdem Legibus non subiiciantur.

Cum igitur iste Mercator, vel Artifex, vel utrique similis hæreditatem reliquerit, quæ solvendo non est, merito dicendum tamquam Mercatorem decoxisse, & eius hæreditatem ad formam Statutorum Syn-
14 dicatui esse obnoxiam, *Caball. resolut. criminal.* 105. *n.* 25. *Stracc. de decoct. par.* 2. *n.* 1. *Balduc. ad Ramon. dec.* 41. *n.* 5. *&* 6. *Ansald. de Commerc. disc.* 11. *n.* 19. *Rot. Nostr. apud Urceol. dec.* 7. *n.* 2. *& seqq. repetit. in Tract. de Transact. quæst* 31. *n.* 21.

Nec obstat, quod Iudicium Syndicatus dari postuletur post mor-
15 tem Debitoris; nam hæreditati defuncti Syndicatum dari posse expresse san-

sancitum esse reperitur ex dispositione Statuti Curiæ Mercatorum *Lib. 3. Rub. 2. dei Cessanti, e Fuggitivi in princ.*, „ ivi „ Quando occorterà „ dovessi dare Sindicato a alcuno Fallito, o alla sua Eredità, e Beni, „ o all' Eredità, e Beni d' alcuno, che dopo la sua morte sarà reputata fallita, e non apparirà in quella sufficiente pago alli debiti ec. „ si osservi l' ordine infrascritto „ Et ita in praxi quotidie servatur, quoad effectus civiles tantum, prout est notorium.

Minus obstat, quod Credita non sint ex causa Mercaturæ; Tum 16
quia cum sint Cambia, vel Pecuniæ ad mutuum datæ Mercatori, quæ maximam opem ei præstant, ut Mercaturam exercere possit, *ex trad. per Turr. de Camb. disp. 1. quæst. 2. num. 3.* Certum est huiusmodi pecunias causam Mercaturæ respicere, & ex dicta causa, vel sub hac fide Mercatori datas, & a Mercatore receptas; Tum etiam quia Statutum indistincte loquitur de omnibus Creditoribus, qui fidem habuerunt Mercatori, eique pecunias, & res suas crediderunt, ubi vero Lex non 17
distinguit, nobis nequidem distinguere licet, *Leg. non distinguemus ff de recept. arbitr. L. Præses ff de offic. Præsid. Barbos. axiom. 136. n. 4.* postremo quia ita in puncto decisum fuit per *Rot. Nostr. in Florentina Syndacatus 15. Septembris 1694. §. finalmente ci son parse, cor. Urceol.* ubi tali reiecta exceptione decernitur Statutum indistincte loqui de omnibus Creditoribus ad æqualitatem inter eos servandam, & dirigere 18
tantum verba in Mercatores „ che recusano di fare il loro dovere, a „ chi averà loro creduto „ ibique allegat *decis. 207 in fin post Posth. de subbastation.* quæ loquitur in terminis Statuti Bononiæ, valde huic nostro similis.

Progrediendo nunc ad alteram Controversiæ partem, in qua Creditores anteriores acriter contendebant, quod semel electa via Iudicii Concursus, nefas esset ad Syndicatus Iudicium convolare. Animadver- 19
tendum censui, quod quamvis regulariter, variatio, & inconstantia in Iudiciis a Legibus reprobetur, *Leg. in Causæ verb. cæterum ff. de Procurator. L. 4. §. 1. & Leg. penult ff. de legat. commiss & plurib. relat. Albit. de inconstant. in Iudic. in Præfat. n. 2. & seq.* nihilominus in his facti circumstantiis contraria Sententia amplectenda est.

Quamvis enim summo iure forte defendi possit, per electionem unius actionis alteram consumi; de æquitate tamen sufficit ut caveamus, ne is qui una actione proposita dum aliam proponere vult bis 20
idem consequi velit contra regulam *Text. in Leg. bona fides 56. ff de reg. iur.* Cœterum si peculiaris Mercis Creditor, cui competit adversus Dominum duplex actio Tributoria nimirum, & Institoria, unam elegerit, nec suum Creditum consequi possit, non est prohibendus in praxi aliam promovere, per quam melius ad assequendam utilitatem suam perveniat. Quid enim, nocet ei qui convenitur, quod ex pluri-

bus

bus actionibus conveniatur, quandiu debitor est, & pertinaciter solvere detrectat?

Hinc est, quod si Creditor una via electa, facile consequi nequit effectum solutionis; tunc potest variare, & ad aliam viam redire, do-
21 nec sibi plene consultum sit ad obtinendam solutionem. Quoties enim prima actio inutilis redditur, & elusoria; minime prohibetur, alteram
22 utilem, & efficaciorem experiri, ut firmant *Tiraquell. in L. boves §. hoc sermone n. 14. ff. de verbor. signific. Coler. de Process. execut. par. 1. cap. 8. ex n. 48. ad plur. seq. Cenc. de Censib. quæst. 95. n. 3. Albit. de inconstant. in Iudic. quæst. 15. num. 17. & 18. & num. 33. & 34 Gratian. discept. 118. n. 53. Constant. ad Statut. Urb. adnot. 58. num 60. tom. 2.* Cum igitur Creditores posteriores agnoverint nullam ipsis spem superesse consequendi eorum satisfactionem ex Iudicio Concursus; eisque per actionem hypothecariam satis non esse consultum, eamque inutilem, & inefficacem esse ad solutionem obtinendam, alteram actionem in Iudicio Syndicatus, utpote efficaciorem experiri potuerunt.

His addebatur altera limitatio regulæ, quæ promanat ex protestatione in actis facta reservandi sibi omne aliud iuris remedium, cum facultate omnem aliam actionem experiendi: tunc enim dubium non est
23 quin variari possit Iudicium, *Alexand. cons. 130. n. 12. vol. 4. & ibi adden. Arzeved. in Leg. 1. tit. 21. n. 146. Guttierez. pract. quæstion. lib. 3. quæst. 39. n. 6. & plurib. relat. Albit. de inconst. in Iudic. dict. quæst. 15. n. 29. Urceol. consult. forens. cap. 43. num. 23. Franc. de protest. considerat. 53. n. 3.* Quæ reservatio apprime resultat ex clausulis salutaribus in Libello appositis quæ operantur, ut possit Actor alias
24 actiones proponere, & ad remedia etiam non expressa convolare, *Rot. Genuen. decis. 1. n. 7. Capic. Latr. dec. 10. n. 22. Barbos. claus. 76. n. 11. Magon decis. Flor. 111. n. 24. Rot. cor. Accaris. dec. 102. n. 14.*

Fortius quia Causæ omnes ad Mercaturam spectantes, Curiæ Mercatorum pertinent privative quoad omnes, tam ex dispositione Statu-
25 ti, quam ex pluribus Rescriptis S. R. C. prout ex Rescripto 22. Aprilis 1614. & pluries per Clarissimam Practicam decisum fuit prosequendum esse Iudicium Syndicatus in Curia Mercatorum introducto, reiecto penitus Iudicio Concursus alibi pendente, ut constat ex Sententia Cla-
26 rissimæ Practicæ Secretæ *diei 10. Aprilis 1677. in Causa Creditori Cominotti, Relatore D. Audit. Carolo De Riccis, & ex Relatione D. Senat. Bonarroti diei 6. Aprilis 1713. in Causa Creditori Camosci.*

Verum enim vero omnem penitus dubitandi ansa adimitur pro istius exceptionis reiectione animadvertendo, ipsummet Iudicium Concursus, in quo tota vis argumenti nitebatur, insanabili nullitatis vitio laborare; ideoque tamquam nullum, nullum quoque producere posse
27 effectum, *Leg. 3. §. condemnatum ff. de iudic. Leg. non putavit §. non*

quæris

quaeris ff. de bon. poss. contra Tab Leg non dubium Cod. de legib. Nul-
lum enim quod est, allegabile non est, nec aliquod ius cuiquam tri- 28
buit. Unde factum pro infecto haberi debet, *Barbos. Axiom. iur.
axiom. 164. n. 1. & seq.*

Huiusmodi vero nullitas apertissime probatur ex Reformatione an-
ni 1538. in qua expresse sancitur „ Che non sia lecito ad alcuna per-
„ sona per le cause, e casi civili ricorrere a detto Magistrato se non
„ ai Poveri, e Miserabili, e per quelle cause solamente che sieno d'
„ importanza insino alla somma *di lire cinquecento*, e non maggiori in
„ alcun modo „ Profecto dum Causa, de qua agitur, summam libra-
rum quingentarum, ultra modum prætergreditur, idcirco ob defectum
Iurisdictionis Iudicis nullitas actorum, & Sententiarum palam emergit, 29
quia Iudex ultra mandatum suamque Iurisdictionem ius dicere non po-
test, *Leg. 11. & Leg. penult. ff. de Iurisdict. omn. Iud. Leg prima,
Cod. eod. Donell. Comm. Iur. Civil. lib. 17. cap. 9. n. 10. Scopp. ad
Gratian. observ. 115. n. 1. Rugginell. pract. quæst. cap. 42. n. 9.*

Præcipue quia Lex ulterius progreditur per viam denegatæ poten-
tiæ. Verba Legis sunt „ E quando fuora di detti Casi contro alla
„ proibizione della presente Legge alcuno vi ricorresse, detti Conserva-
„ tori tali Cause non possino, nè debbino accettare in alcun modo,
„ nè sotto alcun quesito colore, e accettandole tutto quello che per lo-
„ ro in esse si facesse sia nullo, e di nessuna efficacia, e valore, e cas-
„ chino nell' infrascritte pene ec. „

Frustra vero in his terminis allegari valet prorogatio Iurisdictio-
nis de consensu Partium, quoniam prorogatio non habet locum quo-
ties Iurisdictio Iudicis circumscribitur in Causis solummodo certam sum- 30
mam excedentibus, *Bald. in Leg. repetita n. 1. Cod. de Episc. & Cler.
& in Auth habit. n. 58. Cod. ne Fil. pro Patr. Vant. de nullit. Pro-
cess. tit. de nullit. ex defect. Iurisdict. ordin. n. 43. & 44 Carleval.
de Iudic. lib. pr. tit. 1. disp. 2. quæst. 8. sect 4 n 1187. & num.
1204. Tondut. de prevent. lib. 2. cap. 2. num. 6. & 11. Rot. Lucan.
apud Palm. dec. 405. n. 46. & seq.*

Iudex quippe in dictis casibus non potest pronunciare se compe- 31
tentem, *Angel. in Leg. secunda vers quarto fallit. ff. si quis in ius vo-
cat. & in Leg. quidam consulebat ff. de re iudicat. Dec. cons 18. n. 5.*
prout requiritur ut locum habeat Iurisdictionis prorogatio; & si Iudex
se competentem pronunciaverit nihil operaretur, nec esset opus appel- 32
latione, *Butr. in cap. praeterea de dilact. Alexand. cons. 77. n. 3. &
cons. 82. n. 3. lib. 3. Dec. dict. cons. 18. n. 5. Natt. cons 82. n 9.
Ursill. ad Afflict. decis. 354. num. 4. & 5. Ruginell. practic. quæstion.
cap. 42. num. 18.*

Præterea Clausulæ irritantes positæ in fine Legis, ex quibus sen-
tentia contra Legis dispositionem lata irrita declaratur, efficiunt quidem 33
quod

quod nec etiam de consensu Partium Iurisdictio prorogari possit, *Bero quæst. 99. n. 5. Capic. dec. 9. n. 16. & 17. & dec. 188. n. 6. Crescent. dec. 264. quæ est 3. de Foro competenti. Grattan. discept. 145. n. 5. & 6.* & ita in puncto in terminis huius Legis *DD. Tres die 14. Decembris 1685.* & fuit dictum in *Florentina Avocationis 12. Maii 1723. §. postremam cor. D. Cancell. Archi.*

Patet igitur ex prædictis Sententiam DD. Legum Conservatorum
34 fuisse, & esse nullam ob incompetentiam Iudicis, *tot. tit. Cod. si a non competente Iudice;* & consequenter actionem hypothecariam nulliter fuisse propositam, nec aliquod Ius tribuere DD. Creditoribus anterio-
35 ribus, ob defectum Iurisdictionis Iudicis, *Bald. cons. 275. n. 5. Scacc. de Iudic. lib. 1. cap. 66. n. 1. Ruin. cons. 165. n. 12. lib. 5. Vant. de nullit. ubi supra n. 8. & n. 23. cum aliis desuper allegatis.*

Et ita reiectis exceptionibus oppositis, decisum fuit, utraque Parte informante.


Franciscus Rossi Curiæ Commercii, & Artium pro S. R. C. Auditor, & Iudex.

Finis Tom. III.



INDEX

INDEX
CONCLUSIONUM.



ACCOLLATIO.

ACCOMANDANS.

ACCOMANDITA.

in

Lucra amissa, & cambia maritima quantumvis, separabilia a damnis passis, si simul cumulentur in eodem Iudicio, reddunt illud individuum & faciunt Actionem pœnalem non transitoriam in Hæredes. *decis.* 5. *num.* 35. 37. *&* 47.

Adducitur pro exemplo *Leg. Aquiliæ* dispositio. *decis.* 5. *num.* 36.

Actiones ex delicto, vel quasi descendentes ob factum defuncti dolosum non transeunt in Hæredes de iure civili, & si rem persequantur, non transmittuntur, nisi lis fuerit contestata cum defuncto, & nisi in quantum ad eos pervenerit. *decis.* 6. *num.* 1. *&* 12.

Actio rei persequtoria ex delicto procedens non transit in Hæredes delinquentis. *decis.* 6. *num.* 2.

Contrarium tenuerunt Covarruvias, Bargaglius, & Piccardus, qui tamen refelluntur. *decis.* 6. *n.* 3.

Non obstat *Text. in Leg. si pro iure* 7. §. 1. *&* 2. *cum duab. leg. seq. ff. de condit. furt. decis.* 6. *n.* 4. 5. 6. 7. *&* 8.

Nec pariter obstat *Text. in* §. *his autem verbis*, *Instit. de Lege Aquil. decis.* 6. *num.* 9. 10. *&* 11.

Contra delinquentis hæredem tunc videtur agi posse, quando Actor sui Patrimonii diminutionem resiei postularet, si modo eam defunctus suo adiecisset patrimonio, iuxta distinctionem, *Franc. de Caldas. decis.* 6. *num.* 14.

Contrarium ex iure Canonico. *decis.* 6. *num.* 15.

Sed hæc limitatio in foro dumtaxat Ecclesiastico communiter recepta est. *decis.* 6. *num.* 16.

Non purificata conditione nulla oritur Actio ad petendum id, quod in obligatione continetur, & multo minus ad committendam obligationis executionem. *decis.* 9. *n.* 11. *&* 12.

Creditor petens satisfieri non cum fructibus, sed cum capitali bonorum, dicitur intentasse actionem Hypothecariam in petitorio, non Salvianum in possessorio. *decis.* 22. *num.* 1.

Actio personalis nullum alium habet Iudicem competentem præter Iudicem domicilii rei conventi. *dec.* 25. *n.* 3.

Nec ullo modo intentari potest coram Iudice loci, in quo res petita sita est. *decis.* 25. *num.* 4.

Nomen debitoris, qui sit debitor non rei in specie, sed rei in genere, ut quantitatis, ponderis, vel mensuræ tanquam actio infixa ossibus Creditoris sequitur eius territorium, & iurisdictionem. *dec.* 25. *n.* 9.

Hæc opinio licet controversa recepta est in auditorio Rotæ Florentinæ. *decis.* 27. *num.* 10.

Nomen debitoris tunc est cuiusvis Iurisdictionis, ubi conveniri posse contingat, cum solutionem promisit ubique locorum. *decis.* 25. *n.* 11.

Vel est illius loci, in quo promissa est solutio. *decis.* 25. *num.* 12.

Qui recipit solutionis promissionem ab eo, quem in sententia obtinuit sibi solvere condemnatum perdit actionem in factum, seu officium Iudicis, quod ex sententia sibi competebat. *decis.* 32. *num.* 51.

Unica tamen solutione plures actiones acquiruntur. *decis.* 33. *n.* 12.

Creditor pro debitore solvens, nec per viam actionis, nec per viam retentionis uti potest actionibus alterius Creditoris dimissi. *decis.* 33. *num.* 28.

Ubi

berur alteram utilem, & efficaciorem experiri. *decis.* 80. *num.* 22.

Præsertim accedente protestatione sibi reservandi omne aliud Iuris remedium. *decis.* 80. *num.* 23.

Quæ reservatio apptime resultat a Clausulis salutaribus in libello appositis. *decis.* 80. *num.* 24.

Sententia nulla est ob Iudicis incompetentiam. *decis.* 80. *num.* 34.

Et Actio hypothecaria coram ipso proposita nullum Ius Creditoribus tribuit. *decis.* 80. *num.* 35.

Vid. Ius Canonicum.

Vid. Subingressio.

ACTOR.

Quando Actoris petitio non tam damna respicit, quam lucra amissa, & Cambia maritima, hæc non solum non possunt a damno separari, sed in eis potissimum substantiatur Iudicium, & fit individuum secundum mentem, & intentionem Agentis. *decis.* 5. *num.* 46.

Vindicatur a pluribus Auctoritatibus in contrarium allegatis, conclusio firmata *sub num.* 27. *decis.* 5. *n.* 48.

Ubi Actor non probavit suam intentionem, Reus absolvi debet, etiamsi nihil præstiterit. *decis.* 7. *n.* 47.

Et sufficit quod Actoris probatio sit æquivoca, & dubia. *dec.* 7. *n.* 48.

Et quando non est plena, sed imperfecta, sufficit a Reo offuscari, ut infringatur. *decis.* 7. *num.* 49.

Actor in Actione hypothecaria probare debet dominium rei hypothecæ subiectæ penes debitorem, præsertim ubi agit contra Tertios Possessores. *decis.* 22 *num.* 2.

In conditione indebiti Actor probare debet concludenter suam intentionem, quia indebitum non præsumitur. *decis.* 24. *num.* 1.

Actor, qui talis sit per veritatem sequi debet forum rei. *decis.* 26. *num.* 13.

Ad dignoscendum an aliquis sit Actor, vel Reus non sunt ullatenus inspicienda accidentia Iudicii, sed ipsa petitionis intentio. *dec.* 26. *n.* 14.

Ex quo Actor asserit, quod de aliquo tempore debitor erat de decoctione suspectus ei incumbit hoc probandi onus. *decis.* 27. *n.* 50.

In Actore requiritur iustior causa litigandi, quam in Reo. *decis.* 51. *num.* 28.

Actor in re dubia, sibi potius silentium imponere debet, quam alteri litem movere. *decis.* 51. *n.* 29.

Actor, qui ad normam Formularii Florentini egit semper in Iudicio pro æstimatione evictionis passæ, nequit opponere defectum supplementi Iudicis. *decis.* 62. *num.* 20.

Actore non probante, quod inter Bona emphyteutica commixta sit portio Fideicommissi, Reus absolvi debet. *decis.* 71. *num.* 1.

ACTUS.

Actus contrarii destruunt, & excludunt consuetudinem. *dec.* 2. *n.* 22.

Diversi vero non. *decis.* 2. *n.* 23.

Observantia probari debet per Actus, qui casum percutiant. *dec.* 2. *n.* 24.

Actus tribuitur ordinanti, non exequenti. *decis.* 5. *num.* 2. & 3.

Acta in Iudicio inter Partes producta, ignorantiæ velamine offuscari non possunt. *decis.* 13. *num.* 26.

Ad sustinendum Actum non attenditur alia causa, quam expressa, quando expressa non est habilis

ad

ADIMPLEMENTUM.

ADITIO.

ADMINISTRATOR.

Sim-

Simplex Administrator non potest de Bonis Fideicommissis disponere absque publica Magistratus auctoritate; quod obtinet etiam in Minoribus, & Ecclesiis. *dec.* 70. *n.* 14. & 15.

ADVENA.

Creditores Advenæ sunt diiudicandi secundum dispositionem Iuris Communis, in casu, quo per æs, & libram nolint eum aliis concurrere. *decis.* 27. *num.* 3.

Tale privilegium eis a Statuto Florentiæ impertitur, & *num.* 5. nec non ab illo Mercantiæ. *decis.* 27. *num.* 4.

Quando agitur de Creditoribus Advenis standum est attestationibus Notariorum, atque Curialium respective illorum Patriæ. *decis.* 27. *num.* 8.

Lex nostra municipalis verat standum esse attestationibus cœterorum Curialium, nisi ab attestationibus exprimantur aliqua exempla. *decis.* 27. *num.* 10.

AGENS.

Onus est Agentis ad non exactum probare, quod de tempore commissæ exactionis Debitores solvendo fuissent. *decis.* 40. *num.* 16.

AGGER.

Expensæ in reparatione Aggerum reputari debent factæ ad utilitatem, principaliter Prædiorum adiacentium. *decis.* 20. *num.* 5.

AGNATIO.

Quod spectat ad Agnationem probatio resultat ex eadem arbore genealogica. *decis.* 21. *num.* 11.

ALIENATIO.

Requiritur tamen ad validitatem obligationis, ut Filius familias Mercator sit, & copulative contrahat ex causa Mercaturæ, quum hoc Privilegium non personæ, sed causæ sit datum. *dec.* 16. *n.* 15.

Respectu peculii Castrensis, vel quasi, Filius familias habetur pro Patrefamilias. *dec.* 41. *n* 46.

Ac propterea de illis disponere potest etiam absque Patris consensu. *dec.* 41. *num.* 47.

Filius familias etiam obligatur ad observantiam contractus, si iuramentum interposuerit, præsertim in mutuo, ad cuius restitutionem in conscientia compellitur. *decis.* 63. *num.* 7. 8. & 9.

Contractus Cambii a Filiofamilias initus nullus est, uti contractus mutui. *dec.* 64. *num.* 5. & 6. Opinio contraria reprobatur. *num.* 7.

Filiusfamilias, qui recepit in mutuum a Muliere, valide obligatur. *decis.* 64. *num.* 11.

In dubio præsumitur contrahentem cum Filiofamilias, hanc qualitatem ignorare. *dec.* 64. *num.* 14

Filiusfamilias maior 25. annis valide obligatur propter Sanctionem Statuti

FRATER.

FRUCTUS.

FRUMENTUM.

FUGA.

FUGITIVUS.

FUNDACUS.

diminutam in Virum transferat iuxta impensarum ratham, merito pro dictis impensis fundi dotalis possessionem iure proprio cum lucro fructuum retinere potest, donec sibi a Vidua de impensis satisfiat. *dec.* 14. *num.* 7.

Si sine necessariarum impensarum deductione Fundus dotalis mulieri restituatur conditione indebiti posset repeti. *decis.* 14. *num.* 8.

Impensæ utiles fiunt, ut Fundus melior efficiatur. *decis.* 14. *num.* 9.

Hæ Dotem non minuunt. *decis.* 14. *num.* 10.

Fundus dotalis statim soluto Matrimonio una cum fructibus integre cum augumentis est viduæ restituendus. *dec.* 14. *num.* 11.

Sub utilium impensarum prætextu non potest Iure proprio, sed Iure tantum pignoris retineri Fundus dotalis, ut creditum impensarum, scilicet cum fructibus soluto matrimonio percipiendis compenseturr. *dec.* 14. *num.* 12.

Si retentioni Fundi dotalis locus non est, nullum aliud remedium nisi Negociorum gestorum superest, si sine Mulieris consensu melioramenta facta fuerunt. Actio vero contraria mandati ad quantitatem impensarum repetendam, si cum consensu mulieris sint facta. *decis.* 14. *num.* 13. *&* 14.

Fructus melioramentorum utilium in Fundo dotali a Viro factorum post solutum matrimonium decursos mariti hæres lucrari non potest. Si eos vero percepisset cum expensis meliolioramentorum iidem essent compensandi. *decis.* 14. *n.* 15. *&* 16.

Distracto Fundaco alienata dicitur res immobilis, distractis vero mercibus, dicuntur alienatæ res mobiles. *decis.* 68. *num.* 4. *&* 5.

Fundacus alienatus consideratur tamquam res immobilis, licet alienatarius non intendat illum retinere. *decis.* 68. *num.* 6.

Nec mutat naturam ex eo, quod merces enumeratæ fuerint, & separatim æstimatæ. *decis.* 68. *num.* 7.

FUNDUS DOTALIS.

Vid. Melioramenta. *Vid.* Impendens. *Vid.* Usuræ.

F U R.

Opinio, quod Bona furis sint pro restitutione, seu damnis hypothecata, communiter reprobatur. *decis.* 5. *num.* 49. 50. *&* 51.

G A B E L L A.

Annullatio contractus exsurgens, ex defectu Gabellæ non solutæ non tollit obligationem naturalem, sed solam civilem. *decis.* 24. *n.* 28.

Annullatio ex defectu denunciationis contractus officio Gabellæ non procedit ob defectum solemnitatum, sed tantum ratione prohibitionis, & in odium non denunciationis. *decis.* 24. *num.* 32.

Lex Gabellæ disponens de Censibus vitalitiis uti pœnalis extendi non potest ad casum Censuum perpetuorum. *decis.* 24. *num.* 33.

Nec ex identitate, vel ex maioritate rationis in materia adeo odiosa dicta extensio fieri potest. *decis.* 24. *num.* 34.

Rota Nostra interpretavit Edictum Officii Gabellæ sub titulo *delle* Con-

quoad

quoad Principem eiusque Locumtenentem. *dec.* 15. *num.* 10.

Hæbrei intra fines Principum Christianorum Iure Romanorum viventium degentes habent filios in sua potestate. *dec.* 15. *num* 14.

Nullæ sunt obligationes filiorum familias Hæbreorum. *dec.* 16. *n.* 11.

Hæbrei habitantes sub Dominio Principum Christianorum dicuntur Cives Loci, ubi degunt, Iure Romano, & Municipali vivunt, & filios habent in potestate. *decis.* 16. *num.* 10.

Donatio facta ex stylo Hæbreorum a sponso sponsæ in præmium virginitatis, videtur dicenda potius ex causa libidinis, ac proinde illicita, ac nulla. *dec.* 22. *num.* 13.

HÆREDITAS.

Hæres universalis nullo inventarii beneficio suffultus repræsentat in omnibus personam defuncti, imo censetur una, *&* eadem persona cum defuncto. *dec.* 5. *n.* 8. *&* 9.

Actiones regulariter transeant ad hæredes tam active, quam passive. *decis.* 5. *num.* 10.

Regula Iuris Canonici, nempe quod actio transeat in hæredem, sive lis fuerit contestata, sive non, sive aliquid ad eum pervenerit, sive non, sive fecerit inventarium, sive non, locum habet in Terris, aut Tribunalibus Ecclesiasticis, non autem in Secularibus. *decis.* 5. *n.* 24. *&* 26.

Qui in mortis articulo constitutus Pœnitentiæ Sacramentum obivit, tacite hæredi suo mandasse præsumitur, ut Parti læsæ damna a se illata reficiat. *dec.* 5. *num.* 52.

Hæc sententia refellitur a *Thonuccio*. *dec.* 5. *num.* 53.

Intellige eam procedere posse, quando constat, Defunctum suum factum agnovisse peccaminosum. *decis.* 5. *num.* 54.

Non enim debet hæres constringi quasi sciat id, quod in conscientia defuncti videbatur. *dec.* 5. *n.* 55.

Contra delinquentis hæredem tunc videtur agi posse, quando Actor sui Patrimonii diminutionem refici postularet, si modo eam defunctus suo adiecisset patrimonio, iuxta distintionem, *Franc. de Caldas*. *decis.* 6. *num.* 14.

Contrarium ex Iure Canonico. *decis.* 6. *num.* 15.

Sed hæc limitatio in Foro dumtaxat Ecclesiastico communiter recepta est. *decis.* 6. *num.* 16.

Inter omnes tam Cesarei, quam Pontificii Iuris Interpretes convenit, quod lite cum Defuncto contestata, & multo magis iudicata, hæres teneatur actione rei persecutoria. *decis.* 6. *n.* 17.

Ac propterea Ius Canonicum in hoc non limitat Ius Cesareum, sed cum eo mirifice concordat. *dec* 6. *n.* 18.

In Apulia, & Parisiensi Parlamento etiam per Curiam laicalem fuerunt in solidum condemnati hæredes, lite cum defuncto non contestata. *decis.* 6. *num.* 19.

Florentiæ vero in Foro laicali Ius Pontificium non observatur. *decis.* 6. *num.* 20.

Hæres Iudicis male iudicantis non tenetur ex Defuncti delicta, nisi quatenus ad eum ex ipso pervenerit, nisi lis fuerit cum Defuncto contestata. *dec.* 6. *num.* 24.

Nec obstant Textus, ubi disponitur in Hæredes Magistratus dandam esse actio-

res constituendas solummodo respiciat ad restituendas etiam extenditur. *decis.* 70. *num.* 4.

Hæres gravatus, vel possessor dominium habet rerum Fideicommisso suppositarum. *decis.* 70. *num.* 7.

Per Auth. res quæ, constiturio dotis æquiparatur legitimæ. *decis.* 70. *num.* 8.

Concurrente necessitate constituendæ, vel restituendæ dotis potest hæres gravatus Fideicommissi bona libere distrahere absque Iudicis decreto. *dec.* 70. *num.* 9. 10. *&* 11.

Primæ alienationes ab hærede gravato propria auctoritate factæ imputantur in legitimam, vel aliam detrationem legalem. *dec.* 70. *n* 12.

Et in solutionem æris alieni Fideicommittentis, vel legatorum, vel cœterarum detractionum accidentalium. *dec.* 70 *num.* 13.

Quoties Hæredi gravati facultas data est alienandi Bona fideicommissaria, Vocati non succedunt, nisi in casu, quo alienatio facta non sit. *decis.* 79. *num.* 6.

Mercatoris hæreditate decocta, procedendum est per viam syndicatus, iuxta Censutam Statuti Curiæ Mercatorum lib. 3. rub. 2. dei Cessanti, e Fuggitivi. *dec.* 80. *n.* 1. 14.

Reservato tamen quindecim dierum spatio omnibus interesse habentibus in hæreditate, ad hoc, ut sua Iura deducere possint. *dec.* 80. *num.* 2.

Vid. Actio. *Vid.* Societas.

HYPOTHECARIA.

Statuto Florentino cavetur iisdem probationibus concludi in hypothecaria, quibus concluditur in Salviano. *decis.* 22. *num.* 4.

HYPOTHECA.

In concursu Creditorum ille præfertur, qui priorem habet hypothecam. *decis.* 8. *n.* 7.

Creditor evincere potest a quocumque Possessore Res sibi specialiter hypothecatas. *dec.* 8. *num.* 8.

Pro melioramentis utilibus nulla datur hypotheca sed pro necessariis tantum. *dec.* 14. *num.* 44.

Melioraas in necessariis tantum hypothecam in fundo meliorato habet, & omnibus Creditoribus etiam anterioribus præfertur cum ex sua pecunia salva facti dicatur pignoris causa, etiam ad aliorum commodum. *decis* 14. *num.* 45.

Hypotheca etiam generalis ad præsentia, & futura, non ad præterita trahitur. *decis.* 22. *num.* 9.

Hypotheca generalis bonorum amplectitur etiam nomine debitorum, *decis.* 22. *num.* 10.

Et operatur, ut utili Silviano agi possit. *decis.* 22. *num* 11.

Limita ubi saltem constet, quod debitores confiteantur se debere. *decis.* 22. *num* 12.

Hypotheca generalis, quando inspicitur simplex bonorum appellatio nullo excepto, amplectitur etiam iura actiones, & nomina debitorum. *dec.* 27. *num.* 6.

In Hypotheca generali, quando inspicitur vis obligationis compræhenduntur omnia tam præsentia, quam futura, *decis.* 27. *num.* 7.

Nonnisi causa promovendi, ac fovendi commercium, factum est, ut Hypotheca expiter in rebus minutatim distractis. *dec.* 27. *num.* 17.

Res actu existentes, & non adhuc distractæ permanent in dominio Debi-

rum, quæ ibi pridem existebant, secus si ex propria Hæredis pecunia. *decis. 65. num. 24.*

Hypoteca licet deficere possit respectu augmenti Tabernæ non deficit tamen respectu pristini capitalis, a quo manavit augmentum. *dec. 65. num. 32.*

Quod Capitale non immutatur per subrogationem mercium, sed idem semper permanet cum suis oneribus, & hypothecis favore Creditorum. *decis. 65. num. 33. & 34.*

Hypotheca ab Alienante sibi reservata super mercibus venditis intelligi debet sub conditione, donec ab Emptore non distrahantur. *decis. 67. num. 12. & 14.*

Merces etenim naturaliter postulant liberum commercium. *decis. 67. num 13.*

Merces non minutatim, sed in corpus venditæ transeunt etiam in Tertios acquirentes una cum oneribus, & hypothecis. *dec. 67. n. 27.*

Venditio quoties substantiatur non super Taberna, sed super eius mercibus, non corpus universale, sed Res singulares distractæ dicuntur. *decis. 67. num. 28.*

Aliud sunt merces in Taberna existentes, aliud est ipsa Taberna. *dec. 67. num. 29.*

Merces ab hærede in Taberna Defuncti positæ non afficiuntur hypothecis Creditorum Defuncti, & adducitur ratio. *decis. 67. num. 60.*

Cessante mercium identitate cessat etiam dispositio *Text. in Leg. interdum ff. qui potior. in pign. hab.* cuius ratio explicatur. *decis. 67. num. 61. 62. & 63.*

Ex consuetudine alienandi Bona Livellaria Ecclesiæ deduci nequit facultas eadem hypotheeandi in præiudicium ipsius Ecclesiæ. *dec. 79. n. 12. & 14.*

Hypothecæ siquidem, aliaque onera perpetuo duratura, magis præiudicialia sunt Domino directo, quam alienatio in præiudicium solummodo vocatorum. *dec. 79. n. 13.*

HYPOTHECARIUS.

Creditor Hypothecarius etiam tempore posterior præfertur Chirographario quamquam anteriori. *dec. 27. num. 9.*

Creditores hypothecarii cæteris præferuntur, si anteriores sint. *decis. 28. num. 11.*

IDENTITAS.

Per longam, & continuatam Emptori negociationem deficit identitas mercium cum Taberna venditorum, ac super aliis in eamdem illatis Creditoribus hypotheca non competit. *dec. 65. num. 3.*

Amplia etiam in hærede, a quo si aliæ merces in Taberna sui Auctoris inferantur, creditoribus hypothecatæ non remanent. *dec. 65. n. 4.*

Et quidem mulieri pro restitutione suæ dotis. *dec. 65. num. 5.*

Declara tamen conclusionem *num 3.* firmatam, quod procedat, quando merces singulariter, ac de per se venditæ fuerunt, non autem quando venditæ sunt uti corpus universale. *dec. 65 num. 6.*

Aliud etenim sunt merces singulares, aliud

IGNORANS.

IGNORANTIA.

IMPEDIENS.

IMPENDENS.

nisi quantitatem, & valorem expensarum in meliorando erogatarum. *dec.* 14. *num.* 27.

Nonnulli Doctores utuntur æquitate deducta ex Leg. curabit Cod. de act. empt. pro impendente. *decis.* 14. *num.* 28.

Huic rationi responsum fuit ab aliis Doctoribus. *dec.* 14. *num.* 29.

Præcipue autem non valet dicta obiectio in impensis utilibus factis in fundo dotali; si enim impendens fructus dotales, etiam melioramentorum, soluto matrimonio perceptos suos faceret ultra creditum impensarum, non æquitas pro impendente, sed magna iniquitas pro Vidua resultaret. *dec.* 14. *n.* 30.

Impendens in re sua ad peragendum aliquod opus, ex quo vicinus utilitatem consequatur, non potest vocare vicinum in contributum. *decis.* 20. *num.* 7.

IMPENSÆ.

Ex partita informi, & confusa impensæ non possunt dici plene, & concludenter probatæ. *dec.* 14. *n.* 1.

Distinguendæ sunt Impensæ utiles a necessariis factis a Marito in Fundo dotali constante matrimonio. *decis.* 14. *num.* 5.

In necessariis factis, ne totus Fundus, vel illius pars pereat verum esse potest Maritum, seu eius hæredem fructus melioramentorum lucrari, nec eum impensis esse compensandos. *decis.* 14. *num.* 6.

Ratio dictæ conclusionis est, quia hæ impensæ dotem minuunt, & eum Lex ipso iure partem illam dotis diminutam in Virum transferat iuxta impensarum ratam, merito pro dictis impensis fundi dotalis possessionem iure proprio cum lucro fructuum retinere potest, donec sibi a Vidua de impensis satisfiat. *dec.* 14. *num.* 7.

Si sine necessariarum impensarum deductione Fundus dotalis Mulieri restituatur conditione indebiti posset repeti. *dec.* 14. *num.* 8.

Impensæ utiles fiunt, ut Fundus melior efficiatur. *dec.* 14. *num.* 9.

Hæ dotem non minuunt. *decis.* 14. *num.* 10.

Sub utilium impensarum prætextu non potest iure proprio, sed iure tantum pignoris retineri Fundus dotalis, ut creditum impensarum, scilicet cum fructibus soluto matrimonio percipiendis compensetur. *dec.* 14. *num.* 12.

INADIMPLEMENTUN.

Exceptio inadimplementi tunc solum intrat, quando agitur vigore contractus ultro citroque obligatorii, & correspectivi. *dec.* 53. *n.* 20.

Non quando agens esset obligatus erga conventum ex diverso Iure, & Contractu. *dec.* 53 *num.* 21.

Aliud est unum esse ad aliquid obligatum erga reum conventum, sic quod ab eo possit reconveniri; aliud quod illud, ad quod sit obligatus, opponi sibi possit per viam exceptionis non implementi. *dec.* 53. *num.* 22.

Exceptio non implementi regulariter non admittitur in Iudicio manutentionis, prout generale est in quolibet alia exceptione turbida, & altiorem indaginem requirente. *dec.* 53. *n.* 23. & 24.

INCEPTÆ.

INCOMPATIBILITAS.

INDEBITUM.

Scien-

Scientia interdictionis non potest inficiari propter affixionem Cedularum factam in locis consuetis tam ante, quam post sententiam interdictionis. *dec.* 1. *n.* 28.

De Iure Communi necessaria est praeconizatio interdictionis bonorum, ut afficiat Contrahentes. *decis.* 1. *num.* 34.

Sed non est adeo necessaria, quin possit adimpleri per aequipollens. *dec.* 1. *num.* 35.

Sufficit enim ponere scripturam in locis publicis, quae declaret hanc interdictionem fuisse factam. *decis.* 1. *num.* 36.

Facilius admittendum est adimplementum supradictae formae per aequipollens, cum hodie nullus adsit liber Camerarii., in quo describi possint Bannimenta iuxta formam a Statuto praescriptam. *dec.* 1. *n.* 39.

Si absque Banno substinetur Interdictio publicata per affixionem Cedularum, ob eamdem rationem removetur defectus solemnitatis registrationis. *decis.* 1. *num.* 40.

Recedendum non est a stylo Supremi Magistratus. *dec.* 1. *n.* 41.

Per reversionem ad sanos mores ipso iure tollitur interdictio. *decis.* 1. *num.* 42.

Contrarium, quod nempe necessaria sit Iudicis declaratio,& interdictionis revocatio. *dec.* 1. *num.* 43.

Limita, si notorie constet Prodigum recuperasse morum sanitatem. *dec.* 1. *num.* 44.

Assumptio ad Magistratus, & alios Civitatis honores non sufficit ad removendam praecedentem bonorum interdictionem. *dec.* 1. *num.* 45.

In Flandria contrarium observatur. *decis.* 1. *num.* 46.

Probatio reversionis ad sanos mores debet esse certa, ut praecedens annichiletur interdictio. *dec.* 1. *n.* 50.

Interditio Administrationis non valet infringere gesta a Prodigo ante interdictionem. *decis.* 1. *num.* 53.

Contraria tamen opinio est magis communis, saltem ut beneficio restitutionis in integrum rescindi possint gesta ante interdictionem. *decis.* 1. *num.* 54.

Interditio infringit ratificationem debiti sequutam post interdictionem. *dec.* 1. *n.* 55.

Obligatio nulla non indiget, ut irritetur, auxilio subsequentis interdictionis. *decis.* 1. *num.* 56.

Vid. Cedula. *Vid.* Forma, Prodigus, Ratificatio, Statutum.

INTERESSE.

Inspectio Loci multum confert ad interesse diudicandum. *decis.* 3. *n.* 21.

Interesse petentis exhibitionem librorum probatur ex eo quod dignoscatur libros petitos quoquo modo ad causam facere posse. *dec.* 19. *n.* 6.

Probatur etiam solo petentis iuramento. *decis.* 19. *num.* 4 & 7.

Interesse petentis exhibitionem non probatur cum illius generico iuramento. *dec.* 19. *n.* 14.

Doctores, qui firmant sufficere iuramentum super interesse intelligendi videntur de iuramento super speciali, non indefinito interesse. *decis.* 19. *num.* 15.

Ut intret aequitas reciproce edendi inter Actorem, & Reum requiritur manuatum, vel tacitum, vel expressum, quod in libro, vel libris describeretur partita controversi interesse. *decis.* 19. *num.* 16.

INTERPELLATIO.

INTERPRETATIO.

INTIMATIO.

INVENTARIUM.

beneficium Legis, & Inventarii, si de illius legitima confectione non doceat, & de bonis in Inventario contentis rationem non reddat. *dec. 62. num. 23.*

Et pro reddenda ratione non tenetur Iudex terminum præfigere, quando hæres est Actor, secus quando est Reus. *dec. 62. num. 24.*

INVESTIMENTUM

Investimentum ab Hærede gravato, vel Fideicommissario factum impugnari nequit a Filiis, favore quorum successio adhuc aperta non est. *dec. 50. num 17.*

ITER.

Mutato Navis itinere deficit Contractus assecurationis. *dec. 72. n. 1.*

Pactum adiectum, quod Navis Magister possit iter facere quocumque voluerit non debet intelligi restrictum solitæ facultati divertendi iter quantum inserviat pro faciliori navigatione. *decis. 72. n. 3. & 6.*

Spatium Maris a Navi percurrendum debet esse certum, ad hoc ut maius vel minus periculum Assecuratores meriti possint. *decis. 72. num. 7.*

Ex magno præmio in Apoca assecurationis stipulato arguitur, quod assecuratio restricta non fuerit ad particulare locum, vel iter. *decis. 72. num. 8.*

Assecuratio, quando facta est pro certo tempore, Assecuratores tenentur de sinistro, licet navis diversum iter inierit. *decis. 72. num. 9.*

Sinistri casu eveniente intra tempus Assecuratorum obligationi præfinitum, & in itinere convento, dicitur commissa stipulatio. *dec. 72. num. 10.*

Ob solam loci onerationis mutationem non resolvitur Assecurationis contractus. *dec. 72. n. 11. & 14.*

Resolvitur vero, si mutatum sit iter, seu vexillum, ex quorum mutatione maius pendet, minusve periculum. *dec. 72. num. 12.*

Quoad substantialia standum est severe pactis in Apoca assecurationis expressis *dec. 72. num. 13.*

In longis itineribus validæ sunt Assecurationes „ *a mezzi viaggi, e variamente determinati a più riprese* „ *decis. 72. num. 17.*

Non præsumitur, quod Navarchus sibi voluerit sufficere minus cibariorum, quam exigeret longitudo itineris conficiendi. *dec. 73. n. 32.*

Si quid Navi contingat in itinere, & Navarchus non habeat pecuniam pro illius restauratione, tenetur eam suppeditare Mercator, qui in eadem Navi vehitur argento instructus. *dec. 73. num. 38.*

Quinimo si quis gravior casus navi contingat, licet Navarcho pecuniam nauticam mutuo capere, eaque minime inventa, merces oneratas divendere. *dec. 73. num. 39.*

IUDEX.

Iudex inferior non potest iudicare super iis, in quibus superior manum adposuit. *decis. 1. num. 5.*

Cessat hic defectus ex Principis Rescripto. *decis. 1. num. 6.*

Iudex condemnare potest ad damna, & interesse, reservata taxatione, seu liquidatione in alio Iudicio. *decis. 4. num. 1.*

Liquidatio damnorum arbitrio Iudicis remitti

Quæ

Quæ exceptio opponi valet adversus Emptorem ad retardandam etiam Sententiæ executionem. *decis.* 39. *num.* 19.

Circa fructus plurimum pollet Iudicis arbitrium, *dec.* 55. *num.* 54.

Iudex non tenetur interponere suum officium non petitum in facto ei prorsus ignoto, sed debet sequi ea, quæ probantur a partibus. *decis.* 62. *num.* 16.

Iudex moderari debet arbitrium Creditoris alienare volentis Bona debitori magis damnosa. *decis.* 79. *num.* 22.

Ubi Lex non distinguit, nec Iudici distinguere licet. *dec.* 80. *n.* 17.

Iudex ultra mandatum, suamque Iurisdictionem Ius dicere non potest. *dec.* 80 *num.* 29.

Prorogatio Iurisdictionis de consensu partium, non habet locum quoties Iurisdictio Iudicis circumscribitur in causis solummodo certam summam excedentibus. *dec.* 80 *n.* 30.

Quo casu non potest Iudex se competente pronunciare. *decis.* 80. *num.* 31.

Et si pronunciaverit se competentem, nihil operaretur, nec esset opus appellatione. *decis.* 80. *num.* 32.

Vid. Liquidatio.

IUDICIUM.

Quando Actoris petitio non tam damna respicit, quam lucra amissa, & Cambia maritima, hæc non solum non possunt a damno separari, sed in eis potissimum substantiatur Iudicium, & fit individuum secundum mentem, & intentionem Agentis. *dec.* 5. *num.* 46.

Vindicatur a pluribus Auctoritatibus in contrarium allegatis, conclusio firmata sub n. 27. *dec.* 5. *n.* 48.

Iudicium exhibitorium, sive actio in factum utilis ad exhibendum est Iudicii futuri præparatoria, & qui præparatorii Iudex est Iurisdictionem etiam habet in Iudicio præparato. *dec.* 15. *num.* 7.

Iudicium de toto diversum est ab Iudicio de partibus. *dec.* 67. *n.* 33.

Variatio & inconstantia in Iudiciis reprobatur. *decis.* 80. *num.* 19.

Iudicium nullitatis vitio laborans nullum producit effectum. *decis.* 80. *num.* 27. *Vid.* Sententia.

IUDICIUM CONCURSUS.

Iudicium concursus tacite, vel expresse formatum trahit ad se omnes alias lites a creditoribus ante, vel post formatum concursum motas, coram diversis Iudicibus cœterum competentibus. *dec.* 26. *n.* 9.

Et est necesse, quod sit individuum, atque inseparabile penes Iudicem debitoris. *dec.* 26. *num.* 10.

Nec creditores alterius iurisdictionis, sive sub eodem, vel sub diverso Principatu sunt immunes ab onere comparendi, & agendi coram prædicto Iudice. *decis.* 26. *n.* 11.

Imo nec Clerici eximuntur ab onere comparendi apud Iudicem debitoris, qui consideratur ut Reus. *decis.* 26. *num.* 12.

Iudicium concursus procedit pari passu cum remedio Legis, *si contendit ff. de fideiuss. & Leg. diffamari Cod. de ingen. & manumiss.* „ *dec.* 26. *n.* 15.

IURAMENTUM.

Data testium singularitate locus est iuramento suppletorio. *dec.* 4. *n.* 4.

Dam-

IURISDICTIO.

Partium, non habet locum quoties iurisdictio Iudicis circumscribitur in causis solummodo certam summam excedentibus. *decis.* 80. *num.* 30.

Quo casu non potest Iudex se competente pronunciare. *dec.* 80. *n.* 31.

Et si pronunciaverit se competentem, nihil operaretur, nec esset opus appellatione. *dec.* 80. *num.* 32.

IUS CANONICUM.

Ius Canonicum (quando agitur de exoneranda conscientia defuncti) videtur in utroque Foro servandum. *decis.* 5. *num.* 25.

Licet actio non sit poenalis, sed mere rei persecutoria, si tamen provenit, ex delicto, numquam transit contra hæredes. *dec.* 5. *num.* 27.

IUS COMMUNE.

Per subauditos intellectus Iuri Communi non licet derogare. *decis.* 24. *num.* 37.

Signanter ad indebite inferendum damnum notabile. *decis.* 24. *n.* 38.

Casus omissus habetur pro omisso. *decis.* 27. *num.* 32. & remanet sub dispositione Iuris Communis. dicta decisio *num.* 31.

IUS OFFERENDI.

Quando deliberatio facta fuit favore Tertii non Creditoris, non datur Creditori posteriori Ius Offerendi. *decis.* 62. *num.* 26.

LAPSUS.

Ex eodem lapsu temporis elici nequeunt duæ præsumptiones una tituli, & altera non solutionis canonis. *decis.* 38. *num.* 24.

LEGATARIUS.

Dominium a die mortis Testatoris transit in Legatarium saltem resolubiliter. *dec.* 35. *num.* 2.

Præsertim quando agitur de Legato facto ad favorem Loci Pii, quod a Deo statim acceptari dicitur. *dec.* 35. *n.* 3.

Irresolubiliter vero quæsitum dicitur dominium, si Bona legata a Legatario fuerint acceptata. *dec.* 35. *num.* 4.

LEGATUM.

Legatum in futurum collatum, & in effectu præstandum dicitur conditionale quoad substantiam. *decis.* 17. *num.* 2.

Conditio adiecta executioni Legati, & ipsam Legati substantiam respiciens, conditionale reddit Legatum. *dec.* 17. *num.* 4. maxime si Testator Legatum solvere expresse nolit nisi conditione adimpleta. *&* *num.* 5.

In Legato conditionali pro eius consequtione non est necesse, ut conditio post mortem Testatoris adimpleatur, sed quando agitur de conditione mixta sufficit, si eo vivente fuerit quandocumqne purificata. *dec.* 17. *n.* 6.

Legatum pro nuptiis spiritualibus, vel carnalibus verum non est evanescere, si nuptiæ vivo Testatore sequantur. *dec.* 17. *n.* 7.

Dictio *pro* non causam finalem denotat, sed conditionem proprie demonstrat, quæ quovis tempore purifi-

LEGITTIMITAS.

omnibus successoribus ab eo causam habentibus suffragatur. *decis.* 37. *num.* 20.

Et eo magis, quando versamur in antiquissimis, quo casu indistincte plena legitimitatis probatio non requiritur. *dec.* 37. *n.* 21.

LÆSIO.

Non interveniente dolo etiam immoderata læsio transactionem non vitiat, licet cæterum rescinditur contractus, quoties læsio est ultra dimidium. *dec.* 24. *num.* 21.

Sola pretii tenuitas indicare valet in contractu læsionem, vel ultra dimidiam, vel talem, quæ sufficere possit ad præsumendam collusionem in præiudicium Fideicommissi. *decis.* 71. *num.* 3.

Qui læsionem, vel iniustitiam allegare intendit, illam debet in suo principio concludenter probare. *dec.* 71. *n.* 17.

Probata autem non remanet ex nova Bonorum venditorum æstimatione post longum temporis intervallum ob possibilem eorumdem status, ac pretii variationem. *decis.* 71. *num.* 18.

Longa venditoris acquiescentia plurimum valet ad læsionem escludendam. *dec.* 71. *n.* 22.

LEX.

Quando lex aliquid requirit intra certum tempus sub pœna nullitatis actus, inducta dicitur forma, quæ ad unguem est adimplenda. *decis.* 2. *num.* 1.

Et præcipue in Statuto, quod si aliquid exprimit ultra dispositum a Iure communi, censetur de forma substantiali. *decis.* 2. *num.* 3.

Intentio Legis ex procemio ducitur. *dec.* 2. *num.* 3.

Nullum potest considerari discrimen inter Legem prohibentem, & annullantem. *decis.* 2. *num* 12.

Observantia interpretativa declarat verba dubia Legis, etiamsi contrarius intellectus esset de iure verior. *decis.* 2. *num.* 17.

Lex & Statutum a practica interpretationem veram recipiunt, a qua non est recedendum. *dec.* 2. *n.* 18.

Iudices debent servire Legi eamque exequi. *decis.* 16. *num* 9.

Legi antecedenti generali derogatum non censetur a subsequenti Lege speciali. *dec.* 16. *n.* 24.

Quando habemus Legem aliquid clare determinantem, hanc servare debemus. *dec.* 20. *num.* 13.

Quæ intuitu pietatis, & Spiritu Dei aguntur non subiiciuntur ullæ humanæ Legi. *dec.* 23. *num.* 5.

Ubi Lex est clara non est locus interpretationi desumptæ ex contraria observantia. *dec.* 27. *n.* 17.

Edicta, & proclamata requiruntur in notificatione Legum, quæ fiunt per præscriptionem. *dec.* 78. *n.* 32.

LEX IN SPECIE.

Capitula Barchinonensia, uti correctoria Iuris Communis, sunt stricte intelligenda. *decis.* 7. *num.* 51.

Lex Florentina anni 1471. rigorosissime sub pœna nullitatis, aliisque pœnis interdixit filiorum Familias obligationes. *dec.* 16. *num* 2.

Hæc Lex moderata fuit anno 1477. ut non procedat, quando filius Familias minor annis 25. contra-

LIBELLUS.

LIBRI.

modo ad caufam facere poffe. *decif.* 19. *num.* 6.

Probatur etiam folo Petentis iuramento. *dec.* 19. *num.* 7. limita *n.* 4.

Illa tantum pars libri, quæ attinet ad petentem eft edenda. *dec.* 19. *num.* 12.

Ne per indirectum Mercatorum, aliorumque Civium negocia pandantur in præiudicium publicum. *decif.* 19. *num.* 13.

Partitæ libri proprii licet ex Statuto Florentino poffint fortiri hypothecam legalem in defectum conventionalis, eam tamen non fortiuntur, nifi per autenticam Iudice auctore factam. *dec.* 25. *num* 6.

Atque hac adhibita folemnitate hypotheca incipere videtur a die partitæ. *dec.* 25. *num.* 7.

Ex incorporatione, & traditione librorum, & fcripturarum inducitur poffeffio omnium ibidem contentorum. *dec.* 26. *n.* 1.

Libri Decimarum præfertim in antiquis probant poffeffionem, & dominium. *dec.* 35. *n.* 1.

Quando agitur de Libris Mercantilibus, contra quos nulla adducitur exceptio, plenam dicti libri faciunt probationem. *decif.* 61. *n.* 1.

Hoc per Statutum Florentinum conftituitur. *dec.* 61. *num.* 2.

LIBERATIO.

Liberatio a redditione rationis tutelæ a Patre conceffa non liberat ab omnimoda redditione, fed tantum ab exacta, & fcrupulofa. *dec.* 50. *n.* 21.

LIQUIDATIO.

Liquidatio damnorum arbitrio Iudicis remitti folet. *decif.* 4. *n.* 2.

Fieri poteft etiam per Teftes deponentes de eorum credulitate. *dec.* 4. *num.* 3.

Quod eft certum liquidatione non eget. *decif.* 7. *n.* 3.

Liquidatio fieri poteft per omne genus probationis, quæ faciat rem effe legitime certam. *decif.* 7. *num.* 13.

In materia liquidationis fufficit probatio etiam per conjecturas. *decif.* 7. *num.* 14.

Et tota remittitur arbitrio Iudicis. *dec.* 7. *num.* 15.

Res fit liquida & certa per Teftes, per confeffionem, & per inftrumenta. *dec.* 7. *num.* 16.

Multoque magis per Rem Iudicatam, quæ non folum facit rem liquidam, fed etiam notorietatem. *decif.* 7. *num.* 17.

Liquidatio damni facienda eft in ea fumma, quam Pars damnificata percepiffet. *decif.* 13. *num.* 30.

Liquidatio debiti a Debitore facta, fed a Creditore in Libris omiffa tamquam dolum redolens non præfumitur. *dec.* 19 *num.* 23.

Liquidationis exceptio non cenfetur reiecta a Statuto omnes exceptiones reiiciente. *dec.* 36. *num.* 3.

Crediti liquidatio per fententiam facta retrotrahi debet ad fiftendum caufam ufurarum. *dec.* 77. *n.* 9.

LIS.

Inter omnes tam Cefarei, quam Pontificii Iuris Interpretes convenit, quod lite cum Defunto conteftata, & multo magis iudicata hæres teneatur Actione rei perfecutoria. *dec.* 6. *n.* 17.

LITERÆ.

LITERÆ CAMBII.

LI-

LITIGANS.

In dubio præsumitur, quod quis non habeat iustam litigandi causam. *decis.* 51. *num.* 27.

LUCRUM.

Ratione maioris lucri, vel saltem eiusdem spei potuit Socius paeisci, quod ratione minoris pactus non fuisset. *decis.* 3. *num.* 28.

Turpia lucra hæredibus etiam extorquentur. *decis.* 6. *num.* 23.

Rigorosa probatio lucri cessantis, & damni emergentis non debet exigi a Muliere, vel Vidua, quæ satis demonstrat damnum passam fuisse ex quo pecuniæ dotales debito tempore non fuerint restitutæ. *decis.* 55. *num.* 38.

LUCRUM CESSANS.

Cessatio lucri non probatur, nisi concurrat mora Debitoris, consuetudo negociandi in Creditore, & quod habuerit particulares occasiones emendi census, & quod tantum fuisset lucratus. *dec.* 22. *n.* 20.

Ad effectum lucri cessantis probari debet occasio prompta investiendi dotem, & quod realiter investita non sit ob retardatam solutionem. *dec.* 55. *num.* 19.

Rigorosa probatio lucri cessantis, & damni emergentis a *Rota Romana* præscripta suppleri potest cum præsumptionibus, & coniecturis, quæ concludant a communiter accidentibus. *decis.* 55. *n.* 26. *&* 27.

MAGISTER.

Non præsumitur, quod Magister Navis mandatum cum proprio damno non adimpleverit. *decis.* 72. *num.* 21. *&* 24.

Apud Hollandos, eosque, qui Vandalicas Civitates coluerunt in more fuit pecuniam credere Magistris Navium non ita, ut liberum illis esset eamdem in quosvis usus vertere, sed ita, ut cederet in usum Navis. *decis.* 73. *num.* 54.

MAGISTRATUS SUPREMUS.

Magistratus Supremus habet iurisdictionem in Causis Civilibus universalem in tota Hetruria. *decis.* 15. *num.* 1

Locumtenens Magistratus Supremi vicem Constituentis gerit, ideoque omnia potest, quæ Constituens præter illi reservata. *dec.* 15. *n.* 3.

Remissio Causarum Supremi Magistratus ad alia Tribunalia, magis magisque eiusdem competentem Iurisdictionem universalem comprobat. *dec.* 15. *num.* 5.

Protestatio facta coram Supremo Magistratu eius auctoritatem non prorogandi ab eo, qui præparatorium coram illo instruxit Iudicium, est superflua. Eius enim auctoritas opus non habet prorogatione, eoque solum casu protestatio valet, cum Magistratus habet limitatam iurisdictionem. *decis.* 15. *num.* 9.

In dubio est iudicandum pro iurisdictione ordinaria, & universali residente in Supremo Magistratu. *dec.* 15. *num.* 15.

MALA FIDES.

Forma a Iudice præscripta servanda est, adeout, qui eam non observat con-

Quid-

MEDICUS.

Quidquid Medicus lucratur, eius quasi Castrense peculium censetur. *dec.* 41. *num.* 45.

MELIORANS.

Controversum est, an melioranas rem alienam, vel quam debet restituere, lucretur fructus perceptos ultra sortem? *decis.* 14. *num.* 2.

Melioranas in necessariis tantum hypothecam in Fundo meliorato habet, & omnibus creditoribus etiam anterioribus præfertur, cum ex sua pecunia salva facta dicatur pignoris causa, etiam ad aliorum commodum. *decis.* 14. *num.* 45.

MELIORAMENTA.

Si retentioni Fundi dotalis locus non est, nullum aliud remedium nisi negociorum gestorum superest, si sine mulieris consensu melioramenta facta fuerunt. Actio vero contraria Mandati ad quantitatem impensarum reperendam, si cum consensu mulieris sint facta. *dec.* 14. *n.* 13. & 14.

Fructus melioramentorum ad meliorantem spectant cum eorum sit Dominus quamvis multi Doctores hoc impugnent. *dec.* 14. *n* 21. & 24.

Limita in melioramentis in Fundo dotali factis dummodo tantum utilia sint. *dec.* 14 *num.* 22.

Adducitur ratio limitationis. *dec.* 14. *num.* 23.

Pro melioramentis utilibus nulla datur hypotheca sed pro necessariis tantum. *decis.* 14. *n.* 44.

Obligatio non impugnandi melioramenta bonorum fideicommisso subiectorum intelligi debet de impugnatione iniusta, & irrationabili. *decis.* 50. *num* 18.

Melioramenta necessaria omnino domus, quæ sint? *decis.* 57. *n.* 23.

Melioramenta necessaria domus fideicommissariæ soluta ab Hærede gravato repetuntur a Fideicommissario. *dec.* 57. *num.* 24

Vel eidem pro soluti restitutione datur retentio domus fideicomisso subiectæ. *dec.* 57. *num* 25.

Melioramentorum expensæ, quæ ab hærede fideicommissario non sint reficiendæ? *decis.* 57. *num.* 27.

MENSURA.

Unaquæque mensura, quæ dicitur *flaioro* est tripla mensuræ nuncupatæ *storo*. *decis.* 71. *num.* 5.

Sola possibilitas in contrarium dummodo sit rationabilis, excludit omnem mensuræ excessum, & usurpationem ab Actore non probatam. *dec.* 71. *num.* 7.

Venditio dicitur facta ad mensuram, quando incipitur a mensura, quo casu præsumitur vendita illa solummodo quantitas, ad quam extenditur mensura, ita ut id quod mensuram excedit, licet sit intra limites enunciatos restituendum est Venditori, aut pretium proportionabiliter supplendum. *dec.* 71. *n.* 12.

Ad corpus vero dicitur facta venditio, quando incipitur a corpore, & hoc in casu, si corpus excedat mensuram in contractu enunciatam Venditor prætendere nequit pretii supplementum, sed id quod plus est cedit commodo Emptoris. *decis.* 71. *num.* 13.

Venditio, quod sit facta ad corpus, non

maximam eisdem præstant opem ad exercendam mercaturam. *decis.* 80. *num.* 16.

Vid. Filius familias, Hæreditas, Pœna, Usuræ.

MERCATURA.

Causæ omnes ad Mercaturam spectantes Curiæ Mercatorum privative pertinent. *dec.* 80. *num.* 25.

MERCES.

Merces, quæ iussu Consulum Maris in Magazenis repositæ sunt, non præsumitur fuisse corruptas. *decis.* 4. *num.* 13.

Rerum corruptarum non inveniuntur emptores, maxime cum utile Venditoris. *dec.* 4. *n.* 14.

Ex qualitate unius partis Mercium argui nequit ad qualitatem totius. *dec.* 4. *num.* 16.

Plures adducuntur præsumptiones, & probationes ad ostendendam bonam Mercium qualitatem, de quo agitur. *dec.* 4. *num.* 17.

Ex signis in mercibus adpositis probatur illarum dominium. *dec.* 8. *n.* 1.

Dominus mercium non tenetur contribuere pro expensis factis in restauratione Navis per vim tempestatis damnum passæ: Expensæ enim istæ magis instruendæ Navis gratia, quam conservandarum mercium factæ reputantur. *dec.* 20 *num.* 6.

Merces transmissæ extra Territorium ad mercandum non sunt iurisdictionis loci, ubi reperiuntur, sed Mercatoris transmittentis. *dec.* 25. *n.* 13.

Nisi locus ubi reperiuntur sit patria communis. *dec.* 25. *num.* 14.

Vel alibi sint perpetuo destinatæ. *dec.* 25. *num.* 15.

Pretium subrogatum non habet plus Iuris quam merces, cui subrogatur. *decis.* 27. *num.* 28.

Assecuratores conveniri possunt, quoties merces assecuratæ ad locum destinatum non pervenerint. *decis.* 44. *num.* 7. Amplia *num.* 8.

Cambia valide creari possunt ex creditis præcedentibus veris, & liquidis, sive ex mercibus iuste æstimatis. *decis.* 60. *num.* 10.

Et signanter Cambium maritimum, nec non. *decis.* 60. *num.* 11.

Cambia nundinalia, sive platealia. *dec.* 60. *num* 12.

Assecurationis contractus habens vim sponsionis non requirit merces esse, vel non esse oneratas in Navi, quia solum consideratur casus Navis deperditæ. *decis.* 60. *num.* 78.

Per longam, & continuatam Emptoris negociationem deficit identitas mercium cum Taberna venditorum, ac super aliis in eamdem illatis Creditoribus hypotheca non competit. *dec.* 65. *num* 3.

Amplia etiam in hærede, a quo si aliæ merces in Taberna sui auctoris inferantur, creditoribus hypothecatæ non remaneant. *dec.* 65. *n.* 4.

Et nequidem mulieri pro restitutione suæ dotis. *dec.* 65. *num.* 5.

Declara tamen conclusionem *num.* 3. firmatam, quod procedat, quando merces singulariter, ac de per se venditæ fuerunt, non autem quando venditæ sunt uti corpus universale. *decis.* 65. *num.* 6.

Aliud etenim sunt merces singulares, aliud corpus universale Tabernæ. *decis.* 65. *num.* 7.

Et aliud ædificium, aliud singulæ partes ædificii. *dec.* 65. *n.* 8.

Quapropter quamvis per distractionem peractam

Ratione dissoluta dissolvitur etiam Ius universale, quod per negociationem unice conservatur. *decis.* *67. num. 46.*

Et merces adsumunt qualitatem rerum particularium. *dec. 67. n. 47.*

Illisque venditis non transfertur in Emptorem negocium una cum suis oneribus, & hypothecis. *decis. 67. num. 48.*

Finita negociatione merces revertuntur ad particulare sociorum dominium. *decis. 67. num. 49.*

Et licet omnes unico actu vendantur, censentur venditæ minutatim, & Emptori acquisitæ titulo particulari. *dec. 67. num. 50. & 51.*

Ad arguendam Corporis universalis alienationem distingui debet inter venditionem mercium, & corporis, non autem inter maiorem, minoremque mercium quantitatem. *decis. 67. num. 43.*

Identitas mercium singularium allegari nequit post longam negociationem, nec suppleri valet per subrogationem aliarum mercium in loco venditarum. *dec. 67. num. 59.*

Merces ab Hærede in Taberna Defuncti positæ non afficiuntur hypothecis Creditorum Defuncti & adducitur ratio. *decis. 67. num. 60.*

Cessante mercium identitate cessat etiam dispositio *Text. in Leg. interdum ff. qui potior. in pignor. hab.* cuius ratio explicatur. *decis. 67. num. 61. 62. & 63.*

Distracto Fundaco alienata dicitur res immobilis, distractis vero mercibus, dicuntur alienatæ res mobiles. *dec. 68. num. 4. & 5.*

Fundacus alienatus consideratur tamquam res immobilis, licet alienatarius non intendat illum retinere. *decis. 68. num. 6.*

Nec mutat naturam ex eo quod merces enumeratæ fuerint, & separatim æstimatæ. *dec. 68. num. 7.*

Merces, & nomina debitorum regulariter res mobiles reputantur. *decis. 68. num. 39.*

Merces assecuratæ si in aliam Navem transferantur, & pereant, Assecuratores non tenentur. *decis. 72. num. 18.*

Assecuratio facta *sopra mercanzie*, compræhendit merces cuiuscumque generis. *dec. 72. n. 22.*

Merces omnes, quæ fuerunt oneratæ præsumuntur esse super Navi de tempore sinistri. *dec. 72. n. 23.*

Verba hæc, *e altre diverse mercanzie* apta sunt compræhendere alias merces ultra illas, quæ fuerunt enumeratæ. *decis. 72. n. 26.*

MINISTER.

Minister publicus, qui testatur de iis, quæ in suis libris sunt adnotata, plenam fidem facit. *dec. 8. n. 4.*

MINOR.

Contractus, in quibus de bonorum distractione, vel obligatione non agitur, Minores, si pubertati proximi cum Tutoris authoritate, si vero Infantes, Tutores ipsi eorum nomine facere possunt, & personas Minorum obligare. *dec. 11. num. 9.*

Restitutio adversus liberam societatem conceditur, si a Minore cum pactis inæqualibus ratione lucri, & damni, vel cum persona minus idonea contracta sit. *dec. 11. n. 24.*

Minores damnificati contra pacta Societatis merito restitutionem in integrum expostulant adversus omissio-

Ver-

Versio in utilitatem minoris, eiusque locupletatio probari debet a Creditore ad effectum recuperandi pecunias mutuo datas. *decis.* 55. *num.* 62.

In præiudicium Tertii denegatur minori in integrum restitutio. *decis.* 62. *num.* 8.

MOLESTIA.

Non molestandi præceptum, intelligitur de molestiis illicitis, & calumniosis. *dec.* 50. *num.* 19.

Emens Bona divisa inter Fratres absque conventione Regressus, ac postea subhastata, debet esse tutus ab omni molestia dummodo alienatio sequuta sit ex titulo valido, secus si ex titulo invalido. *decis.* 62. *n.* 7. & 9.

MONACUS.

Monacus proprie, & vere dicitur non qui habitum suscepit, sed qui professionem legitime emisit. *decis.* 18. *num.* 1.

MORA.

Tunc solum, quando agitur ad pœnam vitandam causa etiam bestialis excusat a mora. *dec.* 3. *n.* 22.

Ut resolvatur Donatio, Remissio, & similia ob moram in non adimplendo, interpellatio tunc est necessaria, quando dispositio in sua propria origine est pura, & perfecta, non vero quando est conditionalis, & requirit adimplementum ante Iuris acquisitionem. *decis.* 9. *num.* 16. & 17.

In privatione, sive caducitate conventionali non admittitur moræ purgatio, neque in integrum restitutio. *dec.* 9 *num.* 30. & 31.

Quando in remissione, vel transactione præscriptum fuit certum tempus ad solutionem faciendam, ob ipsius lapsum debitor dicitur in mora constitutus. *dec.* 9. *num* 32.

Dies certa inductionem moræ non operatur in Legatis, secus vero in contractibus. *decis.* 9. *num.* 33.

Dies incerta non dicitur satis ad moram inducendam. *decis.* 9. *n.* 34.

Sola quoque dubitatio facit ut quis in moram non incidat etiamsi erraffet, quia sufficit defectum non provenire a malitia, sed ab errore. *decis.* 9. *num.* 39. & 40.

Unica iudicialis interpellatio satis est ad debitorem in mora constituendum. *decis.* 9. *num.* 59. Amplia *num.* 60.

Qui negligit implementum in Sententia mandatorum dicitur in mora, & debet præstare interesse, quod propter moram non fuit perceptum. *decis.* 13. *num.* 3.

Declaratio moræ est in potestate Iudicis non Partis. *dec.* 13. *num.* 21.

Diversa est Iuris dispositio, quando agitur de mora ad pœnam, & quando de illa agitur ad interesse. *decis.* 13. *num.* 23.

In lata culpa, & in eo, qui cognovit causam esse iniustam, & nihilominus perseveravit in lite, mora non excusatur. *dec.* 13. *n.* 25.

Interesse sine mora non datur, ac in ea quisquis constituitur, vel per interpellationem iudicialem, vel per lapsum diei, quæ interpellat pro homine, vel demum per interpellationem extraiudicialem, quæ pariter est sufficiens. *dec.* 55. *n.* 28. 29. & 30.

MULIER.

lietum. *decis.* 30. *numer.* 10.

Hoc tamen non procedit si mandatum sit speciale, & munitum solemnitatibus non minus extra, quam in Territorio requisitis; secus si mandatum sit generale. *decis.* 20. *num.* 11.

Rigorosa probatio lucri cessantis, & damni emergentis non debet exigi a Muliere, vel Vidua, quæ satis demonstrat damnum passam fuisse, ex quo pecuniæ dotales debito tempore non fuerint restitutæ. *dec.* 55. *num.* 38.

Statutum Civitatis Pistorii lib. 2. rub. 89. disponit, quod elapso mense post alios sex ad restitutionem dotis ordinatos, & interpellatione facta, mulier consequatur quinque pro centenario usque ad integram satisfactionem. *dec.* 55. *num.* 43.

Quoties facta fuit obligatio restituendi dotem ad formam similium Statutorum, dicitur adesse in Instrumento dotali promissio fructuum saltem implicite. *dec.* 55. *num.* 44.

Et fructus dicuntur debiti iure actionis, seu conditione ex Statuto, ita ut immunes sint ab omni suspicione usurarum prohibitarum, sed etiam licite exigi possint tam ab ipsa Vidua, quam ab eius Hæredibus licet extraneis. *decis.* 55. *num.* 45. 46. & 47.

